2 *de rebus* (*spectat ad tempus, locum, qualitatem*): a *add. ubi*: *praep.*: CIC. epist. 5, 17, 1 quod priora tempora in ruinis rei publicae nostrisque -uerunt (*sc. coinciderunt.* SEN. contr. 9, 2 [25], 11 maiestas populi Romani ... in sinu meretricium -et. SEN. benef. 3, 28, 3 quidquid in medio sordidi -et, transsilite. dial. 7, 6, 1 dum corpus in praesenti sagina -et, cogitationes ad futura praemittat. APVL. apol. 8 quin ei nocens lingua ... semper in fetutinis et olenticetis suis -eat. TERT. ieiun. 17 p. 296, 24 apud te agape in caccabis fervet, fides in culmis calet, spes in ferculis -et). MANIL. 2, 384 cognata -ent generis sub legibus astra (SEN. benef. 6, 3, 3 istud, quod suspicis, ... sub nomine sordido -et). SEN. benef. 6, 1, 1 quaedam ... exercendi tantum ingenii causa quaeruntur et semper extra vitam -ent (dial. 11, 8, 4 quidquid optimum homini est, id extra humanam potentiam -et, nec dari nec eripi potest). epist. 44, 4 omnibus nobis totidem ante nos sunt: nullius non origo ultra memoriam

[Köttermann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-et. 99, 9 hoc quod inter primum diem et ultimum -et, varium incertumque est (SIDON. epist. 7, 18, 3 nam ut timidi me temerarium, ita constantes liberum appellant. inter quae ipse decerno satis illius -ere personam, cuius necesse est latere sententiam). TAC. ann. 14, 54 quae (*sc. invidia*) quidem, ut omnia mortalia, infra (*cf. p. 24, 65 sqq. et p. 28, 3*) tuam magnitudinem -et, sed mihi incumbit *eqs.* *adv.*: LVCR. 2, 518 omnis enim calor ac frigus mediique tepores interutrasque (*sc. inter ignes et gelidas pruinas*) -ent explentes ordine summam. SEN. Herc. f. 1313 letale ferro pectus impresso induam: hic, hic -bit Herculis sani scelus (PS. QVINT. decl. exc. Monac. [Paris.] 9 p. 370, 21 hic -et laus tua). nat. 3 pr. 2 patrimonii longe a domino -entis cura solvatur. epist. 49, 3 quicquid temporis transiit eodem loco est: pariter adspicitur, una -et *eqs.* *abl.*: SEN. Thy. 343 nescitis, cupidi arcium, regnum quo -eat loco (MART. 5, 74, 3 [*de Pompeiis*] -ere uno non poterat tanta ruina loco [*cf.* ANTH. 402, 6]). LVCAN. 8, 861 nunc est pro numine summo hoc tumulo fortuna -ens.

b *absol.: periphrastice: c. adi. vel part. praedic.*: Ov. trist. 4, 3, 12 cur -et (lacet *M*, labet *E*, labat ω) ambiguo spes mea mixta metu? SEN. Tro. 121 tibi maternis ubera palmis laniata -ent. AVSON. 35, 7 truncatis convulsa -ent elementa figuris. 147, 4 nomina perpetis aevi sparsa -ent Latiam si qua per historiam. DRAC. laud. dei 1, 647 mortua pars hominis quotiens, pars viva -bat (*cf.* 2, 126). *sine additam.*: AVIEN. Arat. 678 iam prolixarum -eat rigor antemnarum. *fort. e graeco versum*: ANTH. 418, 5 ingenio mors nulla -et (nocet *Pithoeus*), vacat (vagat *Oudend.*) undique tutum. PS. HIL. libell. 5 p. 736ᶜ voluit postremum habere primum aliquid, ne in omnibus -ret *extrema* terra et primis secunda coniunxit, ne prima inferiora contemnerent. *vi -endi plus minus servata: de ventis*: CALP. ecl. 1, 74 quaecumque notum gens ima -entem erectumve colit boream. *de sole occidente*: ANTH. 469, 5 quique renascentem Phoebum cernuntque -entem. *per catachresin de lingua*: GREG. M. moral. 16, 4 ut lingua cum non restringitur nequaquam, ubi ceciderit, -eat sed semper ad deteriora descendat.

B *speciatim*: **1** *i. q. in statu aliquo, in condicione aliqua, et ea diuturna, esse, versari*: **a** *de hominibus: in ira, luctu, amore -ere*: PLAVT. Merc. 959 mea uxor propter illam tota in fermento -et. CIC. Pis. 89 quod tu totiens diffidens ac desperans rebus tuis in sordibus lamentis luctuque -uisti (epist. 14, 2, 2 te ... sic vexari, sic -ere in lacrimis et sordibus). Att. 10, 4, 6 -et in maerore meus frater. LVCR. 3, 992 Tityos nobis hic est, in amore -entem quem volucres lacerant (HOMER. 265 dum -eas in amore tuo, nos bella geremus *v. etiam p. 30, 49*. ARNOB. nat. 4, 26 p. 163, 9 *v. p. 30, 46*). SEN. epist. 113, 29 Alexander ... modo occiso amico, modo amisso -bat in tenebris, alias scelus, alias desiderium suum maerens. *meton. de vita* (*cf. p. 26, 19*): LVCR. 5, 175 in tenebris vita ac maerore -bat. *in occulto, oblivione, malis -ere*: PLAVT. Trin. 664 latebis ..., ne inveniat te Honor, in occulto -bis, cum te maxume clarum voles. CIC. Verr. II 1, 101 absens non in oblivione -uisset sed in adsidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuisset. Att. 3, 18, 2 si vides, quantis in malis -eam. STAT. Theb. 4, 614 -et ille in funere longo. *in turpitudine, pigritia, errore, ignorantia sim. -ere*: VAL. MAX. 3, 6 deformes ... umbras in imo gurgite turpitudinis suae -ere patiar. SEN. epist. 59, 9 diu in istis vitiis -uimus, elui difficile est. non enim inquinati sumus, sed infecti. 67, 14 in otio inconcusso -ere non est tranquillitas: malacia est. TERT. resurr. 19 p. 51, 17 ignorantiam dei, per quam homo mortuus deo non minus in errore -uerit quam in sepulchro (*cf.* HIER. epist. 4, 2, 2 mihi in sepulchro scelerum -enti [7, 3, 1]. 38, 2, 2 neglegentiae et divitiarum fasciis conligata in saeculi -bat sepulchro). AVG. pecc. mer. 1, 35, 66 ignorantiae ... in qua profundissima -bat. GREG. M. moral. 8, 23 sunt nonnulli qui a voluptate quidem carnis abstinent, sed tamen tota mente in terrenis actibus -ent. *meton. de animo, mente*: SEN. epist. 82, 2 animus ... in similitudinem otii sui et pigritiae in qua -et solvitur. GREG. M. moral. 10, 47 saepe infirma mens ... ad gaudia exteriora derivatur, ut postponat quod intus appetit et in hoc libenter resoluta -eat, quod foris audit.

b *de rebus*: CIC. Quinct. 67 -et res ii. controversiis isto calumniante biennium. Arch. 14 pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas; quae -rent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet (Brut. 16 *fructus*). de orat. 2, 64 in eodem silentio multa alia oratorum officia -uerunt, cohortationes praecepta, consolationes admonita. epist. 12, 1, 1 res publica -eat in eis perturbationibus, in quas eam ille coniecit. PROP. 1, 7, 18 longe castra (*sc. res bellicas*) tibi ... flebis in aeterno surda -ere situ (*sc. poetae ab amore capto*). SEN. epist. 65, 19 *non quaeram* quis ... confusa distinxerit, in una deformitate -entibus faciem diviserit? TERT. resurr. 53 p. 110, 4 in Lazaro ... caro -uit in infirmitate. HIER. interpr. Iob praef. 14 *librum* Iob qui adhuc apud Latinos -bat in stercore et vermibus scatebat errorum. BOETH. fid. 187 quia multis infectus criminibus mundus -bat in morte. *in elocutionibus periphrast.*: SEN. Herc. f. 56 patefacta ab imis manibus retro via est et sacra dirae mortis in aperto -ent. Oed. 208 ubi laeta duris mixta in ambiguo -ent. dial. 10, 9, 1 omnia quae ventura sunt in incerto -ent. 11, 19, 5 o quam multarum egregia opera in obscuro -ent. LACT. inst. 3, 8, 34 quandoquidem ... in promptu id quod quaerimus -et. *e graeco versum*: NOVELL. Iust. 31, 1, 3 quae (*sc. quarta Armenia*) prius non in provinciae -bat imagine (εἰς ἐπαρχίας συνέκειτο σχῆμα).

2 *i. q. prostratum, afflictum esse*: **a** *i. q. obtritum, afflictum, perculsum esse, omnino infelicem, infortunatum esse*: **α** *de rebus*: (I) *in universum*: (a) *de incorporeis: de subiectis definitis*: PLAVT. Amph. 1053 spes atque opes vitae meae -ent sepultae in pectore. Curc. 573 meae ... pugnae proeliares plurimae optritae -ent? CIC. Cluent. 5 falsa invidia ... dominetur in contionibus, -eat in iudiciis, valeat in opinionibus ac sermonibus imperitorum, ab ingeniis prudentium repudietur *eqs.* (*cf.* QVINT. inst. 9, 2, 51. 3, 81). Phil. 6, 14 -ent beneficia Nuculae, friget patronus Antonius. off. 3, 46 -eat utilitatis species, valeat honestas. Tusc. 1, 5 Philosophia -uit usque ad hanc aetatem. epist. 2, 16, 1 me tam improvidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam et prope -entem desciscerem (ASCON. in Scaur. p. 25, 16 St. Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra eum aetatibus -uerit domus eius fortuna). LVCR. 1, 62 humana ante oculos foede cum vita -ret in terris oppressa gravi sub religione (*inde fort.* PRVD. c. Symm. 1, 282). 5, 1136 regibus occisis subversa -bat pristina maiestas soliorum et sceptra superba (PETRON. 119, 44 ipsa ... maiestas auro corrupta -bat). Ov. epist. 4, 150 ubi nunc fastus altaque verba? -ent. met. 1, 273 sternuntur segetes et deplorata colonis vota -ent (*cf.* SEN. nat. 3, 28, 2). 5, 482 fertilitas terrae ... falsa (*MςH*, sparsa *rell.*, cassa *multae editt. ex uno ς, al. al. coni.*) -et. APVL. Plat. 2, 7 ut semper in civitate emineant, quae sunt omnibus profutura, -eant et subiecta sint cum suis auctoribus vitia. ANTH. 400, 2 nomina tanta (quanta *Scalig.*) -ent. PANEG. 6 (7), 12, 1 ut subsidia rei publicae -entia (*add. Cu, om. M*) erigeres. CLAVD. 22, 130 cum cernat uterque quod nec inops -eat (lateat *A*) probitas nec inertia surgat divitiis. COD. Theod. 9, 34, 8 (*a. 368*) contestatio ... depressa nostris legibus -eat. SEDVL. carm. pasch. 1, 330 (*ad I Cor. 1, 19*) prudentia quorum stulta -et (*sc. perdita*). *passive i. q. profligi*: DRAC. Romul. 5, 168 vita potentis non -et (patet *Baehr.*) insidiis. *de indefinitis*: CIC. Marcell. 23 omnia sunt excitanda tibi ... quae -ere sentis belli ipsius impetu ... perculsa atque prostrata (epist. 4, 4, 2. *cf.* VERG. Aen. 11, 310 cetera qua rerum -eant perculsa ruina). nat. deor. 3, 85 qua (*sc. conscientia*) sublata -ent omnia. Tusc. 1, 4 omnes ... incenduntur ad studia gloria, -entque ea semper, quae apud quosque improbantur (*cf.* AVG. civ. 5, 13 p. 218, 15 D. 14 p. 218, 26. 219, 7). (b) *de corporeis*: PROP. 4, 5, 62 vidi ... odorati victura rosaria Paesti sub matutino cocta -ere noto. COLVM. 10, 336 semina ... quae capitis viduata coma spoliataque nudo vertice, trunca -ent tristi consumpta veneno. MART. 4, 44, 7 *v. p. 23, 65*. AVIEN. Arat. 737 marcebunt sata cuncta; diu namque indiga suci si qua -ent, cedunt valido penetrata calori.

(II) *de re publica, civitate, regno sim.*: CIC. rep. 2, 2 quod ... Atheniensium *rem publicam* ... exsanguem iam et -entem ... Phalereus sustentasset Demetrius (epist. 6, 10, 5 ut iam simul cum re publica, quae in perpetuum -ere non potest, necessario revivescat atque recreetur. PANEG. 12 [2], 3, 3 -bat innumerabilibus malis aegra vel potius dixerim exanimata res publica). HOR. carm. 1, 37, 25 ausa ... -entem visere regiam voltu sereno. Ov. epist. 1, 3 Troia -et (*sc. deleta*) certe Danais invisa puellis (SEN. Tro. 455 Troia quod cecidit gemis? utinam -ret tota. 550). met. 8, 526 alta -et (*sc. afflicta est*) Calydon. LIV. 3, 9, 8 -ente aegra civitate (VAL. MAX. 3, 2 ext. 5 civitas Spartana -et armis nostris abiecta. PANEG. 8 [5], 4, 4 civitatem Aeduorum voluit -entem erigere perditamque recreare. 8 [5], 5, 4 -bat illa civitas non tam moenium ruinis quam virium defectione prostrata). MANIL. 4, 36 pendebat ab uno Roma viro, regnumque orbis sortita -bat (*sc. vacillabat, quin etiam perculsa videbatur*. PANEG. 10 [4], 3, 3 cuius cum divina virtus ... urbem Romam non praecipitantem exceperit, sed adflictam ac plane -entem excitarit recrearit erexerit). PHAEDR. 4, 7, 13 regna Peliae scelere Medeae -ent (SEN. Tro. 54 quoddam sacrum regni -entis. LVCAN. 7, 115 quantum ... malorum in populos lux ista feret. quot regna -bunt). SEN. Herc. O. 1819 stabula cum regno -ent. LVCAN. 8, 545 sic fata premunt civilia mundum? sic Romana -ent (placent *M*). ANTH. 447, 3 (*de Graeciae ruina*) cinis ipse -entis visitur. *adde*: LVCAN. 8, 529 potes Magni fulcire ruinam, sub qua Roma -et.

β *de animantibus* (SYNON. CIC. Char. gramm. p. 410, 28 B. miserere infelicium: ... succurre oneratis malis. ... -entibus manum porrige. redde summersis humanitatem). (I) *in universum*: CIC. Catil. 2, 2 -et ille nunc prostratus ... et se perculsum atque abiectum esse sentit (FIRM. err. 20, 7 p. 53, 14 ut legibus vestris funditus prostratus diabolus -eat). 2, 25 quam valde illi -eant. Sull. 50 ego -entem et spoliatum defendo et protego. 61 patronum ... in hoc ... casu, [in] quo afflictus -et, per vos iuvari conservarique cupiunt. dom. 96 me -entem posse vivis viris fortibus excitari (har. resp. 50 videtis ... hominem per se ipsum iampridem adflictum ac -entem perniciosis optimatium discordiis excitari). p. red. in sen. 24 qui mihi primus adflicto et -enti consularem fidem dextramque porrexit. Sest. 64 qui me civem ... non modo stantem

[Köstermann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non defenderunt, sed ne -entem quidem protexerunt (Phil. 12, 4. PS. SEN. extr. voc. 195 -ere satius est quam stare, si tibi cadendum scias, quia gravissima pars supplicii expectatio est). Rab. Post. 2 satis est homines imprudentia lapsos non erigere, urgere vero -entis aut praecipitantis impellere certe est inhumanum. Marcell. 8 adversarium ... extollere -entem. Phil. 10, 14 qui ... in pace -ere quam in bello vigere maluit. quamquam ille quidem numquam -uit *eqs.* Att. 7, 18, 1 quae quidem ille (*sc. Caesar*) ⟨si⟩ repudiavit, -bit. 14, 12, 2 nos ... -bimus. epist. 1, 5, 3 ut neque -ere regem pateremur *eqs.* 5, 7, 1 tuos veteres hostis ... vehementer litteris perculsos atque ex magna spe deturbatos -ere. ad Q. fr. 3, 2, 3 Memmius ... mirum in modum -et. HOR. carm. saec. 51 -entem lenis in hostem (*v. etiam infra l. 82*). OV. am. 3, 30 victi ... resurgunt quosque neges umquam posse -ere, cadunt. Ib. 29 calcasti qui me, violente, -entem. Pont. 4, 3, 27 insultare -enti te mihi (trist. 2, 571). trist. 5, 8, 5 nec mala te reddunt mitem placidumque -enti nostra. VAL. MAX. 5, 1, 1 f his gradibus officiorum -entem *Ptolemaeum* ad regium fastigium erexit. SEN. Thy. 614 quem dies vidit veniens superbum, hunc dies vidit fugiens -entem. Tro. 742 non sic -emus Troes, ut cuiquam metus possimus esse. dial. 11, 13, 8 si magnus vir cecidit, magnus -et (*Goetz*, -uit *A*). epist. 120, 21 contrahitur infra humilitatem vere -entium. STAT. Theb. 3, 696 generi ... -entis (tacentis *B M*) aspice res humiles. ANTH. 415, 37 dies, quo Marium vidit suppar Carthago -entem. PS. LACT. mort. pers. 1, 5 qui insultaverunt deo, -ent, qui templum sanctum everterant, ruina maiore ceciderunt. FIRM. math. 3, 5, 13 *Sol* -entes homines et abiectos ad rem publicam faciet incremento dignitatis adduci. AVR. VICT. Caes. 28, 8 bonis parte plurima -entibus. VVLG. sap. 17, 2 iniqui ... vinculis tenebrarum ... compediti ... fugitivi perpetuae providentiae -uerunt (φυγάδες τῆς αἰωνίου προνοίας ἔκειντο). CLAVD. carm. min. 22, 11 excessit iam poena modum. concede -enti. DRAC. laud. dei 2, 696 erigit elisos, relevat tua dextra -entes, confovet abiectos. BOETH. cons. 1 carm. 2, 24 nunc -et effeto lumine mentis. *v. etiam p. 25, 50.*

(ii) *singillatim: de exulibus i. q. in terra aliena afflictum vivere: add. ubi:* CIC. Sest. 7 socerum ... in alienis terris -entem, quem in maiorum suorum vestigiis stare oportebat (Att. 3, 12, 3 ego etiam nunc eodem in loco -eo, sine sermone ullo, sine cogitatione ulla (*v. etiam p. 24, 61*). OV. Pont. 1, 3, 49 orbis in extremi -eo desertus harenis [*cf.* 1, 7, 5 ecquis in extremo positus -et orbe tuorum me ... excepto? trist. 3, 3, 13 lassus in extremis -eo populisque locisque. CALP. ecl. 4, 43]. 4, 7, 2 aspicis ... quali -eamus in arvo. PETRON. 81, 3 ut inter ⟨tot⟩ audaciae nomina mendicus, exul, in deversorio Graeciae urbis -rem desertus). OV. Pont. 2, 9, 4 me tibi finitimi parte -ere soli. 3, 1, 15 ut minus infesta -eam regione, labora (trist. 3, 3, 5). *absol.:* CIC. leg. 2, 42 quorum scelere religiones tum prostratae adflictaeque sunt, partim ex illis distracti ac dissipati -ent. OV. Pont. 2, 9, 37 fac profugo prosint tua castra -enti. SEN. Anth. 405, 11 *v. p. 5, 26.* *translate de diabolo:* GREG. M. moral. 2, 17 a qua *patria* ipse *Satan* longe telo suae superbiae prostratus -et. *i. q. pecuniae damnum accipere:* CIC. Att. 2, 6, 2 vide ... an cistophoro Pompeiano -eamus. *i. q. amore afflictum esse:* PROP. 1, 9, 4 ecce -es supplexque venis ad iura puellae. CLAVD. 10, 112 quis -uit telis? (*sc. Amoris vulneratus*). *apud Eccl. i. q. in fide instabilem prostratum esse:* TERT. praescr. 42, 2 p. 57, 23 cum hoc sit negotium *haereticis* non ethnicos convertendi, sed nostros evertendi. hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si -entibus elevationem operentur. AVG. civ. 10, 24 p. 439, 4 D. haec est mediatio, qua manus lapsis -entibusque porrecta est. *i. q. infirmum, invalidum esse:* CYPR. epist. 59, 18 p. 689, 2 nullus dei sacerdos sic infirmus est, sic -ens et abiectus sic inbecillitate humanae mediocritatis invalidus, qui non contra hostes et inpugnatores dei divinitus erigatur.

b *i. q. succumbere, victum, subiugatum esse: α de candidatis, hominibus novis i. q. succumbere, non altiorem dignitatis gradum consequi, inferiorem esse:* CIC. Mur. 17 multis viris fortibus ne ignobilitas generis obiceretur, meo labore esse perfectum, qui non modo Curiis, Catonibus, Pompeiis, antiquis illis fortissimis viris, ... sed his recentibus, Mariis et Didiis et Caeliis, commemorandis -bant. 45 videsne tu illum *candidatum* tristem, demissum? -et, diffidit, abiecit hastas. off. 3, 79 C. Marius, cum a spe consulatus longe abesset et iam septimum annum post praeturam -ret. LIV. 37, 47, 7 Cn. Manlium Lepido deiecto, nam Messalla -uit, collegam dixit. ASCON. in tog. cand. p. 64, 16 St. hi quattuor ... -bant (tacebant *Spr.*). *β in universum de hominibus, populis, gentibus victis, subiugatis:* CIC. Flacc. 92 magnum erat ei certamen propositum, magna cum Graecis contentio, qui tamen ... -ent victi (OV. epist. 3, 124). OV. met. 8, 114 *patria* superata -et. MART. 7, 84, 3 i ... ad Geticam Peucen Histrumque -entem. CLAVD. 21, 190 non classica Francis intulimus: -uere (latuere P^1) tamen. DRAC. satisf. 142 si venator trepidans venabula ponat territus et -eat (*sc. quasi victus*), mox perit ira leonis. 214 Ma⟨u⟩rus ubique -et *victus. v. etiam supra l. 12 sqq.* *etiam de ponto:* STAT. Theb. 7, 87 debellatas ... relinquit Eurus aquas ... pontumque -entem exanimis iam volvit heims. *add.* sub, infra: PROP. 4, 11, 38 sub quorum titulis, Africa, tunsa -es (OV. fast. 6, 358 Alpino Roma sub hoste -et [fuit *M*, ruit *Heins.*]. CLAVD. 18, 323 reginarum ... sub armis barbariae pars magna -et). SEN. benef. 5, 4, 4 supra eum eminere visus est, infra quem omnia -bant. *dat.:* CLAVD. 18, 218 indomitos curru Servilius egit Isaurus et Pharos Augusto -uit vel Creta Metello. *abl.:* PRVD. apoth. 420 (*de daemonibus*) adventus ... tui terrore -emus. *γ de incorporeis:* OV. fast. 1, 702 religata catenis iampridem vestro sub pede bella -ent (epist. 4, 161 nobilitas sub amore -et. LVCAN. 9, 13 quanta sub nocte -ret [*sc. obruta*] nostra dies. AVG. civ. 21, 16 p. 519, 19 D. ubi nondum ratio suscepit hanc pugnam et fere sub omnibus vitiosis delectationibus -et. VAL. CEM. hom. 1, 2 p. 693^B omnia sub metu disciplinae vitia -ent. SEDVL. carm. pasch. 2, 32 quoniam natura prior vitiata -bat sub dicione necis). met. 1, 149 victa -et pietas (7, 527 exitium superabat opem, quae victa -bat. trist. 5, 7, 48 cedit viribus aequum, victaque pugnaci iura sub ense -ent). PRVD. ditt. 170 mors illi (*sc. Christo*) devicta -et. *δ apud Eccl. de carne:* PETR. CHRYS. serm. 174 p. 654^B -bat in Herode caro oppressa crapulis, ebrietate captiva.

c *de placitis, opinionibus refutatis, fractis, de argumentationis ratione convicta, etiam de eis ipsis qui sententiam vanam proferunt i. q. corruisse, concidisse: de hominibus:* CIC. Mil. 47 me videlicet latronem ac sicarium abiecti homines et perditi describebant. -ent suis testibus *eqs.* *de rebus:* CIC. ac. 2, 105 vides ... -ere iam illud tuum perspicuitatis patrocinium. div. 2, 24 quoquo se verterint Stoici, -eat necesse est omnis eorum sollertia. 2, 106 -et igitur tota conclusio. fin. 2, 44 si honestum esse aliquid ostendero, quod sit ipsum vi sua propter seque expetendum, -ere vestra omnia. 5, 86 -et omnis ratio Peripateticorum. AVG. c. Cresc. 4, 50, 60 -eat igitur oportet inprobatumque respuatur et quod dixisti *eqs.*

d *de animi demissione i. q. animo abiectum, aegritudine tristitia afflictum, perculsum esse* (PAVL. FEST. $Gloss.^L$ IV p. 336^b [p. 228 M.] profusus: ... abiectus -ens): *α de homine:* CIC. Brut. 13 quo *libro* me hic affatus quasi -entem excitavit (SEN. clem. 1, 12, 4 timor ... extrema admovens in audaciam -entes [gementes *P*] excita⟨t⟩). Tusc. 2, 32 adflictus ... et -ens et lamentabili voce deplorans audieris. 2, 54 sic qui doloris speciem ferre non possunt, abiciunt se atque ita adflicti et exanimati -ent. 3, 36 quid -es aut quid maeres aut cur succumbis cedisque fortunae? 4, 35 quid ... est ... deformius quam aegritudine quis adflictus, debilitatus, -ens? 4, 39 malum ... quo aut oppressus -eas aut, ne opprimare, mente vix constes. Att. 4, 17, 3 corruerat alter et plane ... -bat. 7, 21, 1 Gnaeus ... noster ... ut totus -et. 10, 7, 3 -ere Caesarem ... offensione populari. 11, 9, 2 tanto me dolore adfecit, ut postea -uerim. 12, 23, 2 ut scias me ita dolere, ut non -eam (taceam *M*, *corr. Victor.*). 12, 40, 2 ne doleam? qui potest? ne -eam? quis umquam minus? LVCR. 6, 1233 quod ubi se quisque videbat implicitum morbo ..., deficiens animo maesto cum corde -bat. OV. trist. 1, 8, 13 afflictum ... fuit tantus adire timor, ut ... nec solarere -entem? Pont. 1, 9, 19 consolatus ... -entem est (3, 3, 77). SEN. Thy. 197 numquid abiectus -et? dial. 11, 5, 5 illi ... -ent et maerent. nat. 3 pr. 8 quid -es? (*opp.* quid exsultas?). ad imum delatus es: nunc locus est resurgendi. epist. 24, 25 ad moriendum inconsulta animi inclinatio, quae saepe generosos atque acerrimae indolis viros corripit, saepe ignavos -entesque. 71, 25 illud mirare, ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur, ibi stare, ubi omnes -ent. PS. LACT. mort. pers. 1, 4 deus -entes et afflictos caelesti auxilio sublevavit. BOETH. cons. 1, 4, 169 -ere bonos, nostri discriminis terrore prostratos. *v. etiam p. 25, 37—40. 43—46.* *c. abl. respect.:* OV. Pont. 1, 3, 7 sic ego mente -ens et acerbo saucius ictu admonitu coepi fortior esse tuo. *β de animo, mente, corde:* CIC. Lael. 59 efficere, ut amici -entem animum excitet inducatque in spem cogitationemque meliorem (OV. Pont. 1, 3, 27 cum bene firmarunt animum praecepta -entem. LIV. 10, 35, 6. SEN. Tro. 1022 pauperi surgent animi -entes. AMM. 16, 12, 9). OV. trist. 5, 2, 7 mens tamen aegra -et nec tempore robora sumpsit. LVCAN. 1, 624 cor -et.

e *apud Eccl. de peccatoribus i. q. prostratum esse* (EVCHER. form. 8 p. 49, 9 '-ere' aut vitiis aut temptationibus succumbere): ITALA Rom. 14, 4 (Optat. 2, 25) qui stat, domino stat, et qui -et (πίπτει, VVLG. cadit, *cf. p. 18, 62*), domino -et (*cf. interpr.* OPTAT. *l. c.* p. 62, 2 sqq.). PELAG. in Rom. 5, 2 p. 41, 22 S. in qua (*sc. gratia*) stamus: qui ante -bamus. HIER. epist. 21, 15 (*ad Luc. 15, 18* surgens ibo ad patrem meum) peccatorum -ere, stare iustorum esse. PS. HIER. in Marc. 14 p. 632^D omnes cadunt, sed non omnes -ent. numquid qui dormit non adiciet, ut resurgat? carnale est cadere, sed diabolicum -ere. *v. etiam p. 27, 54—59.* *add.* sub: CYPR. epist. 25 p. 538, 10 cum ... abluerint omne delictum ..., -ere ultra sub diabolo quasi prostrati non debent, qui ... erexerunt se et cum Christo stare coeperunt (*de spiritu:* AVG. civ. 22, 24 p. 616, 23 D. nullum omnino habens vitium, nec sub quo -eat nec cui cedat nec contra quod saltem laudabiliter dimicet).

3 *i. q. contemptum, neglectum esse* (NON. p. 326, 37 -et: sordet, neglectum est): **a** *i. q. contemptum esse, sordere, nullam auctoritatem habere:* SYNON. Cic. Char. gramm. p. 427, 18 B. humile. depressum. -en⟨s⟩. inglorium. *α in universum:*

[Köstermann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(I) *de rebus*: LVCIL. 1012 (*de Lucili aemulo quodam*) sua percipere⟨t⟩ retro rel⟨l⟩icta (*corr. Guilelm.*) -ere (*cf. ad l.* NON. p. 326, 37 *v. p. 28, 81*). CIC. Tusc. 1, 41 ne tam vegeta mens aut in corde cerebrove aut in Empedocleo sanguine demersa -eat. LVCR. 2, 503 iam tibi barbaricae vestes Meliboeaque fulgens purpura ... novo rerum superata colore -rent et contemptus odor smyrnae ... consimili ratione oppressa silerent. 5, 1273 tum fui⟨t⟩ in pretio magis ⟨aes⟩ aurumque -bat propter inutilitatem hebeti mucrone retusum, nunc -et aes, aurum in summum successit honorem *eqs.* (*cf.* ISID. orig. 16, 20, 1). OV. ars 3, 411 nunc hederae sine honore -ent. rem. 140 contemptae ... -ent et sine luce faces. LAVS Pis. 121 probitas cum paupertate -bit. STAT. silv. 3, 3, 56 si fas est aequare -entia (*sc. quae vilia sunt*) summis. 5, 3, 109 tu (*sc. Parthenope*) ... famae (fama *R, Vollmer*) ... obscura -res. TERT. resurr. 6 p. 33, 22 ad infuscandum originem carnis nomen terrae ventilare, ut sordentis, ut -entis elementi. ANTH. 470, 2 rebus in adversis quae -uere (nocuere *Tollius*) iuvant. *adde*: ARNOB. nat. 1, 24 p. 16, 8 -ent antiquae derisui c⟨a⟩erimoniae et sacrorum quondam veterrimi ritus religionum novarum superstitionibus occiderunt. GREG. M. moral. 7, 53 p. 796^A cuncta quippe quae foris eminent occultis priorum obtutibus per despectum -ent. *add. ubi*: CIC. Tusc. 5, 76 sint sane illa genera bonorum, dum corporis ⟨et⟩ externa -ent humi ..., ⟨animi⟩ autem ... caelum ... contingant. OV. trist. 1, 8, 16 illud amicitiae ... venerabile nomen re tibi pro vili sub pedibusque -et? TAC. Germ. 45 *sucinum* diu ... inter cetera eiectamenta maris -bat. (II) *de hominibus*: CIC. Att. 2, 17, 2 -et ... ille (*sc. Pompeius*) sic, ut Phocis (*verbum suspectum, coni. al. al.*) Curiana stare videatur. 6, 1, 18 num igitur -et Theophrastus, si *eqs.*? CAES. carm. in Ter. 5 neve hac despecte ex parte -res ..., Terenti. OV. am. 2, 2, 30 ille potens; alii, sordida turba, -ent. fast. 1, 218 in pretio pretium nunc est .... pauper ubique -et. CYPR. epist. 30, 2 p. 550, 17 sine praeiudicio virtutum ignobilem sine laude -uisse (tacuisse *T*). FIRM. math. 1, 7, 42 -ent strenui, laudantur inprobi. AVG. epist. 118, 32 p. 696, 9 quia -ere se abiectissime sentiunt, si eorum auctoritas cum auctoritate catholica conferatur. BOETH. cons. 2 carm. 7, 21 -etis ergo prorsus ignorabiles nec fama notos efficit. *v. etiam p. 25, 47.*

β de pretiis i. q. vile esse: CIC. Q. Rosc. 33 cum -rent pretia praediorum. Att. 9, 9, 4 nunc omnia ista -ere puto propter nummorum caritatem. PETRON. 44, 18 agri -ent (*fort. i. agricultura obtrita est*).

b *i. q. neglectum esse, sine usu esse, non prolatum esse*: *α in universum*: CIC. carm. frg. 55, 2 (*de Sardanapallo*) haec habeo, quae edi quaeque exsaturata libido hausit; at illa -ent multa et praeclara relicta. LVCR. (?) 5, 1006 improba navigii (navigiis *Bothe*, naucleri *Munro*) ratio tum caeca -bat. AETNA 248 quaecumque -ent (*sc. neglecta*, latent *Baehrens*, patent *Wassenberg*) tanto miracula mundo, non congesta pati *eqs.* SEN. benef. 3, 2, 3 quemadmodum, quae in usu sunt ..., numquam periculum situs adeunt, illa quae ... extra conversationem ut supervacua -uerunt, sordes ipsa conligunt vetustate. dial. 10, 3, 2 adice quod [et] (*add. A*, eius *Gertz*, aevi *Schultess*) sine usu -uit (epist. 58, 34 multis iners vita sine usu sui -uit). 10, 7, 5 ideo eius vita longissima est, quia ... totum ipsi vacavit. nihil inde incultum otiosumque -uit (vacavit *A*). epist. 9, 8 ut exerceat amicitiam, ne tam magna virtus -eat (*v. etiam infra l. 72*). PLIN. epist. 1, 1, 2 ut eas *epistulas* quae adhuc neglectae -ent requiram (6, 10, 3 [*de Verginii monumento imperfecto*] post decimum mortis annum reliquias neglectumque cinerem sine titulo, sine nomine -ere). *v. etiam p. 25, 68 sqq.* *β de pecunia*: CIC. Q. Rosc. 4 quo modo tibi tanta pecunia extraordinaria -et? (PLIN. epist. 10, 54, 1 quae [*sc. pecuniae publicae*] vereor ne otiosae -eant. RVFIN. Basil. hom. 3, 5 pecunia si cesset et -eat, inutilis erit). 8 cur tam diu -et hoc nomen in adversariis? (*cf. quae sequ.*). SEN. epist. 90, 40 *v. p. 31, 10.* QVINT. decl. 345 p. 362, 26 pecuniam dedi et otiosa -ente patrimonii parte aliquid numeravi (PLIN. epist. 10, 54, 1).

c *de eis quae exerceri desinunt, quae vim amiserunt i. q. cessare, haerere*: CIC. Mur. 30 vestrum vero studium totum -et. ac. 2, 134 virtutem -ere plane (fin. 2, 117 maximas ... virtutes -ere omnis necesse est voluptate dominante. off. 3, 118 iustitia vacillat vel -et potius omnesque eae virtutes, quae in communitate cernuntur et in societate generis humani. rep. 3, 12 eam virtutem ... excitare -entem. PVBLIL. J 36 -et omnis virtus, fama nisi late patet. SEN. epist. 9, 8 *v. supra l. 52.* ANTH. 472, 7 virtus medio -et obruta caeno, nequitiae classes candida vela ferunt. PANEG. 12 [2], 17, 5). 2, 147 -ere ... tot tam nobiles disciplinas. parad. 27 cum leges in ea *civitate* nihil valebant, cum iudicia -bant. Att. 7, 23, 3 omnis hic dilectus -et. CAEL. Cic. epist. 8, 6, 4 dici non potest, quomodo hic omnia -eant. LIV. 3, 31, 2 si ea res aeque suo biennio -ret, ac toto superiore lustro -uisset. 4, 51, 4 -ere tam diu inritas actiones. 9, 6, 12 -ere (tacere *codd., corr. Ascens.*) indolem illam Romanam. SEN. benef. 6, 38, 3 *merces* nullo igne laedantur: -bit opera fabrilis. LVCAN. 8, 333 -et omne cruenti volneris auxilium? *v. etiam p. 5, 30.* *de nominibus i. q. non dissolutum, non expeditum esse*: CIC. Att. 12, 12, 1 (*de dote Tulliae*) turpe est rem impeditam -ere.

d *i. q. sine cultore, domino esse, quasi pro derelicto esse*:

OV. Pont. 1, 3, 56 quocumque aspicies, campi cultore carentes vastaque, quae nemo vindicet, arva -ent (*v. p. 23, 75*). PAPIN. dig. 37, 3, 1 utilius erit ... proximo cuique possessionem dari, ne bona -eant (VLP. dig. 38, 9, 1 pr. ne bona hereditaria vacua sine domino diutius -rent [*cf.* 38, 9, 12]. 40, 5, 4, 17 sive -ent bona fisco spernente sive adgnoverit). VLP. dig. 36, 4, 5, 20 si hereditas -uerit aliquo tempore (43, 24, 13, 5. *cf.* AVR. Fronto p. 17, 7 N.). *v. etiam p. 20, 68 sqq.*

4 *i. q. inertem, quietum esse, torpere, sine impetu esse*: **a** *i. q. segnem, inertem, languidum esse, sine impetu, vigore esse*: *α in universum*: (I) *de rebus*: (a) *pertinet ad hominem*: *de actionibus, affectibus, vi ingenii, hominis natura*: LVCR. 4, 765 praeterea meminisse -et languetque sopore. PS. QVINT. decl. 1, 11 p. 13, 6 non esse incallidum hominem neque consilii -entis. CYPR. laps. 5 p. 240, 9 -entem fidem et paene dixerim dormientem censura caelestis erexit. PANEG. 10 (4), 35, 3 populi ... Romani vis illa et magnitudo venerabilis non licentia effrenis exsultat, non abiecta languide -et. LACT. ira 18, 12 hic non cohibenda ira, sed etiam si -et excitanda est. AMBR. hexam. 3, 12, 51 quorum exemplis noster erigatur adfectus neque humi vilis et despicabilis -eat, sed uniuscuiusque mens ad superiora se subrigat. AVG. epist. 48, 3 talis actio nec frigitur negotio nec frigida est otio nec turbulenta nec marcida est nec audax nec fugax nec praeceps nec -ens. DRAC. laud. dei 2, 95 haec fragilis humana -ens natura meretur. *de animo, mente, corde*: SEN. benef. 6, 16, 6 admonitionibus discussit desidiam; tum ingenium -ens (latens *N*) et pigrum iniecta ... manu extraxit (HIL. gen. 6). QVINT. inst. 6, 4, 11 non est res animi -entis et mollis supra modum frontis (PANEG. 4 [9], 15, 1 videtur ... hac tantorum principum exhortatione ... meus ex otio -ens ad pristinas artes animus attolli. PETR. CHRYS. serm. 22 p. 260^B -ens animus plebeius nummulum thesauris regalibus anteponit [*syn.* deiecta mens]). AVIEN. Arat. 46 ne longum marcentia corda -rent. PRVD. cath. 6, 36 quia mens soluta curis ... iners -ere nescit (BOETH. cons. 5 carm. 4, 12). *de sensibus, corpore*: SEN. epist. 95, 16 nervorum ... sine sensu -entium torpor. GELL. 1, 7, 20 si modo ita explorata aure homo sit, non surda nec -enti. GARG. MART. med. 17 stomachum -entem ... erigit et recomponit. (b) *pertinet ad materiam*: SEN. epist. 65, 2 materia -et iners ... cessatura, si nemo moveat (LACT. inst. 2, 8, 35 quod ... insensibile e[illegible], iners et torpidum semper -et. opif. 16, 17 nervi [*sc. fides*] ... qui sine tractatu artificis pulsuque digitorum muti atque inertes -ent).

(III) *de animantibus*: PROP. 1, 6, 25 me sine, quem semper voluit Fortuna -ere, *eqs.* OCTAVIA 455 calcat -entem vulgus. QVINT. inst. 1, 3, 2 probus ... ab illo segni et -ente plurimum aberit. 1, 3, 10 neque illum tristem semperque demissum ... erectae circa studia mentis fore, cum [in] (*del. Thiele*) hoc quoque maxime naturali aetatibus illis impetu -eat. ARNOB. nat. 4, 26 p. 163, 9 *Iovem* in amoribus desidem ... -uisse (*v. etiam p. 25, 42*). CLAVD. rapt. Pros. 1, 96 an forte -entes ignavosque putas, quod non Cyclopia tela stringimus *eqs.*? *v. etiam p. 25, 41. 55.* *meton.*: PETRON. 119, 58 hoc mersam caeno Romam somnoque -entem.

β apud rhet. de oratione, partibus orationis, numeris sim. i. q. sordere, deiectum esse, non vigere: CIC. orat. 215 qui numerus in primo viget, -et in extremo. OV. Pont. 2, 5, 32 illic quam laudes erit officiosa voluntas: cetera materia debilitata -ent. QVINT. inst. 4, 2, 118 expositio ... nisi commendetur hac venustate, -eat necesse est. 8 pr. 31 -ere sensus in oratione, in qua verba laudantur (*cf.* HIER. epist. 58, 8, 2 -et ... oratio, in qua tantum verba laudantur). 9, 2, 4 quibus detractis -et *oratio* et velut agitante corpus spiritu caret (GELL. 1, 11, 15 ut sonis tum placidis tum citatis aut demissam -entemque orationem eius erigeret aut ferocientem saevientemque cohiberet. HIER. *v. supra l. 56*). GELL. 2, 23, 3 oppido -ere atque sordere incipiunt, quae Latina sunt. TER. MAVR. 298 verba si non appetita ... carminis servant honorem, non -entis cantici. IVL. VICT. rhet. 24 p. 441, 24 sicut ... in sublimibus quaestionibus deiecta et -ens pronuntiatio deformis est, ita in parvis elata ... deridicula. SCHOL. Hor. ars 90 'privatis carminibus' [comicis] communibus, -entibus sensibus. *etiam de oratore ipso*: QVINT. inst. 8, 5, 32 ita dum timent ne aliquando cadant, semper -ent.

b *i. q. otiosum esse, quiescere*: *i. q. sopitum esse*: OV. epist. 15, 102 nocte ... lumina cum placido victa sopore -ent. TERT. resurr. 18 p. 50, 13 ne in somnum quidem cadit anima cum corpore, ne tum quidem sternitur cum carne sed enim agitatur in somnis et iactitatur; quiesceret autem si -ret. *v. etiam supra l. 12. 14.* *i. q. quietum esse, cessare*: SEN. Phoen. 438 paci favetur, omnium ferrum -et (latet *A*) cessatque tectum. STAT. Theb. 10, 214 bellum -et, et saevire potestas. AMBR. bon. mort. 9, 38 cum id quod inquietum ... id quod procellosum et ad omnia vitia inlecebrosum est conquiescat et -eat. *de ventis in carcerem inclusis*: LVCAN. 5, 609 non euri cessasse minas, non ... Aeolii -uisse notum sub carcere saxi.

5 *de iis quae in promptu sunt sim.*: **a** *i. q. paratum, praesto esse*: *α in universum*: CIC. de orat. 3, 177 ea *verba* nos quom -entia sustulimus e medio. SEN. epist. 33, 6 ingens eorum turba est passim -entium (*sc. singulorum dictorum*), sumenda erunt, non colligenda. 90, 36 fortunata tempora, cum in medio -rent beneficia naturae

[Köstermann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

promiscue utenda. *β de beneficiis, bonis i. q. conditum, repositum esse, praesto esse, extare*: SEN. benef. 1, 2, 4 melius *beneficia* apud ingratos -bunt. dial. 7, 20, 3 ego divitias ... aeque contemnam, nec si aliubi -bunt (alii habebunt *Wolters*) tristior, nec si circa me fulgebunt animosior. epist. 2, 6 quid ... refert, quantum illi in arca, quantum in horreis -eat (PETRON. 37, 8 argentum in ostiarii illius cella plus -et, quam quisquam in fortunis habet. APVL. met. 5, 9 quanta in domo -ent et qualia monilia, quae praenitent vestes *eqs.* AVG. in epist. Ioh. 5, 12 -et pecunia in sinu tuo, quam tibi fures possunt auferre). 90, 40 nondum avarus abscondendo quod sibi -ret, alium necessariis quoque excluserat (*v. etiam p. 29, 62*). SIL. 16, 449 e Tyria, quae multa -et, ... praeda. *γ de praeda, praemiis i. q. expositum esse*: LVCR. 5, 875 scilicet haec aliis praedae lucroque -bant indupedita suis fatalibus omnia vinclis. SEN. nat. 4, praef. 21 cum inter Carthaginem et Romam *Sicilia* ingentis belli pretium -uit. BOETH. cons. 4, 3, 7 uti currendi in stadio propter quam curritur -et praemium corona. *δ de sententiis, dogmatibus sim. i. q. in scriptis extare*: SEN. epist. 8, 8 quantum disertissimorum versuum inter mimos *Publilii* -et (*fort. i. q. neglectum -et,* latet *van der Vliet*). AVELL. p. 285, 11 cunctis quae inter nos gererentur, in scriptum deductis atque -entibus. p. 236, 23 inspicientes dogmata quaedam in prima chartacei voluminis parte ... -entia (p. 302, 12 his ... ita in sanctae Calchedonensis synodi indicio dispositioneque -entibus. RVSTIC. c. aceph. p. 1218[D] in qua *epistola* -ent inter alia et haec *eqs.* p. 1226[B] in synodo -ere ostendi 'aliud et aliud, ex quibus salvator' [p. 1236[A]]).

b *e contrario i. q. abditum, absconditum esse*: LVCR. 2, 313 omnis ... longe nostris ab sensibus infra primorum natura -et. SEN. Oed. 212 responsa dubia sorte perplexa -ent. nat. 7, 30, 2 nec miremur tam tarde erui, quae tam alte -ent. epist. 115, 9 inspice et scies, sub ista tenui membrana dignitatis quantum mali -eat. SIL. 8, 44 multa retro rerum -et atque ambagibus aevi obtegitur densa caligine mersa vetustas. *etiam de rebus quae dispersae -ent*: SEN. epist. 94, 29 quaedam sunt quidem in animo, sed parum prompta ... quaedam diversis locis ent sparsa, quae contrahere inexercitata mens non potest.

6 *t. t. rhet. et gramm. i. q. positum esse* (*gr.* κεῖσθαι): MAR. VICTORIN. rhet. 1, 22 p. 208, 44 partitio est totius causae per partes constitutio, divisio est rerum sub partitione -entium (RVSTIC. c. aceph. p. 1182[A] si ... ostendis, quia deitas et caro sub una definitione non -et [*antea* non ponuntur]). MART. CAP. 2, 107 item intra eum (*sc. quaternarium*) -ent tres ad duo, quae hemiolis forma est (*antea* intra se unum, secundum triademque ipsumque bis binum tenet). BOETH. arithm. 1, 32 p. 67, 21 -eant ... tres termini aequales. 2, 2 p. 82, 18 ut extremus eiusdem proportionis numerus tantos ante se praecedentes habeat, quanto primus eorum ab unitate discesserit et qui tot super se eiusdem proportionis habuerit numeros, quotus ab unitate primus eorum -eat. herm. pr. 2, 10 p. 145, 18 haec (*sc. responsio*) contra -ens est interrogationi id est opposita (*cf.* 2, 12 p. 173, 6. herm. sec. 4, 10 p. 263, 9 numerum ... propositionum ... ipse subiecit: indefinitas quidem prius, post vero contra -entes). *de categoria Aristotelica*: PS. AVG. categ. 8 p. 1425 aut usian significat aut quantitatem aut qualitatem aut ad aliquid aut -ere (*gr.* κεῖσθαι) *eqs.* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 14, 15.

***synon.** et iuxta pos.*: *ad I A 1*: deiectum esse: CIC. Verr. II 2, 164 OV. fast. 2, 353 APVL. met. 8, 25 VOPISC. Tac. 15, 1. proiectum esse: CIC. div. 2, 143. praeceps actum esse: AETNA 67. prostratum esse (prosternere): OV. met. 8, 361 PLIN. nat. 34, 41 TAC. ann. 15, 53 APVL. met. 9, 37. stratum esse: LIV. 8, 6, 6 SIL. 4, 463. praeceps datum esse: LIV. 31, 37, 9. (col)labi: PETRON. 94, 12. demissum (esse): PANEG. 11 (3), 20, 4. volvi: VVLG. iud. 5, 27 (de-: APVL. met. 8, 5). *ad I A 2 a*: cubare: OV. ars 3, 265 CELS. 2, 3, 1 COLVM. 5, 5, 18. 8, 17, 14. incumbere: MANIL. 2, 254. latus abdidisse: ANTH. 444, 5. *ad I A 2 b β*: infirmum esse: COMM. instr. 2, 30, 1. aegrotare: VOPISC. Car. 8, 3. 5 ROMVL. fab. Aesop. 23, 1. *ad I A 2 γ*: recubare: VERG. Aen. 3, 392. conquiescere: CELS. 7, 18, 4. requiescere: CALP. ecl. 3, 15. discumbere: PETRON. 22, 2. recumbere: STAT. silv. 4, 2, 46 PETR. CHRYS. serm. 83 p. 433[C]. accumbere: HIL. in Matth. 14, 11 p. 1000[B]. dormire: MART. 3, 44, 16 VVLG. I reg. 26, 7. *ad I A 2 δ*: peremptum esse: LVCR. 3, 886. *ad I A 2 ε*: occubare: ANTH. 454, 2. sepultum esse: VVLG. gen. 49, 31. positum (esse): PAVL. NOL. carm. 27, 444. requiescere: CARM. epigr. 77, 4. *ad I A 3*: lapsum (esse): OV. met. 4, 493. recumbere: OV. met. 10, 194. deprimi: SEN. epist. 39, 3. *ad I A 4*: concidere: DRAC. Romul. 8, 74. recidens ruere: DRAC. Orest. 757. recidere: DRAC. Orest. 762. *ad I B*: positum (esse): CIC. de orat. 3, 70 IVV. 15, 42. proiectum (esse): APVL. met. 6, 1 CAPITOL. Max. Balb. 5, 3. repositum (esse): APVL. met. 8, 30. *ad I C 1 a*: positum esse: IVST. 22, 5, 5. incumbere: AVIEN. orb. terr. 387. *ad I C 1 b*: depressum (esse): CIC. Scaur. frg. 45[n]. planum (esse): TAC. hist. 1, 86. *ad I C 2*: extendi: MELA 3, 9. tendi: AVIEN. orb. terr. 526 (dis-: 1354 *cf.* pandi ora 152). porrectum (esse): PHYSIOGN. 21 p. 32, 5. *ad I C 4 a*: immotum (esse): VAL. FL. 4, 724. quietum (esse): LACT. inst. 6, 17, 22. *ad II B 2 a*: perculsum esse: CIC. Catil. 2, 2. abiectum (esse): *ibid.* CYPR. epist. 59, 18 p. 689, 2 FIRM. math. 3, 5, 13 DRAC. laud. dei 2, 697. afflictum (esse): CIC. p. red. in sen. 24 har. resp. 50 PANEG. 10 (4), 3, 3. subiectum esse: APVL. Plat. 2, 7. *ad II B 2 d*: afflictum (esse): CIC. Tusc. 2, 32. 54. 4, 35 OV. trist. 1, 8, 12 LACT. mort. pers. 1, 4. maerere: CIC. Tusc. 3, 36 SEN. dial. 11, 5, 5. debilitatum (esse): CIC. Tusc. 4, 35. deprimi: SEN. epist. 71, 25. *ad II B 3 a*: contemptum (esse): LVCR. 2, 504. nullo honore fieri: LVCR. 5, 1277. sordere: TERT. resurr. 6 p. 33, 22. *ad II B 3 b*: cessare: RVFIN. Basil. hom. 3, 5. *ad II B 4 a*: languere: LVCR. 4, 765. pigrum (esse): SEN. benef. 6, 16, 6. segnem (esse): QVINT. inst. 1, 3, 2. demissum (esse): QVINT. inst. 1, 3, 10 GELL. 1, 11, 15. sordere: GELL. 2, 23, 3. dormire: CYPR. laps. 5. deiectum (esse): IVL. VICT. rhet. 24 p. 441, 24. marcidum (esse): AVG. epist. 48, 3. *ad II B 4 b*: cessare: SEN. Phoen. 439 LVCAN. 5, 608. conquiescere: AMBR. bon. mort. 9, 38. ***opp.**: ad I A 1*: stare: ENN. scaen. 89 PLAVT. Amph. 241 LIV. 24, 15, 5 SEN. epist. 105, 2 LVCAN. 6, 133 APVL. met. 8, 17 TERT. praescr. 42, 4 p. 58, 4. astare: TAC. ann. 16, 1. exsurgere: PLAVT. Amph. 1066. 1067. surgere: STAT. Theb. 11, 18 VVLG. Ios. 7, 10 Iudith 10, 1. resurgere: TAC. ann. 3, 46 APVL. met. 8, 5. tolli: PLAVT. Most. 330 Pseud. 1247 OV. fast. 2, 354. attolli: PANEG. 8 (5), 9, 4. *ad I A 2*: stare: OV. ars 3, 264 met. 7, 577 MANIL. 2, 247 COLVM. 5, 5, 18 QVINT. inst. 11, 3, 44 PALLAD. 1, 21 AVG. civ. 4, 21, p. 171, 9 D. SVLP. SEV. dial. 2, 8, 8. sedere: MANIL. 2, 249 QVINT. inst. 11, 3, 44 RVFIN. hist. mon. 27 p. 449[B] SVLP. SEV. dial. 2, 8, 8. pendere: MANIL. 4, 898 VOPISC. quatt. tyr. 4, 3. statui: COLVM. 4, 26, 2 PLIN. nat. 36, 67. tolli: PLIN. nat. 8, 182. *ad I A 2 b β*: valere: CIC. epist. 9, 20, 3 OV. am. 3, 7, 67. vigere: *ibid.* stare: APVL. met. 2, 7. erigi: PAVL. NOL. carm. 20, 193. *ad I A 2 b γ*: se erigere: CIC. Verr. II 5, 63. excitare: SEN. contr. 1, 4, 1 QVINT. decl. 347 p. 367, 27 HYMN. Ambros. 1, 1, 18 RVFIN. hist. mon. epilog. 8 p. 462[A]. suscitare: MART. 3, 44, 16. surgere: HYMN. Ambros. 1, 1, 17. *ad I A 2 b δ*: vivere: LVCR. 3, 886 PETRON. 52, 1 AVG. civ. 2, 5 p. 58, 19 D. stare: LVCR. 3, 887. exsurgere: APVL. met. 4, 5. resurgere: TERT. resurr. 48 p. 99, 18. erigere: COMM. instr. 2, 18, 19. suscitare: AVG. civ. 22, 8 p. 575, 12 D. reviviscere: AVG. civ. 22, 8 p. 577, 3. *ad I A 3*: tollere: OV. am. 3, 2, 26 met. 11, 618. surgere in rectum: SEN. epist. 39, 3. subrigere: SCRIB. LARG. 13. *ad I A 4*: surgere: VVLG. exod. 21, 19. *ad I B*: tollere: PLAVT. Cist. 659 VAL. MAX. 4, 7, 4. 7, 2 ext. 5 SAB. Gell. 11, 18, 21 PETRON. 34, 2 CAPITOL. Max. Balb. 5, 3 VVLG. num. 16, 37. sublegere: HOR. sat. 2, 8, 12. arripere: VVLG. iud. 15, 15. *ad I C 2*: editum (esse): SEN. epist. 51, 1. tumere: PS. RVFIN. in Am. 5, 1-2 p. 1074[C]. *ad I C 4 a*: tumidum (esse): SEN. Ag. 450. tumido fluctu rigere: VAL. FL. 4, 726. *ad II B 2 a*: valere: CIC. Cluent. 5 off. 3, 46. stare: CIC. Sest. 7. 64 Phil. 12, 4 PS. SEN. extr. voc. 195 TERT. praescr. 42, 2 p. 57, 23. excitare: CIC. dom. 96 har. resp. 50 Marcell. 23 Tusc. 1, 5 epist. 2, 16, 1 PANEG. 10 (4), 3, 3. erigere: CIC. Rab. Post. 2 VAL. MAX. 5, 1, 1 f PANEG. 6 (7), 12, 1. 8 (5), 4, 4. 10 (4), 3, 3. extollere: CIC. Marcell. 8. vigere: CIC. Phil. 10, 14. sustentare: CIC. rep. 2, 2. recreare: CIC. epist. 6, 10, 5. PANEG. 10 (4), 3, 3. reviviscere: CIC. epist. 6, 10, 5. relevare: DRAC. laud. dei 2, 696. *ad II B 2 d*: excitare: CIC. Brut. 13 Lael. 59 SEN clem. 1, 12, 4. surgere: SEN. Tro. 1022. exsultare: SEN. nat. 3 pr. 8 extollere, stare: SEN. epist. 71, 25. *ad II B 2 e*: stare: ITALA Rom 14, 4 (Optat. 2, 25 p. 62, 2 sqq.) CYPR. epist. 25 p. 538, 12 HIER. epist. 21, 15 PELAG. in Rom. 5, 2 p. 41, 22 S. se erigere: CYPR. epist. 25 p. 538, 12. *ad II 3 a*: stare: CIC. Att. 2, 17, 2. in pretio esse: LVCR. 5, 1273. 1277 OV. fast. 1, 237. potentem (esse): OV. am. 2, 2, 30. laudare: FIRM. math. 1, 7, 42. eminere: GREG. M. moral. 7, 53. *ad II 3 b*: in usu esse: SEN. benef. 3, 2, 3. *ad II 3 c*: excitare: CIC. rep. 3, 12. *ad II 4 a*: erigere: GELL. 1, 11, 15 GARG. MART. med. 17 CYPR. laps. 5 AMBR. hex. 3, 12, 51. exsultare: PANEG. 10 (4), 35, 3. excitare: LACT. ira 18, 12. vigere: BOETH. cons. 5 carm. 4, 10. *ad II 4 b*: inquietum, procellosum (esse): AMBR. bon. mort. 9, 38.

deriv.: iacenter iacentivus. ***compos.***: adiaceo circumiaceo coniaceo interiaceo obiaceo praeiaceo subiaceo subteriaceo superiaceo.

iacenter *adv. a part. praes. pro adi.* iacēns (*q. v. s.* iaceo, *ex. gr. p. 8, 17 sqq. 16, 37 sqq. 22, 40 sqq. 26, 15 sqq. 28, 33 sqq.*). *i. q. demisse*: PAVL. NOL. carm. 20, 235 cognovit causam agnoscensque -enter (*Hartel*, -entem *vel* -entur *codd.*) paenituit.

×iacio, iēcī, -ctum, -ere [*cf.* graec. ἵημι, ἧκα, *quod ab aliis minus apte cum lat.* sero, *ind.* sāyakam *'missile' coniungitur. J.*] *de relatione verborum -endi et iacendi v. s.* iaceo *p. 5, 3 sqq.* CHAR. gramm. p. 477, 14 B. *inter verba coniugationis tertiae enumeratur.* *de formis*: iacito: LEX XII tab. (Fest. p. 313) 1, 2 COLVM. arb. 22, 3 PLIN. nat. 18, 334. iace: CIC. carm. frg. 33, 31 VERG. ecl. 8, 102 PROP. 2, 1, 77. 4, 11, 84 VAL. FL. 7, 469 [*coniectura non probabilis* iac PROB. inst. gramm. IV 186, 34 (luc *codd.*)]. iaciundo: VARR. rust. 3, 16, 30. *perf.* ieci: CHAR. gramm. p. 320, 9 B. sexta forma *tertii ordinis* est, qua perfecto prima syllaba ex correpta producitur velut ... facio facis feci, -o -is ieci (*cf.* DIOM. gramm. I 370, 4 EXC. Bob. gramm. I 565, 17). PRISC. gramm. II 459, 29 sedeo sēdi ... -o iēci (*sim.* 460, 20. 496, 11). *supin.* iactum: PRISC. gramm. II 497, 14 (*derivat falso a stirpe praesentis*). AVG. epist. 3, 5 ita est cupio, ut fugio, ut sapio, ut -o, ut capio; sed utrum fugiri an fugi, utrum sapiri an sapi sit modus infinitus, ignoro. possem adtendere -i et capi, ni vererer, ne

[Köstermann]

me caperet et pro ludibrio -ret (*ludit in verbis*), quo vellet, qui -ctum et captum aliud, ⟨aliud⟩ fugitum, cupitum, sapitum esse convinceret. *forma* iect- (*sc. ex compos. assumpta*): iecta ITALA Gat. Matth. 9, 25. iectum CASSIOD. compl. in act. 7, 54 p. 1386^C (*cf. Stangl W. kl. Phil. 32, 1915, 232*). iectis VICT. VIT. 2, 9 (*cf. Petschenig Die hdschr. Überlief. d. Vict. Vit., Wien 1880 p. 43*). *de confusione verborum -endi et iacendi apud posteriores v. s.* iaceo *p. 5, 3 sqq.* *de compositorum formatione*: QVINT. inst. 1, 4, 11 littera i sibi insidit: 'coniicit' enim est ab illo '-it'. VEL. gramm. VII 54, 21 incipit per tria i scribi coiiicit, ut prima syllaba sit coi, sequentes duae iicit. nam si est aliud, -it, pro i a substituitur *eqs.* GELL. 4, 17, 8 verbum ipsum, cui supradictae particulae (*sc. sub, con, ob*) praepositae sunt, non est 'icio' sed '-o', et praeteritum non 'icit' facit, sed 'iecit'. id ubi compositum est, a littera in i mutatur ... atque ita vim consonantis capit. PRISC. gramm. II 437, 11 quaeritur in compositis verbis, cur, cum saepe in praesenti corrupta sit aliqua pars compositionis, in praeterito integra invenitur, ut ... efficio effeci, iniicio inieci. 438, 20. *de compositorum prosodia cf. Sommer Handb. p. 486 sq., Lachmann et Munro ad* LVCR. *2, 951, L. Müller De re metr.² p. 291.* *de notione*: GLOSS. iactare mittere iaculari. II 255, 45 βάλλω: iacto -o mitto iaculor. GLOSS.^{L} II Philox. IA 1 -it. σκύλλει, ῥιπτάζει. *cf.* PAVL. FEST. Gloss.^{L} IV p. 227^b (p. 105 M.) insipere in olam: -ere pultis. p. 324^b (p. 219 M.) poriciam: porro -am. p. 332^a far (p. 225 M.) prosapia progenies, id est porro sparsis et quasi -ctis liberis, quia supare (*Lindemann*, sutare *codd.*) significat -ere et disicere (*cf.* p. 407^a [p. 311 M.] supat -it, unde dissipat disicit ... et insipat, hoc est inicit). PORPH. Hor. carm. 1, 2, 11 'superiecto aequore' i. e. super terras -cto. *de differentiis*: GELL. 2, 6, 5 *v. s.* iacto *p. 48, 66.* ISID. diff. 1, 306 (= DIFF. ed. Beck p. 63, 1) iaceo accubantem significat, -o vero mitto demonstrat. *cf. et p. 33, 76.* *legitur inde a* LEGE XII tab. *per totam latinitatem, sed rarius, ut videtur, temporibus posterioribus, quibus praeponderat verbum iactandi, ita ut* iacto *apud quosdam scriptores sermonis vulgaris verbum simplex paene removisse videatur* (*v. s.* iacto *p. 61, 66 sqq.*; *cf.* GLOSS.^{L} III Abstr. IA 6 -it: iactat. *item* GLOSS. IV 412, 37. 525, 12); *saepissime apud* CIC. (*59*^{ies}) LVCR. (*21*^{ies}) CAES. (*16*^{ies}) VERG. (*23*^{ies}) OV. (*45*^{ies}) LIV. (*30*^{ies}) SEN. phil. (*25*^{ies}) CVRT. (*19*^{ies}) COLVM. (*20*^{ies}) PLIN. nat. (*26*^{ies}) SIL. (*25*^{ies}) TAC. (*42*^{ies}) VVLG. (*30*^{ies}); *saepe etiam apud* PLAVT. (*10*^{ies}) VARRONEM (*14*^{ies}) SALL. PROP. STAT. SVET. DIG. AMM. VEG.; *deest omnino* TER. CATONI TIB. MANIL. GERM. CELS. SCRIB. LARG. PERS. PETRON.

C *singularia*: *i. q. inicere* (*cf. p. 37, 42 sqq.*): Cic. epist. 1, 9, 13 iecit quidam casus caput meum ... in mediam contentionem dissensionemque civilem. Lvcr. 4, 1206 quod facerent numquam, nisi mutua gaudia nossent, quae -ere in fraudem possent vinctosque tenere. *reflexive* Arnob. nat. 4, 23 p. 159, 21 capitalibus adficiunt eos poenis, quos in aliena comprehenderint foedera genialis se lectuli expugnatione -isse. *i. q. ponere* (*cf. p. 38, 29 sqq.*): Verg. georg. 4, 294 omnis in hac certam regio -it (iacet *PR*) arte salutem (*cf.* Non. p. 327, 22 *ad l.* -it: habet, ponit). *i. q. spargere* (*cf. p. 39, 53 sqq.*): Tac. ann. 1, 69 Seianus peritia morum Tiberii odia in longum -ens. Prvd. ham. 315 inlecebras ..., quas pigmentato meretrix -it (iacet *PE*) inproba crine. *i. q. machinari, tendere*: Apvl. Socr. prol. p. 109 eo quoque tamen vulpes ... dolum iecit. *i. q. in sublime erigere*: Pavl. Nol. carm. 22, 51 si mentem caelo -is altius et super astra scire cupis quid sit.

D *abusive de foedere i. q. icere* (*v. etiam p. 35, 53 sqq.*): [*male trad.* Cic. Pis. 28. Tac. ann. 12, 62 *v. s.* ic(i)o]. Sidon. carm. 2, 357 foedera nulla cum Ricimere -it. *aliter* Tac. ann. 11, 9 *v. p. 41, 50.*

structurae: *dat. (temporibus prioribus excepto* Colvm. *2, 17, 5 tantum apud poetas, inde a* Verg.*) v. p. 34, 72. 36, 66. 37, 25 sqq. 52 sq. 63 sqq. 73. 38, 11 sq. 39, 34. 76 sqq. 40, 13.* in *c. abl. (inde a* Verg. *et* Ov.*) v. p. 35, 77. 36, 31. 37, 54. 75. 38, 40 sq. 57 sqq. 41, 64. 42, 31.* in *consecutivum vel finale (*Sen. *phil.) v. p. [35, 1]. 38, 75. 41, 4.*

syn.: *ad I A 1 a α*: emittere: Cic. div. 2, 45. mittere: Ov. met. 12, 508 Gell. 9, 1, 5 Vvlg. I reg. 20, 20. conicere: Nep. Hann. 11, 5 Ov. met. 12, 511. proicere: Val. Max. 7, 4, 3 Capitol. Max. Balb. 10, 7. iaculari: Flor. epit. 3, 21, 7 Avg. civ. 5, 26 p. 239, 17 D. iactare: Lact. inst. 1, 20, 33 Veg. mil. 3, 4 p. 71, 17. torquere: Lact. epit. 2, 7. contorquere: Avson. 419, 63. *ad I A 1 a β*: iactare: Plavt. Curc. 359 Cic. div. 2, 121 Ov. ars 2, 203. 204 Svet. Aug. 71, 2. *ad I A 1 a γ*: mittere: Lvcr. 4, 64 Ov. fast. 5, 437 Clavd. carm. min. 27, 56. iactare: Ov. met. 1, 383. iaculari: Vindic. med. 25. *iuxta positum ibid.* excutere. *ad I A 2 a*: mittere: Ov. fast. 5, 631 met. 9, 218. dimittere: Iavol. dig. 41, 2, 21, 2. deicere: Fest. Gloss.[L] IV p. 426[a] (p. 334 M.). proicere, eicere: Ivlian. dig. 14, 2, 8 Gaivs dig. 41, 1, 9, 8 Alc. Avit. carm. 2, 45. repellere: Arator act. 2, 556. *ad I A 2 b (se -ere)*: membra dare: Lvcr. 6, 1173. se praecipitare: Plin. nat. 8, 130. praecipitari: Qvint. inst. 7, 2, 24 Arnob. nat. 3, 27 p. 130, 13. *ad I B 1*: proicere: Varro ling. 5, 39 Vlp. dig. 43, 8, 2, 8. inicere: Cvrt. 4, 3, 9. ponere: Vlp. dig. 43, 24, 11, 5 Vvlg. Is. 29, 3. *iuxta positum* fundere: Verg. Aen. 5, 78 Hier. epist. 14, 5, 3. posita habere Vlp. dig. 8, 3, 3, 2. *ad I B 2*: serere: Varro ling. 9, 27 rust. 1, 42 Colvm. 1, 7, 6. 2, 9, 2. 9. 10, 17 arb. 22, 3 Plin. nat. 18, 193. 334. 19, 130 Clavd. Mam. anim. p. 188, 12. semen demittere: Varro rust. 1, 42. *ad I B 3*: mittere: Lvcr. 1, 662. summittere: 2, 674. foras mittere: 4, 200. emittere: 4, 205. *ad II A*: obicere: Cic. Q. Rosc. 25. mittere: Cic. orat. 87. immittere: Cic. parad. 28 Anth. 412, 5. iaculari: Arnob. nat. 3, 16 p. 123, 13. *iuxta posita ad II B*: loqui: Prop. 4, 11, 83. dicere: Ov. met. 15, 764 Tac. ann. 2, 50. mentionem facere: Liv. 23, 22, 8. mentionem inferre: Cvrt. 8, 1, 38. effari: Sen. Phaedr. 640. **opp.**: ferire: Cic. top. 64 *v. p. 33, 76.* Gell. 9, 1, 4 si quid -ere tantum velis, non ferire.

deriv.: iacto, iactura, iactus -ūs, iaculor, iaculus (-um).

compos.: abicio, adicio, circumicio, conicio, deicio, disicio, eicio, inicio, intericio, obicio (por(r)icio?), praeicio, proicio, reicio, subicio, tra(ns)icio. amicio. interiacio, periacio, praeiacio, subteriacio, superiacio, supraiacio, transiacio. *Köstermann.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iactābilis, -e *a* iacto. *i. q. facile huc illuc movetur*: GREG. NAZ. Cassiod. hist. 7, 2 p. 1065B cervix inflexibilis, humeri -es, oculi currentes *Iuliani*.

iactābundus, -a, -um *a* iacto. 1 *i. q. agitatus, turbulentus*: GELL. 19, 1, 1 navigabamus ... mare Ionium violentum et vastum et -um. 2 *i. q. gloriabundus*: GELL. 15, 2, 2 erat ... nihili homo et nugator atque in Graecae facundiae gloria -us. HIER. hom. Orig. in Ezech. 8, 3 p. 404, 27 B. amatores ... incedunt -i super divitiis eius *animae* (hom. Orig. in Ier. 7 p. 810 V.). AVG. serm. 169, 7, 9 cum saeviret erectus, -us, glorians *Saulus* apud ... Iudaeos *eqs.* [*dub. coni.*: IVL. VAL. 2, 25 p. 88, 30].

iactāns, **-anter** *v. s.* iacto *p. 62, 35.*

×**iactantia**, -ae *f. a* iactans, *cf.* arrogantia *sim.* *plur.*: *p. 44, 9.* *definitiones, distinctiones*: RVFIN. hist. mon. 1 p. 395D. AVG. civ. 12, 8 p. 523, 16 D. -a vitium est ... animae perverse amantis laudari ab hominibus spreto testimonio conscientiae (*opp.* superbia. *cf.* EPIST. pontif. Conc.8 IV 2 p. 110, 10 -ae quae superbiae semper est proxima). MART. BRAC. iact. 1 inane laudis studium, quod Graeci κενοδοξία, Latini 'vanam gloriam' seu '-iam' vocant (ISID. diff. 1, 331 libido gloriandi). ISID. diff. 2, 167 inanis gloria quadripartitam habet -am *eqs.* GLOSS. ἀλαζονία: -a, insolentia, adrogantia. L II Abav. IA 3 -a: superbia. NON. p. 300 exultare: gloriari cum -a. CHAR. gramm. p. 411, 27 B. superbus non sum: ... -a mihi displicet. *legitur inde a* QVINT. *praecipue apud* ECCL.

i. q. elatio, ostentatio, adrogantia, insolentia, vana gloria sim.: QVINT. inst. 1, 6, 20 abolita atque abrogata retinere insolentiae cuiusdam est et frivolae in parvis -ae (1, 8, 18 aut nimiae miseriae aut inanis -ae est. 12, 10, 40 id esse adfectationis et ambitiosae in loquendo -ae. ENNOD. dict. 1, 2 p. 423, 14 superflua scribere res -ae est. *cf.* PANEG. 12 [2], 1, 3 absurdae sinistraeque -ae possit videri. ALC. AVIT. hom. 24 p. 141, 22 -a est [EVGRAPH. Ter. Haut. 373]). 6, 3, 75 elevandi ratio est duplex, ut aut nimiam (veniam *cod.*) quis -am minuat ... aut crimen obiectum. 9, 2, 74 veritus opinionem -ae. TAC. Agr. 25 militari -a (*antea* suos casus attollerent). ann. 1, 8 tertio gradu primores civitatis *heredes* scripserat ... -ā gloriāque ad posteros. PLIN. epist. 1, 8, 13 communibus magis commodis quam privatae -ae studebamus (ITIN. Alex. 1 privatae -ae gloria). paneg. 38, 4 ambitio ... et -a et effusio *est liberalitas ratione expers.* GELL. 18, 6, 1 maiore in litteris erat -a et σοφιστείᾳ quam opera *Aelius Melissus.* ITIN. Alex. 23 elefanti turri⟨ti⟩, quae illis *gentibus* est pompa -ae. 32 inlecti (e- *cod.*) mente -ae. 41 ⌊honore⌋ -ae (*contextus non sanus, coni. al. al.*). PANEG. 5 (8), 7, 1 stulta ille (*Xerxes*) -a et sacrilega vanitate. 10 (4), 14, 5 habent ... etiam divina -am (*postea* ambitio, gloriabantur). FIRM. math. 1, 2, 3 Hispani *fiunt* elata -ae animositate praeposteri. 1, 10, 12 -ae vitia (GAVDENT. serm. 18 p. 980A RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 107, 10 B. CASSIOD. compl. in II Cor. 11, 1). 3, 5, 33 hymnologos et qui laudes deorum cum -ae ostentatione decantent. PS. HIL. libell. 19 p. 748A affectatus incessus professione -ae. ZENO 1, 5 p. 268A saecularis amore -ae accensus (GAVDENT. serm. 18 p. 979B). FILASTR. 128, 6 cum praesumptione et -a (128, 9 *cf.* FAVST. REI. grat. 1, 16 p. 51, 25 mortifera -ae praesumptione). SYMM. epist. 10, 1, 1 ut ... naevum -ae non timeres. AMM. 15, 3, 2 ambo inconsideratae -ae. SCHOL. Cic. Bob. p. 145, 1 St. 'cum omni ⟨in⟩ re odiosa sit ... -a' (*cf.* CIC. *div. in Caec. 36* adrogantia). p. 167, 26 quadam superbiore -a (*antea* epistulam ... insolentius scriptam). CLAVD. DON. Aen. 7, 218 p. 34, 11 commendationis, non -ae causa (AMBROSIAST. in II Cor. 5, 14 AVG. epist. in Ioh. 6, 2. 8, 9). AMBR. obit. Valent. 76 *coniunct.* invidia. HIER. epist. 49, 12, 4 statim -ae reus sum, quod *eqs.* 58, 6, 3 nec ... miretur, quia ... -ae seminarium est. in Matth. 9 p. 30/31 fugiens -ae gloriam (*cf. supra l. 37*). hom. Orig. in Ier. 9 p. 830 sequitur ... ruina -am (*antea* gloriationis). PELAG. in I Cor. 2, 3 p. 137, 8 S. non in -a neque gloria carnali *dcum convenerat praedicari.* in Gal. 1, 14 p. 310, 1 S. ne -a (-ae *V, Ps. Primas.*) putaretur. RVFIN. Orig. in iud. 2, 5 p. 479, 9 B. avaritiam aut libidinem aut -am. hist. 4, 15, 21 si hanc ... -am quaeris, ut ... iurem (κενοδοξεῖς). 4, 16, 3 φιλοκόμπῳ id est ... amatore -ae. hist. mon. 1 p. 393D ut omnem ex hoc -am fugeret (*cf.* 9 p. 424A. 10 p. 428C SVLP. SEV. dial. 2, 4, 2 LEO M. epist. 132, 4). 11 p. 431A -ae ac spiritu superbiae illudi. *al.* PRVD. cath. 7, 86 gens insolenti praepotens -a. AVG. civ. 5, 17 p. 222, 28 D. tolle -am, et omnes homines quid sunt nisi homines? 5, 18 p. 227, 27 nullā ... ventilari -ā. 5, 26 p. 241, 31 deposita inanitate -ae (16, 32 p. 176, 5). epist. 36, 7 cum superbiente -a quae in illo *Pharisaeo* apparebat (*opp.* pietate humili). in epist. Ioh. 5, 12 ut non de -a facias (51, 12). virg. 52, 53 tundentes pectora publicanos ruinosa -a. in psalm. 140, 18 ubi est illa verbositas, ubi est illa -a? (145, 10 *syn.* typhus, superbia). ord. 1, 10, 30 p. 142, 5 aemulationis tabificae atque inanis -ae. serm. 348, 2 nulla inani -a tumidus extollaris. *al.* SVLP. SEV. dial. 1, 10, 3 non sine -ae tumore. COD. Theod. 4, 10, 1 (*a. 332* = COD. Iust. 6, 7, 2 pr.) si quadam -a vel contumacia cervices erexerint. 11, 30, 11, 1 (*a. 321*) ita per -am insolescere *iudicem*, ut *eqs.* OROS. hist. 7, 10, 4 pravissima elatus -a. apol. 3, 2 iterum ... -ae notandus (*cf.* ALC. AVIT. epist. 28 p. 58, 21). SIDON. epist. 1, 9, 8. ALC. AVIT. carm. 2, 222 (*personif.*) pulsat -a legem. *al.* ENNOD. epist. 2, 12, 2 p. 52, 2 sumpsisti ... -am (GREG. TVR. Franc. 3, 33 VEN. FORT. vita Marcell. 4, 13). epist. 9, 32, 3 p. 256, 16 habet de origine eius Roma -am (*i. gloriatur, in bonam partem.* opusc. 4, 42 p. 393, 15). opusc. 3, 42 p. 341, 18 metropolitanae -ae vocabula. 3, 47 p. 343, 1 aut -ae nebulis aut avaritiae fama. *al.* VITAE patr. 3, 142 auctoritas quae per -am ordinatur (τῆς αὐθεντίας). MVTIAN. Chrysost. hom. 3, 5 ne inflentur ventositate -ae (φυσιωθῆναι). GREG. TVR. Franc. 5, 4 advenit cum magna -a (*fere i. q. pompa*). 7, 38 in -a procedere. *al.* *c. genet.*: *subi.*: IVL. VAL. 1, 38 Darii. 2, 25 p. 89, 23 vaniloquentias et -as barbari (*Ps. Callisth. p. 66* τὰς κενάς σου ἀπονοίας καὶ φλυάρους καὶ ματαίας ὁμιλίας). FIRM. math. 1, 2, 4 Hispanorum. HIL. in Matth. 5, 5 saeculi huius (HIER. epist. 22, 27, 6). 6, 6 pseudoprophetarum. HIER. adv. Pelag. 3, 14 orantis. VVLG. Ier. 48, 30 eius (ἔργα). AVG. in psalm. 44, 29 hominum. retr. 1, 6 (7), 1 Manichaeorum. spir. et litt. 28, 49 p. 204, 1 Iudaeorum. EVGRAPH. Ter. Phorm. 829 -am (iactationem *v. l.*) Phormionis. *nota*: ALC. AVIT. carm. 1, 255 quas miratur mundi -a (*i. mundus ambitiosus*) gemmas. *obi. vel explicativus*: QVINT. inst. 12, 8, 3 -ā ingenii ... mentiti (AVG. c. acad. 1, 3, 8 p. 9, 12. *cf.* IVVENC. 1, 580 mentis [iactatio *recc.*]. HIER. adv. Pelag. 2, 25 cordis). TAC. Agr. 39 nulla verborum -a (AMBR. apol. Dav. I 6, 26. *cf.* AVG. in evang. Ioh. 61, 4 dicendi). ann. 2, 46 neque Maroboduus -a sui ... abstinebat (LAMPR. Alex. 63, 5. HIER. epist. 21, 7, 2 *cf. p. 46, 75. 62, 53*). ITALA I Ioh. 2, 16 (Ambr. in psalm. 118 serm. 13, 27, 3) -a vitae (ἀλαζονία, VVLG. superbia). CYPR. patient. 2 p. 398, 17 exerti ac seminudi pectoris inverecunda -a (*i. ostentatio, de vestitu philosophorum*). 3 p. 398, 20 virtutum conscientiam magis quam -am novimus. ITIN. Alex. 54 famae. HIL. in Matth. 4, 28 religionis (Ps. AVG. serm. 62, 8). HIL. in Matth. 9, 2 iustitiae. 24, 7 inutilis studii. in psalm. 2, 25 -a et gloriatio spontaneae professionis. FILASTR. 112, 5 carnis (AMBR. fug. saec. 4, 22). SYMM. epist. 1, 1, 6 -a avara laudis. 1, 16, 2 successuum suorum. PALLAD. Maximin. c. Ambr. 87 litterariae scientiae. VVLG. Esth. 1, 4 ut ... ostenderet -am potentiae suae (δόξαν). sap. 5, 8 divitiarum -a (πλοῦτος μετὰ ἀλαζονίας [iactatio ITALA *v. p. 46, 83*]. AVG. catech. rud. 16, 25). PELAG. in Rom. 11, 33 p. 93, 5 S. falsa -a operum. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 42 suae doctrinae. hist. 5, 2, 4 nominis *martyrum* (AVG. serm. 10, 7 fallacem -am materni nominis). Ps. RVFIN. in Os. 14, 4 comminationum hostilium. AVG. civ. 9, 15 p. 387, 31 D. inmortalitatis. POMER. 3, 17, 1 ambitiosi apparatus. *add. part. perf.*: HIL. in Matth. 5, 2 -am confecti corporis (*spectat ad Matth. 6, 16*). RVFIN. Orig. in num. 12, 2 p. 370, 2 B. rerum prospere gestarum. *ger. vel gerundiv.*: IVL. VAL. 2, 4 inani -a periculum periclitandi. HIL. in Matth. 5, 15 ut ... medendae caecitatis alienae -am praeferamus. 12, 9 gloriandi de se -am.

epitheta: absurda: *p. 43, 30.* ambitiosa: *p. 43, 28. adde* HIL. in Matth. 5, 5. carnalis: *p. 43, 62.* fallax: *l. 36.* falsa: *l. 35.* frivola: *p. 43, 27.* inanis: *p. 43, 28. 77. adde* HIL. in Matth. 9, 2 CLAVD. DON. Aen. 11, 707 p. 521, 21 AVG. perf. iust. 15, 36 p. 37, 15 *al.* inconsiderata: *p. 43, 53.* insolens: *p. 43, 69.* militaris *p. 43, 34.* nimia: *p. 43, 32.* invida: AVG. c. Cresc. 1, 7, 9. odiosa: AVG. in psalm. 136, 2 CASSIOD. inst. div. praef. p. 1107A. prava: *p. 43, 81.* privata: *p. 43, 36.* puerilis: AVG. c. acad. 1, 3, 8. saecularis: *p. 43, 49.* sinistra: *p. 43, 30.* stulta: *p. 43, 42.* superba: *p. 43, 55. adde* CASSIOD. in psalm. 118, 100. superbiens: *p. 43, 72.* vana: AVG. perf. iust. 15, 36 p. 37, 15. vitiosa: CASSIOD. in psalm. 118, 159. *syn. et iuxtapos.*: affectatio: *p. 43, 28.* ambitio: *p. 43, 38. 44.* arrogantia: IVL. VAL. 1, 38 AVG. c. Iul. op. imperf. 2, 156. contentio: RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 107, 10 B. contumacia: *p. 43, 80.* elatio: AVG. in psalm. 136, 2 CASSIOD. in psalm. 126, 2. gloria: *p. 43, 35. 62. adde* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 195, 13 B. Clement. 2, 7. gloriatio: *p. 43, 61. l. 29.* iactatio: AVG. in epist. Ioh. 8, 9. insolentia: *p. 43, 26.* praesumptio: *p. 43, 50.* superbia: *p. 43, 76. adde* AVG. in psalm. 136, 2 POMER. 2, 24, 2 NICET. symb. frg. 3 p. 54, 6. tumor: HIER. adv. Pelag. 3, 14 catech. rud. 16, 25. typhus: *p. 43, 76.* vaniloquentia: *p. 43, 93.* vanitas: *p. 43, 43. adde* SVLP. SEV. dial. 1, 25, 4. *opp.*: conscientia: *l. 26.* humilitas: AVG. in evang. Ioh. 57, 2 LEO M. epist. 132, 4 POMER. 3, 3, 2.

iactanticulus, -a, -um *a* iactans. *aliquantum iactans, se ostentans*: SCHOL. Iuv. ed. Wessner 11, 34 et Matho buccae: -i qui tantum buccas inflant et nihil dicunt. LEMMA B Mart. 9, 59 de Mamurra tenui -o. 12, 70 de Apro divite facto -o (*cf. Landgraf, Archiv 12, 459*). AVG. c. acad. 3, 8, 17 cum se ille Academicus -us quasi discipulum singulis dederit. doctr. christ. 4, 26, 56 nonnulla non -a, sed quasi necessaria ... numerositas clausularum. c. Iul. op. imperf. 3, 32 dialectica ... quae te ... ridiculum, quoniam -um, facit. 5, 39 -a tua sollertia. PS. ORIGEN. in Iob 1 (Migne gr. 17) p. 409A omnes magniloqui, -i, arrogantes et superbi tuae (*diaboli*) nequitiae *sunt* discipuli.

iactātio, -ōnis *f. a* iactare. *actio iactandi (tam active quam passive).* *plur. raro inde* CIC., *v. p. 45, 24. 27. 69. 77. 82. 83. 46, 3. 4. 5. 45. 57. 47, 1.* GLOSS. ῥιπτασμός. βλακία. *legitur inde a* CIC., *apud poetas nonnisi* PAVL. PETRIC. Mart. 2, 666 (*v. l.* IVVENC. 1, 580 *v. supra l. 19*). [*ex dub. coniect.* SEN. epist. 104, 29 in iacta⟨tione⟩ *Hense*, intacta *codd.*, in pace *Gronov.* AVG. civ. 7, 24 p. 304, 20 D. (*v. s.* iacto *p. 52, 58*). *dub. interpr.*: GROM. p. 338, 19 -o policoni].

[*J. B. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I *proprie i. q. motus vehemens, agitatio, conquassatio, vexatio, fluctuatio sim.*: A *generatim de concussione vulnerum, corporis sim.*: LIV. 29, 32, 12 ubi primum ducta cicatrix patique posse visus *Masinissa* -em (*cf.* 30, 19, 5 leniorem in navigatione quam in via -em vulneris fore [CVRT. 6, 1, 5]. CELS. 4, 20, 4 cum frigus subit sive aliqua -o [*antea* vitare oportet . . . ambulationem, gestationem ceterosque corporis motus]). SEN. epist. 28, 3 (*trop.*) vadis huc illuc, ut excutias insidens pondus, quod ipsa -e incommodius fit. CVRT. 4, 15, 16 *equi* crebra -e cervicum . . . iugum . . . excusserant. PASS. Mar. Iac. 7 p. 56, 3 vehiculi promoventis inquieta -o. *etiam de motu corporis valetudinis causa*: SEN. epist. 55, 2 mihi . . . necessarium erat concutere corpus, ut . . . extenuaret illum (*spiritum*) -o (*cf.* 78, 5 ut naviges et viscera molli -e concutias). *item de locorum mutatione crebra, peregrinatione*: SEN. epist. 2, 1 non discurris nec locorum mutationibus inquietaris. aegri animi ista -o est (*cf.* 28, 2. 104, 14. *addam* AMBR. hex. 5, 10, 30 novit *piscis* tempus eundi atque redeundi, novit tempus perfunctionis et -is).

B *speciatim*: 1 *de motione inquieta aegrorum* (*febri quassorum sim.*): CELS. 3, 9, 2 si diu frigus est et torpor et -o corporis *in febri* (*cf.* 3, 11, 3. ENNOD. dict. 14, 6 p. 468, 26 aegris sub febrium -e languentibus. *fere i. q. accessio, impetus*: PAVL. PETRIC. Mart. 2, 666 transcursa sibi -o vindicat unum *diem*). AVG. gen. ad litt. 12, 17 p. 405, 1 eiulabat vehementer *puer* cum -e membrorum. THEOD. PRISC. log. 11 inter -es (luctat- *B*) nimias (*antea* impatientius se iactando). CAEL. AVR. acut. 1, 9, 63 turbatio atque motus et -o corporis (*cf. l. 19. 31. 34. 40. 41*) celeritatem asperat passionis (2, 36, 226 corporum solutiones . . . atque -es. 3, 11, 103. *cf.* chron. 4, 8, 106 turbatio membrorum efficitur . . . cum -e). *adde*: AVG. serm. coll. Morin 1930 p. 271, 3 accessionem in extremam aegritudinem et magnam huius aegroti -em (*i. vexationem*). *etiam de habitu iracundorum*: SEN. dial. 3, 19, 1 cum clamore et tumultu et totius corporis -e quos destinavit insequitur *iracundia*. 2 *in sacris quibusdam de saltatione in ecstasi facta sim.* (*cf. s.* iacto *p. 52, 51*): LIV. 39, 13, 12 viros velut mente capta cum -e fanatica corporis vaticinari (*de bacchanalibus*). AVG. civ. 7, 24 p. 305, 20 D. -o insana membrorum (*in cultu Magnae Matris*). *aliter de oscillatione*: FEST. p. 194 causa . . . eius *oscilli* -is proditur Latinus rex. PROB. Verg. georg. 2, 385/9 ritus oscillorum -is frequens in Italia ab Atticis est traditus.

3 *de actione, gesticulatione oratoris*: CIC. Brut. 158 non multa -o corporis *Crassi* (*cf.* CRASS. Cic. de orat. 3, 33 ex motus mei mediocritate). orat. 86 actio non tragica nec scaenae, sed modica -e corporis, vultu tamen multa conficiens. QVINT. inst. 2, 12, 9 -e gestus, motu capitis. 10, 7, 26 -e manus, pedis supplosione. *adde de pugna lusoria gladiatoris*: TERT. anim. 45 p. 374, 8 concipe gladiatorem sine armis vel aurigam sine curriculis, gesticulantes omnem habitum artis suae . . .: pugnatur certatur, sed vacua -o est. 4 *de togis, taedis i. ventilatio*: PANEG. 11 (3), 29, 2 illa -o togarum, illa exultatio corporum (*sc. populi gaudio elati*). LACT. inst. 1, 21, 24 sacra eius *Cereris* ardentium taedarum -e celebrantur. 5 *de motu turbato aëris, ventorum, maris sim.*: SEN. nat. 2, 18 quid est . . . fulguratio? aëris diducentis se corruentisque -o *eqs.* 2, 58, 1 ipsa -e se accendit *spiritus* (*de fulmine*). 6, 28, 3 nec prius pestilentia desinit, quam spiritum illum gravem exercuit laxitas caeli ventorumque -o. APVL. mund. 9 nives . . . colligi -e densarum nubium constat (*Ps. Arist. π. κόσμ. 4 p. 394^a, 32 νεφῶν πεπυκνωμένων ἀπόθραυσιν*). *de causa maturandorum fructuum*: SEN. nat. 5, 18, 13 *arborum fructus* ad maturitatem . . . adducit ipsa -o adtrahens cibum in summa et ne torpeant permovens. *de fluctibus, navigatione i. concussio*: LIV. 21, 26, 5 necdum satis refectis ab -e maritima militibus (30, 29, 1. *cf.* PAVL. NOL. epist. 40, 9 p. 391, 28 marina [SVLP. SEV. dial. 1, 4, 7]). frg. 60 cum . . . -em navis caeco volvente fluctu pati non posset *Cicero*. AVSON. 452, 2 infortunia diutinae -is *Ulixis*. *speciatim de aestu maris*: MIN. FEL. 3, 6 testam teretem -e fluctuum levigatam. DON. Ter. Andr. 446 -e fluctuum et aestus marini. EVSTATH. Bas. hex. 7, 6 p. 944^B (*trop.*) velut quidam fluctus crebris alternisque -bus (*ἐπιδρομαῖς*).

II *translate*: A *de animo i. q. perturbatio, fluctuatio, dubitatio sim.* (*servata imagine maritimae tempestatis l. 78. p. 46, 2. 5*): CIC. Tusc. 5, 15 motus turbulenti -esque animorum incitatae et impetu inconsiderato elatae (LIV. 24, 6, 9 levitatem ac -em animi *iuvenis* [*Polyb. 7, 4, 8 ἀκαταστασίαν καὶ μανίαν*]. SEN. dial. 9, 2, 8 illa animi -o non invenientis exitum. DICT. 3, 3 animi -e saucius *Achilles* [*postea* iactari animo]. EPIST. pontif. 276 Migne 20 p. 74^A patitur animi -em *gubernator*, ne . . . navis elidatur in saxa. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 148 maestitudo vel animi anxietas et -o [*inter signa furoris*]. ENNOD. epist. 4, 31, 2 p. 119, 18. *adde*: TERT. anim. 45 p. 373, 25 non modicis -bus animae [*de somniis. postea* motationis]). SEN. epist. 95, 58 inter missa adpetitaque alternis fluctuantur. causa his qu⟨a⟩e -is est? (120, 20 fluctuatio et inter simulationem virtutum amoremque vitiorum adsidua -o). *hinc de vita turbulenta, inquieta*: ITALA II Cor. 6, 5 (Eugipp. exc. Aug. p. 1090, 24) in plagis, in carceribus, in -bus, in laboribus (*ἐν ἀκαταστασίαις*, VVLG. seditionibus, ITALA Salv. gub. 3, 18 lacerationibus). FIRM. math. 5, 4, 16 -es ⟨et⟩ turbas habebunt in prima semper aetate. HIL. in Matth. 7, 9 qui *discipuli* dominum per multa saeculi huius pericula et -es essent secuturi. FVLG. Virg. cont. p. 95, 9 naves ardescunt, id est instrumenta periculosa, quibus aetas tempestivis -um cursibus flagitatur. AVG. c. acad. 1, 1, 3 variis illis durisque -bus. 2, 1, 1 vitae huius multis variisque -bus (FAVST. REI. epist. 9 p. 211, 20 post vitae huius -es ad portum religionis proram salutis . . . convertit).

B *in capessenda re publica de aura populari sim.* (*metaphora de fluctibus maris, cf. s.* iacto *p. 52, 24 et l. 12 nec non plenam imaginem* CIC. Mur. 4 me . . . prope iam ex magna -e terram videntem, *opp.* cui video maximas rei publicae tempestates esse subeundas): CIC. Cluent. 95 cum homines se non -e populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur (prov. 38 illa -e cursuque populari [*antea* illos fluctus, *postea* populari ac turbulenta ratione]. har. resp. 43 aditus ad popularem -em atque adscensus). orat. 13 eloquentia haec forensis . . . -em (*i. plausum*) habuit in populo.

C *de sermone habitu factis i. q. ostentatio, gloriatio sim.*: 1 *generatim de verbis i. q. insolens emissio, sim.*: CIC. Sull. 24 *competitores* excutient tibi istam verborum -em (BRVT. Cic. epist. 11, 20, 2. PAVL. FEST. ^{L}Gloss. IV p. 126^a [p. 28 M.] advelitatio: -o quaedam verborum figurata). CHALC. transl. 48 turbida et procellosa coepti sermonis -e (*Plat. Tim. p. 48^D ἀτόπου καὶ ἀήθους διηγήσεως*). Ps. RVFIN. in Os. 8, 1/3 p. 1000^D frigida . . . est . . . nominum sola -o. COD. Iust. 2, 19 (20), 9 -bus . . . vel contestationibus (*opp.* atrocitate facti). 2 *praevalente vi ostentandi i. q. elatio, gloriatio sim.* (*perraro in bonam partem, cf. l. 40. definitio*: CIC. Tusc. 4, 16 voluptati *subiciuntur* malivolentia, delectatio, -o. 4, 20 -o est voluptas gestiens et se efferens insolentius. *cf.* Ps. QVINT. decl. 18, 7 p. 326, 9 pars voluptatis videtur esse -o): CIC. Tusc. 2, 12 videre licet alios *philosophos* tanta levitate et -e, ut iis fuerit non didicisse melius. SEN. contr. 9, 1, 10 dedisti istud -i tuae (*syn.* gloriam). 10 praef. 4 non admittebat *Labienus* populum *ad declamationem* . . ., quia putabat turpe ac frivolae -is. SEN. benef. 2, 11, 6 detrahenda est inanis -o *in beneficio dando* (*antea* superbia, adrogantia voltus, tumore verborum). 4, 17, 1 quae -o est solvisse quod debeas? 5, 1, 4. epist. 95, 28 -em ex istis peti et gloriam. QVINT. inst. 2, 4, 15 extemporalis garrulitas . . . circulatoriae vere -is est. 11, 1, 21 illa -e perversa, si *eqs.* (*opp.* aperte gloriari). TAC. Agr. 5 *Agricola* nihil adpetere in -em. FLOR. epit. 4, 2, 50 *vox Caesaris* ad -em composita 'parce civibus!'. Ps. QVINT. decl. 16, 2 paraveram . . . hanc -em, ut *eqs.* (*syn.* ostentationis). 18, 7 p. 326, 22 filius matris tota -o est (*i. res gloriandi*). VLP. dig. 28, 3, 6, 7 si quis taedio vitae . . . vel -e (*Hal.*, -is *cod.*), ut quidam philosophi, *sibi mortem consciverit*. APVL. Plat. 1, 18 inperitiae morbum ex gloriosa -e contingere. CYPR. epist. 59, 3 p. 669, 10 exaltatio et inflatio et adrogans ac superba -o. 75, 10 p. 817, 12 mendaciis et -bus. ad Don. 4 p. 6, 13 in proprias laudes odiosa -o est (RVRIC. epist. 2, 1 p. 373, 1). mort. 12 p. 304, 20 delicata -o est, cum periculum non est. SPART. Hadr. 16, 6 eadem . . . -e (*i. arrogantia*) de Homero . . . iudicavit. SYMM. rel. 10, 8 cum foeda -o senatorias functiones gravibus impendiis obruisset (*i. ambitio*). CLAVD. DON. Aen. 5, 400 p. 469, 12. FVLG. Virg. cont. p. 100, 14 deterior in superborum corde est tumoris inflatio quam in ore ventosa -o. HIER. hom. Orig. in Ezech. 9, 2 p. 409, 11. 22 B. *bis* (*syn.* superbia). AVG. epist. 118, 15 detumescens a -e atque inflatione *animus*. c. Petil. 3, 18, 21 p. 178, 13 impetum linguae suae quo libuit ambitu -is exercuit. in evang. Ioh. 42, 6 quid se . . . extollit inanis et vana -o? serm. 12, 2, 2 superbi homines . . . et vana pompa -is elati. ORIGEN. in Matth. 18, 10 p. 1613^C -bus propter pompam (*sc. Pharisaeorum. syn.* ostentationem). DECRET. decur. Hercul. (Corp. X 1453) 12 quod iterationem honoris eorum non ambitioni neque -i suae dederint. *c. genet.*: *subi.*: CAEL. Cic. epist. 8, 16, 5 nonnullorum hominum insolentiam et -em (CVRT. 4, 10, 3 unius hominis [*sc. gloriae cupiditatem*]). PETRON. 73, 2 putidissimam ei⟨us⟩ -em (actionem *cod.*). QVINT. inst. 4, 1, 9 hac nostrorum temporum -e (*sc. eloquentiae. opp.* simulatio). 4, 3, 2 patronorum. 11, 2, 22 gloriantis (*syn.* vanitas). PLIN. epist. 1, 8, 15 eius. 8, 24, 3 cuiusquam. CYPR. epist. 59, 2 p. 668, 13 comminantium tumens et inflata et vana -o (*syn.* sui elatio). EVGRAPH. Ter. Eun. 391 gloriosi militis (*syn.* exultantiam). *adde*: AVG. ann. in Iob. 1, 37 p. 600, 3 linguae -e sapientes (*opp.* cordis illuminatione). *obi. vel explicat.* (*inhaerentiae: l. 71. 82. p. 47, 3*): LIV. 29, 37, 9 intempestiva -e severitatis inflatus. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 1, 39 vereor ne . . . videar . . . quaesisse -em gloriae prolati imperi ultra oceanum (HIER. hom. Orig. in Ezech. 9, 5 p. 413, 28 B.). SEN. dial. 10, 13, 7 inani -e cognominis sui (*sc. Magni*). 12, 9, 1 indulgentiae. CVRT. 6, 8, 3 ⟨i⟩act⟨at⟩ione virtutis atque operae. QVINT. inst. 1, 5, 11 eruditionis. 11, 1, 15 omnis sui vitiosa -o est, eloquentiae (11, 1, 25) tamen in oratore praecipue (AMM. 16, 12, 69 cum odiosa sui -e. HIER. in Gal. 2 p. 7). 12, 9, 4 illa dicendi vitiosa -o. decl. 308 p. 210, 16 sanguinis et naturae. TAC. Agr. 42 inani -e libertatis. Germ. 6 nulla *Germanis* cultus *armorum* -o (LAMPR. Hel. 7, 3 -e Syriaci cultus). Ps. QVINT. decl. 4, 4 virium. 5, 10 tibi patris asperitas praestat boni filii -em (*sc. facultatem te b. f. ostendendi*). 8, 7 p. 151, 25 potestatis vestrae. APVL. met. 5, 10 ipsa -e inmodicae ostentationis. ITALA sap. 5, 8 (Cypr. testim. 3, 16 hab. virg. 10) divitiarum (VVLG. iactantia [*v. p. 44, 33*]. AVG. serm. coll. Morin

[*J. B. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1930 p. 288, 14 gaudebat in -bus divitiarum suarum). TERT. adv. Prax. 1 p. 228, 2 de -e martyrii inflatus *Praxeas*. CYPR. epist. 11, 1 p. 496, 12 confessionis suae tumida et inverecunda -o. 55, 25 adrogantiae suae quanta -o. SYMM. epist. 4, 18, 4 deliciarum tuarum (*sc. venandi*). HIER. adv. Pelag. 2, 27 liberi arbitrii ... superba -o. AVG. in epist. Ioh. 8, 9 -e huius faciei forinsecus (*postea* quae iactatur ante homines). in psalm. 17, 6 iustitiae. BOETH. trin. praef. p. 149, 8 famae.

syn. et coniuncta: ad I B: motus, solutio, turbatio. *ad II A:* fluctuatio, levitas, motus, motatio. *ad II B:* cursus, fluctus. *ad II C 1:* contestatio. *ad II C 2:* ambitio, elatio, exaltatio, exultantia, gloria, inflatio, insolentia, levitas, ostentatio, superbia, vanitas. *opp. ad II C 2:* fiducia (QVINT. inst. 11, 1, 25), humilitas (CYPR. epist. 59, 3 p. 669, 10), simulatio. *epitheta ad II C 2:* arrogans, circulatoria, delicata, frivola, gloriosa, inanis, inflata, inverecunda, odiosa, perversa, putida, superba, tumens, tumida, vana, ventosa, vitiosa.

iactātor, -ōris *m. a* iactare. [*dub. coni.* SPART. Geta 4, 1 formae iactator *Baehr.*, ⟨ver⟩boru⟨m⟩ tractator *melius Helm*]. *is qui se iactat, ostentator* (*cf.* GLOSS. II 224, 35 ἀλαζών: -r [iactatus *cod.*], eglorius, adrogans): STAT. Theb. 6, 837 Cleonaeae (*i. Herculeae*) stirpis -r Agylleus. QVINT. inst. 11, 1, 17 rerum a se gestarum maior quam eloquentiae fuit in orationibus ... -r *Cicero*. SVET. Claud. 35, 1 quamquam, ut diximus (*12, 1* in semet augendo parcus atque civilis), -r civilitatis. GELL. 18, 4, 1 -em quempiam et venditatorem Sallustianae lectionis. CLAVD. 20, 380 acer in absentes linguae -r *Leo satelles*. 24, 26 non inmodicus proprii -r honoris consul, Roma, tuus. *seq. inf.*: SIL. 11, 404 ille *Hannibal*, sub hiberno somnos educere caelo -r.

iactātōrius, -a, um *a* iactare. *fort. efficax ad eiciendum*: ORIBAS. eup. 2, 1 H 10 ampelon agrias -uria (siccatoria *v. l.*) est virtute.

iactātus, -ūs *m. a* iactare. *leguntur tantum formae* -us, -u, -uum, -ibus. [*dub.*: BELL. Afr. 83, 2 lapidum plumbique iactatu (*Kübler*, itata *S*, *om. rell.*, *Schneider*)]. *i. q. iactatio (quod respuunt epici metri causa), vacillatio, ventilatio sim.* (*add. gen. l. 37. 39. 43. 44*): Ov. met. 6, 703 Boreas ... excussit pennas: quarum -bus omnis adflata est tellus. SEN. dial. 6, 11, 3 quid est homo? quolibet quassu vas et quolibet fragile -u. LVCAN. 8, 761 si tibi -u pelagi, si funere nullo tristior iste rogus (ADNOT. *ad l.* si ... magis velis iactari fluctibus quam sic cremari). PLIN. nat. 14, 118 cuius *maris* -us iis *vinis*, quae duraverint, tantum vetustatis adicere sentitur, quantum habuerint. 17, 91 mobili folio *vitis* -uque crebro solem umbrā temperans (28, 133 in longis vasis *lactis caprini*. 33, 99 *auri* fictilibus in vasis). 26, 14 suspendendo lectulos, quorum -u ... morbos extenuaret *Asclepiades medicus*. 31, 49 *aërem in altitudine* emendant adsiduo linteorum -u. ITIN. Alex. 25 fit ... pugna acerrima -u⟨u⟩m crebritate. NON. p. 464 et -us marini et exaestuatio animi sub hac significantia (*sc. fervendi*) recte positi sentiuntur.

iactitābundus, -a, -um *a* iactitare. *i. q. iactabundus, gloriabundus*: SIDON. epist. 3, 13, 11 quibus citra honestatis nitorem -is ... lingua polluitur infrenis.

iactitātor, -ōris *m. a* iactitare. *i. q. iactator, praedicator*: ALC. AVIT. epist. 4 p. 31, 16 nec ipse operis -r abnuerit hominem sola fide salvatum.

iactito, -āvī, -ātum, -āre *a* iactare. *legitur semel apud* LIV. (*l. 72*), *dein rursus inde a* TERT. *apud posteros (ex falsa coniect.* PHAEDR. 2, 5, 16 *v. p. 58, 53), ubi ex parte in vicem vocis q. e.* iacto *subiit* (*cf. ex. gr. l. 84 et* PS. PRIMAS. Pelag. in Gal. 4, 30 p. 331, 15 S. [p. 698^B M.] iactitent, *ubi* iactent PELAG.). *apud poetas tantum l. 79 et p. 48, 38.* GLOSS. -ant: frequenter iactant. GLOSS.^L III Abol. IA 8 -antem: frequenter iactantem.

1 *proprie: i. q. passim huc illuc iactare, agitare, vehementer movere*: FRONTO p. 16, 18 N. testamenta proferuntur ⟨si⟩cut iactitarint (*sc. nautae*) inter onera mercium. TERT. resurr. 18 p. 50, 12 agitatur in somnis *anima* et -atur. *fluctibus agitare, passive fluctuare*: SOL. 12, 9 *delphinus* aliquantisper pro exanimi -tus est (*Plin. nat. 9, 26* fluctuatus ... similis exanimi). AMM. 31, 13, 2 conlisae in modum rostra⟨ta⟩rum navium acies ... undarum specie motibus sunt reciprocis -tae (hacta intatę *V*). *i. q. conicere, derigere*: AVG. serm. ed. Mai 97, 4 nemo tunc stultus in feminas oculos procaciter -vit.

2 *translate:* **a** *generatim de verbis i. q. crebro iactare, dictitare, inde vi attenuata i. q. affirmare, dicere, divulgare, spargere sim.*: LIV. 7, 2, 11 iuventus ... inter se more antiquo ridicula versibus -are coepit. TERT. adv. Marc. 1, 9 p. 300, 23 scio ..., quo sensu novum deum -ent, agnitione utique. 2, 20 p. 362, 15 -ando et adseverando ea, quae ... bonitatem creatoris infuscent. IREN. 2, 30, 7 nihil ... ab illis *Valentinianis* tale -tum (iactatum *v. l.*) est. CYPR. epist. 45, 2 p. 601, 5 -are interim gestiunt quae probare non possunt (*de calumniis*). 59, 2 p. 668, 16 fustes et lapides et gladios quos verbis parricidalibus -ant (*cf.* CORIPP. Iust. 3, 317). 59, 11 p. 678, 18 quod mendacium ... apud fratres nostros -bant (*antea* ventilaverunt). PANEG. 11 (3), 15, 4 si quis hoc lividus -at (*antea* autumet). SCHOL. Cic. Bob. p. 129, 29 St. ipsum Clodium talia de illis -asse (RVSTIC. c. aceph. p. 1204^C. *cf. p. 48, 14. 40*). CLAVD. DON. Aen. 10, 95 p. 306, 7 iurgia quae frustra -as (*ad Verg. l. c.* iactas). RVFIN. apol. Orig. praef. p. 543 utrum calumniandi voto ista -ent. AVG. civ. 8, 1 p. 320, 15 D. altera (*sc. fabulosa theologia*) -at deorum crimina (*syn.* indicat). serm. 348, 3 istae ... sectae ... fumos suos (*i. vana dicta, cf. p. 58, 23*) ausae sunt -are. coll. c. Don. 3, 24, 42 p. 90, 29 quae solent homines contra gesta ... suspiciosā querimoniā -are. c. Emer. 2 p. 183, 10. SALV. eccl. 3, 80 sermo et professio tua -ant (*fere i. q. simulant*) fidem (*postea* publicant). POMER. 1, 17 quam *doctrinam* inanis sermo -arit (*opp.* ostenderit). PS. PRIMAS. in Rom. p. 464^A haereticos multa impie et inepte -asse. *sine obi.*: TERT. adv. Prax. 23 p. 272, 13 quomodo -atis. CYPR. epist. 55, 10 p. 631, 13 ut quidam -ant (AMM. 14, 2, 1. 30, 2, 4. 31, 10, 5 [iactarunt *v. l.*]. HIER. in Mal. 3, 16 p. 981 *syn.* dicunt. c. Ioh. 4 ut gloriaris et -as. CONC.^S IV 2 p. 66, 33 PETR. Fulg. Rusp. epist. 16, 21. *cf.* IOH. MAXENT. Conc.^S IV 2 p. 55, 13 sicut haeretici -ant. *add.* de: TREB. trig. tyr. 31, 10 ut ipsi de me solent ... -are. PELAG. in II Cor. 10, 10 p. 278, 4 S. sicut de me ... -ant). OROS. hist. 6, 1, 11 sic enim -ant, quia *eqs.* *c. acc. dupl.* (*cf. l. 35*): TERT. nat. 2, 12 p. 120, 3 volgo generis terrae filios -amus (*i. appellamus*). VEN. FORT. praef. 3 quos clarae linguae -at (*i. praedicat*) lux inlustres. *nota*: SCHOL. Cic. Bob. p. 146, 12 St. haec ab obtrectatoribus velut factio minus probabilis -batur. *seq. acc. c. inf.* (*cf. l. 41*): TERT. apol. 21, 22 primores ... subreptum a discipulis (*sc. eum esse*) -verunt. nat. 2, 10 *Larentina* -at se somniis Herculi[s] functam. adv. Prax. 3 p. 230, 16 CYPR. epist. 59, 11 p. 678, 16. TREB. Claud. 2, 4 neque amplius (*centum et viginti annis*) cuiquam -ant *mathematici* esse concessos (*antea* iudicant). HIER. in Ezech. 29, 3 p. 342. 33, 23 *sqq.* p. 401 interrogent Hebraeos non unius loci, ne eos a me redemptos -ent. in Ier. 5, 69, 2 p. 366, 2. AVG. c. Parm. 2, 2, 5 p. 49, 3 quod *evangelium* ab igne se conservasse mendaciter -ant. coll. c. Don. 3, 10, 23 p. 71, 33 c. Pelag. 4, 6 p. 492, 3 SVLP. SEV. Mart. 24, 3 MACR. Sat. 3, 15, 5 VINCENT. LER. 6, 11. 10, 15 LEO M. epist. 42 RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 221, 20 SIDON. epist. 3, 6, 2 PS. FVLG. RVSP. pro fid. 3. **b** *praevalente notione ostentandi i. q. gloriari, prae se ferre sim.*: SCHOL. Iuv. 8, 1 qui maiorum suorum nobilitate confisi nimis se -ant. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 46 impudenter semetipsos videntur historiae nomine -are. *c. acc. dupl.* (*cf. l. 16*): TERT. ieiun. 17 vetus es ... et merito te priorem -as. se -are *c. abl.* (*sc.* glorior): IVL. VAL. 2, 29 frustra se hisce liberalitatibus -are *Darium*. AMM. 23, 6, 80 vago incessu se -antes *Persae*. ALC. AVIT. carm. 6, 439 nomine virgineo quae se ... -at. GREG. TVR. Franc. 5, 48 honoris gloriosi supercilio. *adde*: ALC. AVIT. epist. 41 p. 70, 5 comperimus de reconciliatione ... ecclesiae Romanae -are se Graeciam. *seq. acc. c. inf.* (*cf. supra l. 20*): CYPR. epist. 73, 17 p. 790, 14 Iudaeis qui -bant se patrem habere. SOL. 1, 86 ut ... nihil se habere carius ... -ret *Antonius* (*cf. Plin. nat. 7, 56* duceret). LVCIF. reg. apost. 7 p. 52, 1 AMM. 14, 6, 10. HIER. epist. 61, 3, 1 (*syn.* gloriari). PELAG. in I Cor. 1, 26 p. 135, 22 S. qui se ... ex sacerdotali stirpe descendere -bant (iactabant *H*). ALC. AVIT. epist. 4 p. 31, 34.

syn. et coniuncta: ad 1: agitare. *ad 2*: adseverare, autumare, dicere, indicare, publicare, ventilare. gloriari. *adv. ad 2*: impie, impudenter, inepte, irrisorie (RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 221, 20), mendaciter. *deriv.*: iactitabundus, -ator.

iactīvus, -a, -um *a* iacere, iactus. *qui promissum legitimum neglexit* (*v. Brunner-Schwerin, Deutsche Rechtsgesch. II² 497*): LEX Sal. 50, 3 quem legitime habeo -o (adiect- vel adiact- *v. l.*) aut (*i.* '*et*') admallatum (*i. in ius vocatum*). 51, 1 (iectatum *v. l.*).

***iacto,** -āvī, -ātum, -āre. [*cf.* iacio. *J.*]. CHAR. gramm. p. 473, 1 B. -o. 473, 8 -o me. GRAMM. suppl. 50, 14. 19. iactarier: LVCR. 6, 556. 913. -are (= -aris): LVCIL. 1235. -aturus: CIC. div. in Caec. 45 Verr. II 3, 49 CAEL. Cic. epist. 8, 10, 3 QVINT. decl. 260 p. 62, 5 TERT. adv. Marc. 5, 16 p. 631, 1. *formae contractae perf.* (-arunt, -asse *etc.*) *inde a* CIC. *et* CATVLL. iecto (*cf. formas romanicas infra l. 78 et s.* iacio *p. 33, 3*, iactus *p. 66, 75*): VVLG. *cod. D s. VIII/IX* Marc. 12, 41 *et saep.* EPIST. ed. Caspari 7 p. 175, 7. VIRG. gramm. epit. 4 p. 21, 1. 11 p. 75, 24. GLOSS. V 357, 26 (= GLOSS.^L Corp. E 370; *v. Stangl, Woch. Kl. Phil. 32, 1915, 233*). *de notione*: GELL. 2, 6, 5 'taxare' pressius crebriusque est quam 'tangere' ..., et '-are' multo fusius largiusque est quam 'iacere', unde id verbum traductum est *eqs.* SERV. Aen. 1, 3 -amur ... in mari fluctibus, fatigamur in terris (*inde* ISID. diff. 1, 305 GLOSS.^L I Ansil. IA 35). GLOSS. V 659, 18 versatur quod non satis est leve, -atur quod levissimum est. NON. p. 327 dimitti, dependere ... volvere ... plagis sternere (*al., v. infra sub locis a* NON. *allatis*). GLOSS. βάλλω: -o, iacio, mitto, iaculor. ἀκοντίζω: -o, conicio, iaculor, reicio. GLOSS.^L II Philox. IA 1 -at: ῥίπτει, ἀκοντίζει. III Abol. IA 7 -tum: expulsum. I Ansil. IA 34 -bit: gloriabitur (*al. v. infra suo loco*). *legitur inde ab* ENNIO PLAVTO CATONE *per totam latinitatem (frequentant hi*: CIC. 69^ies, VERG. 46^ies, OV. 84^ies, LIV. 80^ies, SEN. 85^ies, SIL. 38^ies), *deest*: TER. SALL. SCRIB. LARG. [*ital.* gettare, *francog.* jeter, *hisp.* echar. *M.-L.*]. [*falso trad.*: *pro* Iacto (*cf. falso* lact- *pro* iact-: LVCR. 5, 1068 DON. vita Verg. p. 7, 120): TER. Andr. 912 PELAGON. 204 GLOSS.^L Ps. Plac. I 45. *pro* iacio, iactus: VARRO rust. 1, 42 CIC. epist. 1, 9, 12 (*v. p. 38, 1*) *al.* *pro* iaceo: CORIPP. Ioh. 4, 444 GLOSS.^L I Ansil. IA 47. *pro* ianto: GLOSS.^L II Philox. IA 34 *cf.* SVET. Vit. 7, 3 *v. l.* PETRON. 84, 3 -antur *codd.*, insectantur *Buech.* STAT. Theb. 2, 338 latrantis *codd. pler.*, -antia *M.*

[*J. B H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CALP. ecl. 4, 166 -bimus *mell.*, mactabimus *rell.* *var. lect.*: TERT. apol. 15, 2 *Phaethontem* de caelo -tum (*Vulg.*, detractum de c. *Fuld.*). *cf.* QVINT. inst. 9, 3, 14 'cum se pavidum contra mea iurgia -at' *(Aen. 11, 406), ubi Verg. codd. et edd.* fingit. *dub. emend.*: AMM. 29, 2, 11 aequitate diu -a⟨ta⟩ *Gel.*, calcata *Heraeus*. 30, 1, 10 flumine saepe demersi -⟨at⟩ique *Gel.*, actique *Petschen*. *contextus non sanus*: QVINT. inst. 9, 4, 36 *exemplum hiulcae orationis* 'pulchra oratione ⌊acta oratio -ate⌋', *ubi* ista -a te *Halm*].

I *proprie:*

A *i. q.* *crebro vel cum vi, vehementer iacere, iaculari, ῥιπτεῖν*: 1 *generaliter et vi simplicis*: a *homines* (*cf. infra l. 83*): ENN. scaen. 82 Hectoris natum de Troiano muro -ari (⟨iubent⟩ *Vahlen*, de m. -ari⟨er⟩ *Scal. cf. Eurip. Andr. 8 ῥιφέντα*). LVCR. 5, 1323 -bant . . . suos tauri (*sc. in sublime. cf.* PETRON. 45, 8). SEN. Tro. 929 utrum ab Idaeis iugis -anda virgo est? (*syn.* mittenda). FLOR. epit. 1, 1, 2 *Romulus* -tus (abiectus *v. l. ex Quint. inst. 3, 7, 5*) in profluentem. SVET. Otho 2, 1 invalidum quemque . . . sago impositum in sublime -are (*cf.* VLP. coll. 1, 11, 2 dum sago -atur *in convicio*). AMBR. exc. Sat. 1, 32 parvos liberos supra (*cf. l. 37*) tela -ari. CAES. Arel. 19 unde (*sc. de caelo*) *diabolus* . . . -tus est. ANON. Vales. 14, 81 Iudaei baptizatos . . . in aquam fluminis -verunt. PALLAD. hist. mon. II 16 p. 373[B] -a me in plateam (*ῥῖψον. postea* proicere). *refl.* se -are (*add.* in, ad, ante, per, ex): ITALA (cod. c) *et* VVLG. Matth. 21, 21 (*res person.*) tollere (tolle VVLG.) et -are (-a te VVLG., ITALA cod. d mitte te) in mare. VVLG. II Macc. 3, 15 sacerdotes . . . ante altare . . . -verunt se (*ῥίψαντες ἑ.*). ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele 35, 4 rec. gall. ranae . . . in fluvium se -verunt (se submerserunt rec. vet.). 71 rec. W 4 quotiens se -vit vulpes ex alto (rec. gall. 2 se excutiens). PETR. CHRYS. serm. 13 p. 230[A] e coelis se ad inferos usque -vit *deus* (*antea* se dedit). VITA Caes. Arel. 2, 26 se ipsas per cisternas -bant. MVTIAN. Chrysost. hom. 26, 3 ut . . . se . . . in periculum -et (*ῥίπτειν. antea* se praecipitaret, insilire). 34, 1 se in tantorum suppliciorum abyssum -ant (*ἐπιῤῥίπτοντας ἑ.*). CONC. Autiss. a. 573—603 p. 181, 5 quicumque se . . . in aqua -verit. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 364[A] -vit se pronus in terram (*p. 55 B. πεσών*). *al.* b tela, faces, talos *al.* (*add.* ab *l. 58. 77*, de *l. 43. 60*, ex *l. 54*, adversum *l. 45*, contra *l. 46*, in *l. 62 et p. 50, 15*, ad *l. 55. 56. 57*, post *l. 63 p. 50, 2*, supra *l. 80*, super *l. 82*): ENN. ann. 74 pars ludicre saxa -ant (VEG. mil. 2, 23 manu . . . libralia saxa. *cf.* LVCIL. 776 ballistas -as centenarias. VERG. Aen. 2, 459 tela manu . . . -bant inrita [SERV. *ad l.* spargebant, GLOSS.[L] I Ansil. IA 31 iaciebant, III Abol. IA 11 aspargeba⟨n⟩t aut ingereba⟨n⟩t. *cf.* LIV. 10, 29, 2 vana incassum -are tela. VEG. mil. 4, 15 de *muro*]. ITALA iud. 20, 16 [Lugd.] fundibalis -antes lapides [VVLG. iacientes. VEG. mil. 3, 4 vel funda vel manu. VVLG. I Macc. 6, 51. *aliter infra l. 62*]. VEG. mil. 1, 14 hastilia . . . adversum . . . palum. 1, 17 *mattiobarbulos*. VVLG. Sirach 46, 3 -ando [*ἐκκλῖναι*] contra civitates romphaeas). PLAVT. Curc. 359 -o basili[s]cum (*antea* iacit. *cf.* Vid. 33 talis -andis [EPIST. imp. Aug. Suet. Aug. 71, 2 *postea* miserat, iecerat. *cf.* CIC. div. 2, 121 nemo est quin saepe -ans *talos* Venerium iaciat aliquando]. OV. ars 2, 203 numeros . . . manu -bit eburnos [2, 204. 3, 355]). CATO agr. 160 ferrum insuper -to (*in cantione*). VARRO frg. Non. p. 135 in sacris fabam -ant noctu (*cf. s.* iacio *p. 36, 35*). CIC. har. resp. 39 ardentis faces in vicinorum tecta -as (*cf.* BELL. Hisp. 12, 4 ex oppido ignem multum telorumque multitudinem -ando [VERG. Aen. 8, 491 ad fastigia. SIL. 12, 504 HOMER. 600]. VERG. Aen. 2, 478 flammas ad culmina -ant [NON. p. 328, 13 iactu mittere]. 9, 565 taedas . . . ad fastigia [HOMER. 803]. OV. met. 2, 308 vibrata . . . fulmina -at *Iuppiter* [COMM. apol. 1007 ab astris. CLAVD. 26, 509 in hostem]. 14, 539 sacrilegā -as incendia [*i. torres*] dextra. SIL. 1, 320 lampada). CAES. Gall. 7, 47, 5 de muro vestem argentumque -bant. VERG. georg. 1, 62 Deucalion vacuom lapides -vit in orbem (ARNOB. nat. 5, 5 p. 177, 15. *cf.* OV. met. 1, 383 ossa . . . post tergum magnae -ate parentis [1, 387]. *adde*: MARCIAN. dig. 48, 4, 5, 1 qui lapide -to incerto fortuito statuam *Caesaris* attigerit. PAVL. dig. 43, 24, 20, 1 lapillum . . . prohibendi gratia [PALLAD. hist. mon. I 8 p. 279[D] de sinu, *gr. ῥίπτων*]). OV. met. 15, 348 saxa . . . cum saxis et habentem semina flammae materiam -ant *venti*. SEN. benef. 2, 17, 3 inter manus utriusque apte ab utroque et -ta et excepta *pila* versatur (*antea* mittentis). nat. 3 pr. 9 alia *deus* ex fastigio suo nullas habitura reliquias -at (*opp.* molliter ponit). epist. 98, 8 (*trop.*) huius petauri, quo humana -antur (*cf.* IVV. 14, 265 -ta petauro corpora *i. excussa, in sublime missa*). COLVM. 2, 10, 14 ex eo *acervo paleis granisque mixto* ventilabris per longius spatium -etur (*postea* emittitur, iaculabitur). PLIN. nat. 32, 14 -to fuste non interemi *murenas*. 33, 69 quae e camino -atur spurcitia, in omni metallo scoria appellatur. SIL. 16, 56 retro -are bipennem callebat. MART. 10, 30, 17 a cubili lectuloque -tam . . . lineam trahit piscis. TERT. apol. 42, 8 stipes quotusquisque iam -at? ITALA (codd. c f ff_2 i l q r) *et* VVLG. Luc. 19, 35 -verunt (*ἐπιρίψαντες*, VVLG. -antes) vestimenta sua supra pullum (ITALA cod. e superiecerunt, d supermiserunt, a substernentes. *cf.* VITAE patr. 5, 14, 17 si habuissemus aliquid vetustum, -remus super corpus *mortui* [*ἐβάλομεν*. 3, 145 mitteremus]). VITAE patr. 5, 11, 48 *diabolus* non cessat -are (*ῥίπτων*) super te *tamquam domum* quidquid sordidum invenerit. GREG. TVR. Franc. 1, 10 p. 39, 6 ut per parvolum foramen . . . tritecum -retur (-teretur *v. l.*). *adde*: MART. BRAC. sent. patr. 40 (*trop.*) voluntatem tuam -a post te.

c. dat. directionis (*cf. l. 22*): PROP. 2, 26[b], 43 isdem nudi . . . -bimur oris. OV. fast. 5, 659 scirpea . . . Tiberi -atur imago. VIR. ill. 77, 12 (*interpol.?*) truncus *Pompei* Nilo -tus. CLAVD. 20, 255 Libycis -ta paludibus olim tibia. VAL. CEM. hom. 20, 7 cum . . . membra ignotis littoribus -antur. CORIPP. Ioh. 2, 122 inflexos tremulis -antes piscibus hamos.

add. in *c. acc.* (*cf. p. 49, 59. 62; abl. pro acc. l. 20. cf. p. 49, 34*): LIV. 3, 18, 11 in consulis domum plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur, -asse fertur. 5, 48, 4 dicitur . . . panis . . . -tus esse in hostium stationes (LACT. inst. 1, 20, 33 in hostium castra. *cf.* FRONTIN. strat. 3, 15, 1 in hostem). SEN. Herc. O. 1364 in ipsa me -ate . . . freta mediosque in amnes. SIL. 14, 607 -antur (vict- *codd.*) in ignem dona. MART. epigr. 22, 6 -at . . . taurus in astra pilas. PLIN. nat. 29, 52 druidae sibilis id (*ovum serpentium*) dicunt in sublime -ari (SVET. Claud. 27, 1 piro per lusum. *cf. p. 49, 18*). GAIVS dig. 41, 1, 9, 7 qui missilia -at in vulgus. MOD. dig. 48, 9, 9 pr. in mare profundum culleus -atur. LACT. mort. pers. 21, 11 ossa . . . -bantur in flumina ac mare (GREG. TVR. mart. 59 p. 553, 11. *cf.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 8 nummos in aqua -as [*cf.* 10 ibi *i.* 'eo']). VVLG. Marc. 12, 41 aspiciebat quomodo turba -ret aes in gazophylacium (*βάλλει. cf.* IVNIL. praef. p. 469, 9 [*trop.*] divino gazophylacio duo haec audeo minuta -are *sc. hos duo libellos*). act. 22, 23 pulverem -antibus (*βαλλόντων*, ITALA codd. e g mittentibus) in aërem. PASS. Thecl. B 35 p. 98, 7 tantam . . . rerum copiam in stadium -verunt.

***iānitor,** -ōris *m.* [*cf.* ianus, Ianus, ianua. *J.*] *de formis*: CARM. Sal. (Varro ling. 7, 27) 10 M. ianitos -r (*ex errore Varronis fluxisse videtur, cf. Sommer, Hdb. p. 368; sunt qui putent* ianituos *esse corrigendum*). *vox -r prisca est, sed raram formationem exhibet* (*cf.* portitor *sim.*); *legitur inde a* PLAVTO (*et iuxta v. q. e.* ianua *et iuxta* ostium, *cf. Ernout, Rev. de philol. 58, 1932, 313*); *post* CIC. *praecipue apud poetas in usu est* (*non legitur apud* PETRON. [ostiarius *quinquies*] *al., nec in linguas Romanicas abiit*); *vox* ostiarius (*a metro dactylico aliena*) *legitur inde a* VARRONE (*de* AFRAN. *v. p. 132, 10*), CAES. (*singulis locis*), *saepius aetate posteriore* (*haud pauca exempla in* INSCR.); *vox* portarius (*utraque Romanica*) *extat in* ITALA *et* VVLG. *et* BENED. reg. *usque ad* APVL. *omnes quos habui locos dedi.* [*loco corr.*: CORP. IV 1921. *falso trad.*: CIC. leg. agr. 2, 32 *v.* finitores.]

i. servus vel libertus, cui aditus domus custodiendus est (PAVL. FEST. p. 103 *v. p. 131, 69.* GLOSS.[L] II Philox. IA 24 -r: πυλωρός. III Abstr. IA 9 -r ostiarius vel custos ianuae. *cf. PWK. IX 692, 32 sqq., Daremberg-Saglio s. v.*): PLAVT. Asin. 390 extemplo -em clamat ianua, si quem videt ire ad se calcitronem. Men. 673 heus, ecquis hic est -r? aperite atque Erotium aliquis evocate ante ostium! AFRAN. com. 392 tintinnire -is impedimenta (*Non.*, ostiarii i. t. *Fest. memoriter, ut videtur*) audio (*cf. l. 17. 20. 30*). CIC. Verr. II 3, 8 hunc vestri -es, hunc cubicularii diligunt. Planc. 66 neminem a congressu meo ... -r meus ... absterruit (*cf. l. 16. 30*). Phil. 2, 77 domum venit capite obvoluto. -r: 'quis tu?' HOR. sat. 2, 7, 45 quae Crispini docuit me -r. carm. 3, 14, 23 si per invisum mora -em fiet, abito (SCHOL. si -r prohibuerit ... te ingredi. *cf. l. 13. 24*). TIB. 1, 1, 56 me retinent vinctum formosae vincla puellae et sedeo duras -r ante fores (*cf. l. 10. 23. 26*). PROP. 4, 5, 47 -r ad dantis vigilet: si pulset inanis, surdus ... somniet (*inde* CORP. IV 1894). OV. am. 1, 6, 1 -r, indignum! dura religate catena (*cf. l. 10. 17. 30*). 1, 6, 27 ferreus orantem nequiquam, -r, audis (*cf. l. 19. 46*). ars 2, 260 fac plebem ... tuam: sit semper in illa -r. 3, 587 duro dicat tibi -r ore: 'non potes'. fast. 1, 138 sedens primi vester prope limina tecti -r egressus introitusque videt. RVT. LVP. 2, 7 domum reverti cupientem retinet -r. LIV. 7, 5, 3 -i opus esse sibi domino eius convento extemplo ait. SEN. dial. 2, 14, 2 fores, quas durus -r obsidet (*ibid.* ostiario. *v. totum locum*). 2, 15, 5 domus ... nullis adservatur -bus turbam venali fastidio digerentibus. epist. 43, 4 vix quemquam invenies, qui possit aperto ostio vivere. -es conscientia nostra ... opposuit. COLVM. 1 praef. 10 a catenato repulsum -e (*cf. l. 13 et 20*). STAT. silv. 1, 2, 34 licet expositum per limen aperto ire, redire gradu: iam nusquam -r. MART. 5, 22, 10 te ... negat ... -r esse domi. 10, 30, 28 -es vilicique. QVINT. decl. 347 p. 368, 5 -r ..., qui me admitteret. TAC. ann. 4, 74 iuxta gratiam aut fastus -um. 6, 8 -bus eius (*sc. Seiani*) notescere pro magnifico accipiebatur. 15, 55 deductusque ab -bus ad libertum Neronis. SVET. Aug. 19, 2 -bus deceptis (*cf. infra l. 81*). Vit. 16 in cellulam -is (*cf.* AVR. VICT. Caes. 8, 6 tugurio ... -is). APVL. met. 1, 15 -r pone stabuli ostium humi cubitans. 1, 17. 4, 18 -em ipsum gladio conficit clavique subtracta fores ianuae repandit. mund. 26 extrinsecus singuli custodes locorum erant et -es (πυλωροί) et atrienses *regiae Persarum*. FIRM. math. 6, 31, 13. 8, 14, 1 QVEROL. p. 44, 17. SYMM. or. 4, 14 subornandi artifices -es. VVLG. Esth. 12, 1 -es ... palatii. Marc. 13, 34 -i (θυρωρῷ, ITALA cod. f *al.* ostiario) praecepit, ut vigilet. *al.* *de custodibus aliarum portarum*: CIC. Verr. II 5, 118 -r c a r c e r i s (*cf.* PLIN. nat. 7, 121. CALP. decl. 4 p. 5, 5 sedet -r inexorabili pectore. CONST. Sirmond. 13 [*a. 419*] si sacerdotem negotia tam sancta curantem -r feralis excluserit. PASS. Theclae Ba *et* Bc 19 [ostiarius *cett.*]). SIL. 2, 240 bone -r urbis (*de eo qui hostem ab aditu urbis arcet*). LACT. inst. 1, 18, 13 (*ironice*) tamquam ipse ... -r fuerit in caelo (*cf. infra l. 56 sqq.*). FIRM. math. 3, 9, 3 sepulcrorum ... -es. *tropice*: MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 15, 38 an foris sunt *parvuli* ab ista miseratione ... et expectant te -r vanissimum -em, ut tunc eos admittas ...? *de Iano, -e domus caelestis* (*cf.* claviger): OV. fast. 1, 139 ego (*sc. Ianus*) perspicio caelestis -r aulae Eoas partes Hesperiasque simul. *de Petro*: HIL. in Matth. 16, 7 o beatus caeli -r, cuius arbitrio claves aeterni aditus traduntur. in psalm. 131, 4 caelestis regni -em. AVG. serm. ed. Mai 54, 1 LEO M. epist. 103 p. 992[A] ALC. AVIT. hom. 16, 1 p. 124, 1. DRAC. laud. dei 3, 227 -r aethereus. INSCR. christ. Diehl 1761 c, 1 *al.* *de angelis*: EVAGR. alterc. p. 41, 6 ascendente Christo in caelis -bus angelis dictum est. *cf.* ORIENT. carm. app. 4, 8 solio ... -es proximi. MVTIAN. Chrysost. hom. 32, 4 p. 442[in] (*syn.* custodum, qui portis assistunt). *trop. de sacerdotibus*: POMER. 2, 2, 1 *sunt* -es, quibus claves datae sunt regni coelorum. *de custodibus aditus inferorum*: ITALA Iob 38, 17 (Capreol. epist. 2, 4) -es (πυλωροί, VVLG. *aliter*) inferni videntes te timuerunt ...? *de Cerbero custode Orci*: VERG. Aen. 6, 400 licet ingens (*cf. l. 73*) -r antro ... exsanguis terreat umbras (*cf.* SIL. 3, 36 Stygius ... -r). 8, 296 -r Orci (CLAVD. DON. *ad l.* Cerberus. *cf.* CLAVD. 3, 295). HOR. carm. 3, 11, 16 immanis ... -r aulae (*cf.* SIL. 2, 552 insomnis lacrimosae -r aulae). STAT. Theb. 2, 54 Letique triformis -r (*cf.* BOETH. cons. 3 carm. 12, 30 tergeminus ... -r). 6, 498 -r atrae impavidus Lethes. silv. 5, 3, 279 asper -r. CLAVD. rapt. Pros. 1, 86 ingens (*cf. l. 67*) -r. *de Charone?*: LVCAN. 6, 702 -r et sedis laxae, qui viscera saevo spargis nostra cani (COMMENT. *ad l.* -r: Charon an Tricerberus [*v. Housman*]; *olim docti de Mercurio esse intellegendum censebant*). *cf. etiam* CORP. XIV 2027 a -r (*adscriptum imagini custodis alicuius iuxta Cerberum sedentis*). *apud* ECCL. *de custodibus aedium sacrarum* (*fere i. q. aedituus; cf.* GLOSS.[L] III Abstr. AE 12 aedituus: -r vel custos aedis; *sim.* ED 9. I Ansil. AE 34. ED 54) *vel monasteriorum*: OPTAT. 5, 10 p. 140, 4 qui -es et ministros fefellerit. HIER. epist. 60, 12, 2 -r creber in porta. 64, 2, 5 aeditui et -es. reg. Pachom. 51. 59 -r monasterii. *al.* VVLG. IV reg. 22, 4 -es templi (*cf.* ISID. eccl. off. 2, 15, 1). I par. 9, 21 -r portae tabernaculi testimonii. 23, 5 quattuor milia -es. 26, 1 sqq. II Esdr. 13, 5 par-

[*Rubenbauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tes Levitarum et cantorum et -um. Ezech. 44, 11. 14 *saepe* (*LXX* *πυλωρός vel θυρωρός*). INSCR. christ. Diehl 1194, 1 (*s. IV/V*) elegi sancti -r esse loci. EVGIPP. Sev. 16, 2 -r ecclesiae. ISID. reg. monach. 20, 2 *al.* *sim. iocose*: SVET. Aug. 91, 2 Tonantem pro -e ei (*sc. Iovi Capitolino*) appositum. *de Anubide*: STAT. silv. 3, 2, 112 cur servet Pharias Lethaeus -r aras. *de aliis numinibus ianuarum tutoribus* (*cf. l. 14*): TERT. nat. 2, 15 qui . . . ap⟨ud vos numi⟩num -es adorantur. ARNOB. nat. 4, 9 -um officia sustinere *huc pertinere videtur*: MART. CAP. 1, 60 ex ultima regione Nocturnus -esque terrestres . . . advocati. *v. Onom.*

fem. subst. (*adi. l. 15*) **iānitrīx,** -īcis. [*a* ianitor. *J.*] *proprie* (GLOSS.[L] II Philox. IA 26 -x *ἡ πυλουρός*): PLAVT. Curc. 76 anus hic solet cubitare custos -x. *de numinibus ianuarum tutoribus* (*cf. l. 7*): TERT. scorp. 10 p. 167, 13 quas *caelum petenti* potestates -es affirmas iuxta Romanam superstitionem †Barnum (Cardum *Gelen.*) quendam et Forculum et Limentinum? *translate*: PLIN. nat. 15, 127 laurus . . . gratissima domibus, -x Caesarum pontificumque. sola et domos exornat et ante limina excubat. TERT. anim. 55 p. 388, 27 rhomphaea paradisi -x.

ianitrīcēs, (-um) *f.* [*cf. gr.* ἐνατρί, *homer.* εἰνάτερες, *phryg.(?)* ἰανατερα, *ind.* yā́tṛ-, *lituan.* jénte, *polon.* jątry *etc. J.*] *de* -ĭtr- *v. K. Meister, Zs. f. vgl. Sprachf. 45, 1913, 188.* *de numero*: EXC. Bob. gramm. I 549, 15 hae -es (inatr- *cod.*) εἰνάτερες. *sing.* -x (*cf. l. 30*): GLOSS. II 446, 58 *σύννυμφος* consponsus, -x (*cf. l. 28*). ISID. orig. 9, 7, 17 duorum inter se fratrum uxores -es vocantur, quasi eandem ianuam terentes vel per eandem ianuam iter habentes. MOD. dig. 38, 10, 4, 6 duorum fratrum uxores -es dicuntur, apud Graecos *εἰνάτερες*. GLOSS.[L] II Philox. IA 27 *δύο ἀδελφῶν γυναῖκες, σύννυμφοι.* V Aa I 19 -es duorum fratrum uxores. [*dub.* GLOSS. II 592, 4 sanitrix cannurus (-x connurus *Heraeus*).]

[**iānituus,** -ī? *v. p. 131, 76.*]

(Iunonem dicunt quasi **ianonem,** id est ianuam *eqs.* ISID. orig. 8, 11, 69.)

iantāculum, ianto *v.* ieient-.

ĭanthinus, -a, -um, *ἰάνθινος.* NOT. Tir. 98, 61. 62 -um. ianthineum. [*coni.*: OV. ars 2, 115 nec violae semper nec -a (*Ehwald*, hyaccintia *R sed* hyac *eras.*, hiantia *septem codd. Heinsii*, semperve hyacinthina *Heins.* [*cf. l. 44*]) lilia florent.]

i. q. violaceus, coloris purpurei: PLIN nat. 21, 27 *hae violae* appellatae ia et ab his -a vestis. 21, 45 *colorem* -um. VOPISC. quatt. tyr. 15, 8 tunicas palliolatas, -as, subsericas. VVLG. exod. 25, 5 pelles arietum rubricatas pellesque -as (26, 14. 35, 7. 23. 36, 19. 39, 33 num. 4, 6—14). num. 4, 25 velamen -um (*omnibus his locis* VVLG. *in parte codd. v. l.* hyacinthinus *extat; item LXX ubique habent ὑακίνθινος* [*cf. l. 50*]). *subst. n.* ianthinum, -ī: *de colore violaceo*: VLP. dig. 32, 70, 13 purpurae appellatione . . . coccum . . . non continebitur, fucinum et -um continebitur. *de vestimentis coloris violacei*: MART. 2, 39, 1 coccina famosae donas et -a moechae. *sim. de calceamentis*: VVLG. Ezech. 16, 10 calceavi te -o (*cf.* HIER. *in l.* p. 152 Vall. Aquila et Symmachus -a, septuaginta et Theodotio hyacinthina transtulerunt; pro quo in Hebraeo scriptum est THAS [תחש] . . . hyacinthina sive -a calciamenta narrantur, quae virorum personae non conveniunt. p. 153 calciantur hyacinthinis sive -is, quod utrumque aërii et *κυανέου* coloris est). *v. Onom.*

ĭanthis, -idis *f.*, *ἰανθίς.* *i. q. herba coloris purpurei*: MARCELL. med. 17, 14 -is herbae, quae umidis locis nascitur, unius fruticis folia trita . . . suspiriosis plurimum prosunt. *v. Onom.*

?**iantilia** *λίθοι τραχεῖς διακοπτόμενοι* GLOSS. II Philox. IA 28.

×**iānua,** -ae *f.* [*cf.* ianus, Ianus *et ad formationem W. Schulze, Eigennamen p. 474 sq. J.*] *de originatione*: CIC. nat. deor. 2, 67 Ianum . . ., quod ab eundo nomen est ductum, ex quo transitiones perviae 'iani' foresque in liminibus profanarum aedium '-ae' nominantur (*cf.* SERV. Aen. 1, 449 *infra l. 75.* CASSIOD. in psalm. 73, 5 ISID. orig. 15, 7, 4). *de formis*: *traditur forma vulgaris* ienua (*cf. Schuchardt, Vocal. 1 185 sq., Sommer, Hdb. 56*): ITALA Marc. 11, 4 (cod. d). Ioh. 20, 26 (cod. e). CASSIOD. compl. in apoc. 2, 8 p. 1407[A] VISIO Pauli 31. 36; ganua (*cf. infra l. 82*): VISIO Pauli 19. 21. 24 *plur.* (*sive poetice, sive ad analogiam vv.* fores *vel gr.* θύραι) *de uno ostio*: CATVLL. 63, 65 APVL. met. 1, 11. 14. 3, 1. 5. 27. ITALA deut. 22, 21 (Lugd.) -as (*θύρας*). Ios. 19, 51 (*θύρας*). Ezech. 8, 7 (Weing.) -as (*πρόθυρα*). VOPISC. Tac. 17, 4 CONC.[8] I 3 vers. Tur. p. 59, 35 (*προθύροις*). p. 66, 4 (*θύρας*). *saepe.* *de significatione*: PAVL. FEST. p. 26 anticum veteres etiam pro -a (omnia *codd.*) posuere. CHAR. gramm. p. 454, 20 B. -a *πυλών*. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 424, 33 B. fores: ostia. -ae. SERV. Aen. 1, 449 -a . . . est primus domus ingressus, dicta quia Iano consecratum est omne principium. cetera intra -am ostia vocantur (*cf.* ISID. diff. 1, 308 orig. 15, 7, 4. GLOSS.[L] IV dub. Plac. I 2 -a aditus est primus in domum vel villam; ostium aditus in quemlibet locum, similiter ut -ae vel claustra; sed fores quae foras vertuntur . . .; portae vero proprie murorum dicuntur). GLOSS. III 241, 6 *ἡ θύρα*: -a. 312, 44 *αὔλ⟨ε⟩ιος, πυλών* genua (ian- *m. sec.*). 365, 18 *πυλὼν καὶ αὐλή*. 450, 62 *πυλῶνες*. GLOSS.[L] II Philox. IA 25 -a: *πυλεών* (*cf.* 27 *πυλίον*). III Abav. IA 9 -ae fores, ingressus vel valvae. *de structura et formis v. Daremberg-Saglio s. v., Blümner, Röm. Privataltertümer p. 16 sqq.* *de usu*: *-a antiquitus dicitur et de ostio sive introitu* (*cf. ex. gr. p. 135, 71. 82. 136, 1.*) *et de tabulis, quibus ostium clauditur* (*cf. p. 135, 24. 36. 136, 4.*); *paucissimis locis* (*velut* PLAVT. Asin. 424 sqq. Stich. 308 *v. p. 135, 44.* PROP. 1, 16, 17 *v. p. 136, 12.* PRVD. psych. 833 *v. p. 136, 48*) *a voce q. e.* fores *distincte discernitur* (*cf. etiam* APVL. met. 4, 18 fores -ae. ITALA act. 12, 13 [cod. d] -am foris [*τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος*. VVLG. ostium -ae]. VISIO Pauli 19 -am portae. INSCR. christ. Diehl 1845 [*a. 641*] -ae portam), *sed plerumque* -a, fores (PLAVT. Most. 444 Truc. 254; *cf. l. 80 p. 135, 25. 44. 136, 41. 78 al.*), ostium (PLAVT. Persa 758 SEN. epist. 12, 3 APVL. met. 1, 22 *al.*) *nullo discrimine iuxta ponuntur; at* porta (*prius semper de introitu urbium, castrorum sim.*) *sera demum Latinitate in eandem significationem abisse videtur* (*cf.* portarius; *v. s.* ianitor *et Ernout l. ibidem c. p. 312 sq.*). *ceterum vv. q. s.* fores *post vetustiores magis poetis* (*v. q. e.* -a *praeter nom. et voc. sing. a metro dactylico aliena est*) *et archaicis scriptoribus* (*non in linguis Roman. nec apud vulgares scr. ut* ITIN. [Silv.] *al.*), ostium (*pro* -a *domus*) *praecipue sermonis pedestris proprias fuisse elucet ex hac tabula*:

	ianua	fores	ostium (*pro* -a *domus*)
ENN.	—	1	—
PLAVT.	18	113	48
TER.	2	20	21
VARRO	5	4	16
CIC.	12	10	6
CATVLL.	7	2	1
LVCR.	5	6	2
VERG.	5	15	5 (*de* -a *Orci*)
HOR.	4	6	1
TIB.	8	15	—
PROP.	11	12	—
OV.	38	79	— [*aliis significationibus* 5]
LIV.	12	21	— [*al. sign.* 32]
VAL. MAX.	10	4	1
SEN. philos.	7	24	13 [*al sign.* 3]
CVRT.	—	6	— [*al. sign.* 2]
PETRON.	8	8	9
PLIN. nat.	8	24	2 [*al. sign.* 62]
VAL. FL.	3	6	— [*al. sign.* 13]
STAT.	3	25	— [*al. sign.* 1]
MART.	4	5	1
IVV.	6	2	1 [*al. sign.* 2]
TAC.	3	22	1 (dial. 12)
APVL.	17	43	4
ITIN. [Silv.]	—	—	3
VVLG. V. T.	21	38	153
— N. T.	18	1	24

[*sard.* yanna, *cf. portug.* janella. *M.-L.*] *interdum -a quasi humana specie induta exprimitur, cf. ex. gr.* PLAVT. Asin. 390 ita haec morata est -a: extemplo ianitorem clamat, procul si quem videt ire ad se calcitronem. CATVLL. 67, 3 -a, quam Balbo dicunt servisse benigne. 67, 14. 37 quid? tu ist⟨a⟩e⟨c⟩ -a nosti? (*cf.* OV. Pont. 1, 7, 54). HOR. carm. 1, 25, 4 *v. p. 136, 4.* PROP. 1, 16, 1 *sqq.* (-a *loquens inducitur*). OV. am. 1, 8, 77 *v. p. 136, 18.* IVV. 6, 215 cuius barbam tua -a vidit. *al.* [*contextus non sanus*: CATVLL. 67, 12. *dub.*: SPART. Sept. Sev. 19, 5 extant . . . *Severi* -ae (*Egnatius*; ianae *P*, lane *Σ*; Iani *Casaubonus; alii alia*).]

A ***proprie i. q.*** *θύρα, fores, ostium*: **1** *de foribus aedificiorum profanorum*: **a** *de primo ostio domus*: **α** *generatim*: PLAVT. Asin. 273 vae illi, qui tam indiligenter observavit -am (*cf.* Truc. 254 ecquis huic tutelam -ae gerit? FIRM. math. 7, 6, 5 quibus -arum custodia credatur). Truc. 352 num tibi nam . . . -a est mordax mea, quo intro ire metuas . . .? CATO agr. 14, 2 faber . . . faciat oportet . . . -am maximam et alteram quam volet dominus. VARRO Men. 143 in -am 'cave canem' inscribi iubeo (*cf.* VVLG. deut. 11, 20 scribes ea super postes et -as domus tuae). rust. 1, 4, 5 -a . . . permutata. 1, 13, 2 vilici proximum -am cellam esse oportet (*cf.* COLVM. 1, 6, 6). 3, 7, 2 intra limina -ae (PLIN. nat. 20, 101 *in superstitione* [*cf.* 29, 67. 30, 82]. AVSON. 26, 9 ceris inurens -arum limina). frg. Serv. Aen. 6, 273 vestibulum . . . dictum ab eo, quod -am vestiat (*cf.* GELL. 16, 5, 3). CIC. Verr. II 1, 69 caedere -am saxis. Vatin. 22 -ae praesidio et parietum custodiis (*cf.* Mil. 18 -a se ac parietibus . . . texit). de orat. 1, 200 Mucii -a et vestibulum . . . frequentia civium . . . celebratur. CATVLL. 61, 76 pandite claustra -ae (VAL. MAX. 6, 8, 6 convulsa -ae claustra. GELL. 12, 10, 5 *al.*). LVCR. 4, 272 -a cum per se transpectum praebet apertum (*cf. 4, 276* fores). SALL. Catil. 43, 2 -am obsideret (LIV. 34, 8, 2). VERG. Aen. 2, 493 labat ariete crebro -a et emoti procumbunt cardine postes. PROP. 4, 11, 85 seu . . . adversum mutarit -a lectum. OV. fast. 1, 135 omnis habet geminas hinc atque hinc -a frontis *eqs.* 2, 51 primus . . . Iani mensis, quia -a

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prima est. 3, 139 -a tunc regis posita viret arbore Phoebi (*cf.* trist. 3, 1, 39 opposita velatur -a lauro. R. GEST. div. Aug. 6, 18 postes aedium mearum v⟨estiti⟩ publ⟨ice corona⟩que civica super ianuam [ὑπεράνω τοῦ πυλῶνος] meam fixa est. IVV. 6, 79). VITR. 6, 5, 3 atria proxima -is solent esse. SEN. contr. exc. 5, 5 *te* -am incendisse (*cf.* QVINT. inst. 2, 13, 16. IVV. 13, 146 primos cum -a colligit ignes). VAL. MAX. 2, 10, 2 postes -ae ... venerati (PETRON. 28, 6). SEN. dial. 5, 35, 3 quid ... expavescis ... ad tinnitum aeris aut -ae impulsum? (*cf. l. 23*). 5, 37, 3 beati hominis iudicat ... indicium difficilem -am. PLIN. nat. 7, 112 fasces litterarum (*i. litterati*) -ae submisit (SOL. 1, 121). 28, 86 resegmina unguium ... -ae affigi (*in superstitione; cf.* 28, 117. 32, 44 *et v. p. 134, 73*). 36, 112 summus ... honos erat ... adici decreto, ut domūs eorum fores extra aperirentur et -a in publicum reiceretur (*cf.* SCAEV. dig. 8, 2, 41, 1 -am in publicum aperuit). IVV. 7, 42 ferrata domus ..., in qua sollicitas imitatur -a portas. 12, 91 longos erexit -a ramos et matutinis operatur festa lucernis (*cf.* TERT. idol. 15 p. 47, 12 lucent ... -ae. p. 48, 23 -am ... coronassent. uxor. 2, 6 p. 692, 3 Oe. de -a laureata [*cf. l. 1*] et lucernata. coron. 13 p. 453, 6 Oe.). TAC. hist. 1, 33 -a ac limine tenus domum cludit. APVL. met. 3, 5 domus -as (*cf. l. 27. 65 al.*). 7, 7 sonum -ae. mund. 26 interiores fores exteriores -ae muniebant portaeque ferratae (*v. vol. VI 1062, 68*). SERV. auct. Aen. 1, 672 -a ..., quae motu cardinis hac atque illac impelli potest. *al.* *locutiones notabiliores: pultare -am* (*cf. supra l. 8*): PLAVT. Poen. 740 ibo et pultabo -am. TRABEA com. 2 adveniens digito impellam -am: fores patebunt. SEN. benef. 6, 33, 4 pulsant (MART. 10, 20 [19], 13. APVL. met. 1, 22 -am firmiter oppessulatam. 9, 5. 20 domūs. *saepe; cf. p. 136, 23. 137, 55. nota p. 138, 18*). *-am aperire, patefacere, effringere sim.*: PLAVT. Bacch. 368 pandite (*cf. p. 136, 64. 137, 23. 34 al.*) atque aperite propere -am hanc Orci (*per comparationem; cf. p. 136, 58*), obsecro (LIV. 25, 12, 15 vulgo apertis -is in propatulo epulati sunt. VAL. MAX. 3, 2, 7 *al. cf. p. 136, 14. 52. 82 al. nota supra l. 14. cf.* OV. met. 14, 740 adaperta ... -a). PROP. 1, 16, 2 quae fueram magnis olim patefacta triumphis -a Tarpeiae nota pudicitiae (AMM. 20, 11, 31. *cf. p. 138, 2*). APVL. Plat. 2, 25 reclusa -a. PETRON. 78, 7 effregerunt (*v. vol. V 2, 202, 75 sqq. cf.* TAC. ann. 14, 8 refracta -a). APVL. met. 1, 11 -ae reserantur (*cf. p. 136, 19 al.*). 3, 5 -as cardinibus obtortis evellere. AMM. 31, 13, 15 perrumpere. VVLG. II Macc. 14, 41 -am (θύρας) disrumpere (*cf. p. 136, 29*). PLAVT. Asin. 241 portitorum simillumae sunt -ae lenoniae: si adfers, tum patent (TIB. 1, 4, 78. OV. fast. 5, 502 hospitibus. LIV. 5, 13, 7. 6, 25, 9 VAL. MAX. 4, 3, 14 dono. 6, 9 ext. 1. MART. 1, 70, 14 toto ... poste. *al. cf. p. 136, 5. 39. 59. 137, 51 al.*). *claudere*: PLAVT. Stich. 308 occlusam -am video. ibo et pultabo fores (Aul. 89. Most. 445 *syn.* fores). CIC. Verr. II 1, 66 -am clauderent (OV. rem. 587. IVV. 13, 129 accepto ... damno. *al. cf. p. 136, 8. 29. 41*). PAVL. dig. 43, 24, 20 pr. -a ... praeclusa (*cf. p. 137, 51*). LIV. 40, 7, 9 -am obserari (*cf. 40, 8, 2* clausis foribus). AMM. 14, 7, 10 praestrictis palati -is. 31, 13, 15 oppessulatas -as (*cf. supra l. 27*). *aliquem accipere, esse sim. ante -am*: PLAVT. Persa 758 hic volo ante ostium et -am meos participes bene accipere. TER. Andr. 725 hunc ... ante nostram -am appone. NEP. Alc. 3, 2 qui *Herma* ante -am erat Andocidi. LIV. 29, 14, 13 turibulis ante -as positis. SEN. contr. 10, 3 them. suspendit se. VVLG. Marc. 11, 4 pullum ligatum ante -am foris (πρὸς θύραν ἔξω). *accedere, manere sim. ad -am* (*cf. l. 75 p. 136, 23 al.*): PLAVT. Aul. 442 si ad -am huc accesseris ... propius. 666 concessero. COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 91 cornicinem ad privati -am ... mittas. LIV. 40, 9, 14 venisse (PETRON. 28, 6 pervenimus. 72, 7). SEN. contr. 9, 5, 3 steti. SEN. epist. 12, 3 conversus. TAC. ann. 1, 39 concursu ad -am facto moliuntur fores. SVET. Claud. 27, 1 Claudiam ... exponi. VVLG. Esth. 2, 19 manebat ad -am (*fere i. q. in aedibus* [ἐν τῇ αὐλῇ]. *cf.* 2, 21. 6, 12 reversus ... est ... ad -am palatii [εἰς τὴν αὐλήν]). LIV. 24, 7, 4 cum appropinquaret -ae (VAL. MAX. 2, 10, 2 *al.*). PLAVT. Cas. 462 me ... facere atriensem voluerat sub -a. VVLG. deut. 15, 17 perforabis aurem eius in -a (πρὸς τὴν θύραν, ITALA Lugd. super) domus tuae. Sirach 14, 24 in -is (ἐπὶ τῶν θυρωμάτων *i. ante fores*) illius (*sc. Sapientiae*). INSCR. christ. Diehl 2373 ⟨man⟩e d(omi)ne in -is nostris (*i. intra fores*). *intra -am esse, intrare sim.*: VARRO rust. 3, 2, 16 propter luxuriam ... epulum cotidianum est intra -as Romae. LIV. 40, 10, 4 *recipere*. VVLG. deut. 14, 28 repones. PHAEDR. 3, 10, 20 -am intravit (PETRON. 139, 3). *aliquid auferre, abscedere sim. ab -a*: PLAVT. Asin. 424 ab -a hoc stercus hinc auferri (*cf.* TER. Andr. 759 puerum tollere). Men. 127 uxorem abegi ab -a. Most. 8 abscede ab aedibus ..., abscede ab -a (512). CIC. de orat. 2, 276 cum ... eum ab -a (*J; cf. antea*: ab ostio; ad -am *H*) quaereret. NEP. Hann. 12, 4 puer ab -a prospiciens. GAIVS dig. 2, 4, 20 ab -a (*Cuiacius*, abinea *F*, ab vinea *al.; Bas. 7, 8, 20* ἀπὸ πυλῶνος) et balineo ... in ius vocari. SALL. Catil. 28, 3 -a prohibiti. LIV. 40, 7, 8 aditu -ae arcet. *extra -am eicere, egredi sim.*: VARRO frg. Non. p. 135, 15 lemures domo extra -am elicere. RVT. LVP. 2, 7 extra -am eiectum (PETRON. 132, 4. *cf.* AVSON. 462, 4 proicit). PETRON. 72, 10 nos extra -am emitteret (*cf. ibid.* nemo umquam convivarum per eandem -am emissus est). TERT. nat. 1, 16 p. 87, 24 ultra -am progressus. ITALA Ios. 2, 19 (Lugd.) omnis, qui exierit -am (θύραν, VVLG. ostium). VVLG. Matth. 26, 71 (πυλῶνα). AMM. 14, 7, 4 per regiae -as emisit *mulierem* (*cf. p. 137, 2*). *β speciatim in re amatoria*: CATVLL. 63, 65 mihi -ae frequentes, mihi limina tepida. HOR. sat. 1, 2, 128 ne ... -a frangatur (*v. vol. VI 1242, 28 sqq.*). carm. 1, 25, 4 amat ... -a limen (PORPH. *ad l.* occlusa est -a). 3, 9, 20 reiectae ... patet -a Lydiae (*dat. ut videtur. cf.* TIB. 1, 2, 9 victa querelis. PROP. 2, 16, 6 OV. rem. 519. *sim.* TIB. 1, 5, 68 nec verbis victa patescit -a). 3, 10, 5. TIB. 1, 2, 6 clauditur et dura -a firma sera (PROP. 2, 23, 12 OV. am. 2. 1, 20 *al.*). 1, 2, 7 -a difficilis domini (*v. Levy ad l.*). 1, 8, 76 opposita est -a dura sera. 2, 3, 74 nulla exclusura dolentes -a *crat.* 2, 4, 31 clavim -a sensit. PROP. 1, 16, 17 -a vel domina penitus crudelior (*cf.* OV. ars 3, 581) ipsa quid mihi tam duris clausa (*cf. l. 8*) taces foribus. 1, 16, 36 victa ... muneribus (*cf. l. 6. 7*). 2, 9, 42 furtim ... aperta (OV. ars 3, 456 MART. 4, 29, 6. *cf.* OV. am. 1, 6, 3 semiadaperta. 3, 12, 12 adaperta). 2, 20, 23 nobis ... -a mollis. OV. am. 1, 6, 18 uda sit ... lacrimis (*cf.* MART. 10, 14 [13], 8 madet ... lacrimis -a surda [*cf. l. 18*] tuis). 1, 6, 28 roboribus duris -a fulta (ars 2, 244 opposita ... serā). 1, 8, 77 surda (*cf. l. 16*) sit oranti tua -a, laxa ferenti (*cf.* 3, 1, 46). 2, 12, 3 -a firma (*cf. l. 8*). epist. 4, 142 non ... duri reseranda mariti -a. APVL. apol. 75 ludibrio iuventutis -a calcibus propulsata. PORPH. Hor. carm. 3, 10, 2 ante fores: ante -am tuam iacentem. CLAVD. 18, 93 raro pulsatur -a. b *de foribus interiorum partium aedium*: CIC. de orat. 2, 353 iuvenes stare ad -am *triclinii* duo (*cf.* VAL. MAX. 1, 8 ext. 7 PHAEDR. 4, 25, 30). OV. ars 2, 617 conveniunt thalami furtis et -a nostris. VITR. 6, 7, 1 -ae interiores. 6, 7, 4. APVL. met. 1, 11 -ae reserantur (1, 14). c *de foribus variorum aedificiorum profanorum*: OV. met. 8, 173 -a *labyrinthi* difficilis filo est inventa relecto. EPICED. Drusi 69 vix posito Agrippa tumuli bene -a clausa est (*cf.* VOPISC. Tac. 17, 4 disruptis -is *sepulcri; saepius in titulis ex. gr.* CORP. VI 10237, 14 [*a. 16*] iter ad eum locum -amque. 13876 monumento cedet ... a -a monumenti. IX 3921. INSCR. Not. d. scavi 1927 p. 431 n. 177 ab -a parte sinisteriore. *fort. huc referendum*: CORP. I^2 1688 maceri(am) et murum et ianu(am *vel* -as)). VELL. 2, 7, 2 in postem lapideum -ae carceris (VVLG. act. 5, 19 *al. cf. etiam infra l. 79*). VVLG. iud. 9, 51 clausa firmissime -a *turris*. CORP. XII 697, 1, 23 ⟨p⟩o⟨diu⟩m cum ⟨ia⟩nuis (*amphitheatri?*). INSCR. Bull. d. Comm. archeol. municipale di Roma 1887 p. 190 (*in tabula lusoria*) circus plenus, clamor ingens, -ae te⟨ctae?⟩.

2 *de foribus templorum*: CARM. de mens. 1, 1 dira patet Iani Romanis -a bellis (OV. fast. 1, 280; *cf. p. 137, 57*). PROP. 4, 9, 62 nec tulit iratam -a clausa sitim (*cf. 4, 9, 32* fores, *ubi v. Rothst.*). SVET. Aug. 91, 2 *tintinnabula* fere -is dependebant. ITALA Ezech. 8, 7 (Weing.) introduxit me in -as (πρόθυρα, VVLG. ostium) atrii (*cf.* PS. TERT. adv. Iud. 11 p. 731, 26 ad limina -ae domus domini). VVLG. I par. 22, 3 ad clavos -arum (θυρωμάτων καὶ πυλῶν). II par. 28, 24 clausit -as (θύρας) templi (*cf.* VVLG. I Macc. 4, 57 dedicaverunt portas [πύλας] ... et imposuerunt eis -as [ἐθύρωσαν]. II Macc. 8, 33 sacras -as [πυλῶνας]). *al.* PRVD. psych. 833 tris occidualibus offert -a trina fores. *in titulis*: CONST. veteran. 15 p. 1962 extr. 22 (*a. 83*) intra -am Opis ad latus dextrum. ACT. Arv. a. 219, 4 ante -am deae Diae adsteterunt. a. 240 (Inscr. Dessau 9522) II 23 -is (*a. 219, 1* osteis) apertis per clivum Matri Larum cenam iactaverunt. CORP. VIII 100 (*a. 280*) templum ... cum ... aereis -is. 1838. 2369 (*a. 214*) -is et pronais additis. 2370 (*a. 240*). INSCR. Dessau 3959. Revue archéol. XII 1908 p. 465 -am pronaum ... dedicavit. *al.* *tabernaculi sacri*: ITALA Ios. 19, 51 (Lugd.) ante -as (θύρας, VVLG. ostium) tabernaculi testimonii.

3 *de aliis ostiis: Orci*: VARRO frg. Macr. Sat. 1, 16, 18 mundus cum patet, deorum tristium atque inferum quasi -a patet (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 7, 50 p. 85, 26). LVCR. 6, 762 Orci. VERG. Aen. 6, 106 inferni -a regis. 6, 127 noctes atque dies patet atri -a Ditis (GRATT. 70 praeceps -a Ditis. MANIL. 2, 951 SEN. apocol. 13 VAL. FL. 6, 113. ARNOB. nat. 5, 28 p. 199, 19 *coniunct.* Acherusios aditus. CARM. epigr. 2075, 2 -a nigra [*cf. l. 65*]). PROP. 4, 11, 2 panditur ad nullas -a nigra preces. SEN. Herc. f. 587 Spartani ... Taenari. SIL. 13, 549 est ... vagitu *Erebi* -a nota (*cf. 13, 531* cingunt regna decem portae). *gehennae*: FIRM. err. 24, 2 clusit -as sedis infernae. RVFIN. hist. 9, 6, 3 avulsis inferni -is (SALON. in prov. p. 983^A; *cf. etiam p. 137, 40*). AMBROSIAST. in Col. 1, 14 tartari (PS. AVG. quaest. test. I 121, 1). *caeli*: CATVLL. 68, 115 pluribus ut caeli tereretur -a divis. SEN. Herc. f. 962 an contumacis -am mundi traho? (*cf. vol. VI 1063, 25*). FIRM. math. 5 praef. 5 sedis supernae. *metaphorice de portis regni Christi*: TERT. adv. Marc. 5, 10 p. 609, 10 resurrectionem ... quasi -am regni. FIRM. err. 24, 4 caelestes -as. DAMAS. epigr. 5, 3 Petro, cui tradita -a caeli est (*cf.* PRVD. perist. 14, 81 *al.*). HIER. epist. 39, 4, 2 paradisi (58, 3, 4). *de ostiis antrorum, specuum*: VERG. Aen. 3, 449 cum ... teneras turbavit -a *antri Sibyllae* frondes. OV. met. 11, 608 *antri Somni* (*cf. 11, 605* fores). fast. 2, 456 carceris Aeolii -a lata patet. ARNOB. nat. 2, 20 p. 64, 24 -a non una sit nec sit introitus rectus (*v. Hildebrand ad l.*). *de portis oppidorum?*: VVLG. II Esdr. 13, 19 clauserunt -as (πύλας) et praecepi, ut non aperirent (*ibid.* portas). *de foribus hortorum, agrorum circumsaeptorum*: PRIAP. 65, 4 horti (*huc pertinere videtur* INSCR. Dessau 8352 hortus, qui est cinctus maceria, et diaeta a⟨d⟩-

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iuncta -ae custodiae causa sepulcro cedat [*cf. p. 136, 31*]). CORP. X 1579 is accessus iusque esto per -as itineraque eius agri. *de ostiis habitaculorum bestiarum*: COLVM. 9, 7, 5 blattae ... per laxiora spatia -ae favos populabuntur (*cf. item de apibus* 9, 8, 2 in vestibulo -ae. PALLAD. 1, 38, 2). SYMPH. 90 parva mihi (*sc. muri*) domus est, sed -a semper aperta.

B *tropice et translate*: **1** *de aditu regionum, terrarum*: CIC. Mur. 33 urbem sibi ... Asiae -am fore ..., qua effracta et revulsa tota pateret provincia. OV. trist. 1, 10, 32 hic locus (*sc. Ponti fauces*) est gemini -a vasta maris. VAL. MAX. 3, 1 ext. 1 propylaea Minervae, quae sunt -ae arcis. STAT. silv. 4, 3, 97 huius (*sc. Viae Domitianae*) -a prosperumque limen arcus. IVV. 3, 4 -a Baiarum est *Cumae*. AVIEN. orb. terr. 1233 panditur Hyrcanis hinc -a; -a Persis hinc patet. AVG. civ. 7, 8 p. 284, 11 D. in ipso mundo ... duas -as *eqs.* (*cf.* MACR. Sat. 1, 9, 9 Ianum ... utriusque -ae caelestis potentem *eqs.* ISID. orig. 3, 40 -ae caeli duae sunt, oriens et occasus [13, 1, 7]. *paulo aliter*: VVLG. psalm. 77, 23 mandavit nubibus desuper et -as [θύρας οὐρανοῦ] caeli aperuit. [*de regno caelesti v. p. 136, 70*]). *nota*: SIDON. epist. 7, 1, 1 *Gothorum* irruptioni nos miseri Arverni -a (*i. proximi; cf. p. 138, 18*) sumus.

2 *de aditu partium corporum*: Q. CIC. pet. 44 vultu ac fronte, quae est animi -a (*cf.* AMBR. in psalm. 37, 37, 1 custodiamus animae nostrae -as [RVFIN. Orig. in exod. 3, 2 p. 164, 14 B. pandenda est. EPIPHAN. in cant. 208 p. 85 sunt aures et ora et oculi (*cf. l. 36*). *al.*]. AMBR. Iob 4, 7, 28 p. 289, 12 -as tui cordis [*cf. ibid.* porta ... cordis]. *al.*). LVCR. 4, 532 *vocibus* expleti quoque -a raditur oris (*cf.* APVL. apol. 7 os ... esset animi vestibulum et orationis -a [*cf.* PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 180, 2 K. linguae -as. PETR. CHRYS. serm. 86 p. 441^B sermonis] et cogitationum comitium. ENNOD. opusc. 2, 121 p. 325, 3. 3, 62 p. 346, 22). PS. HIER. expos. in Ioh. p. 588^D Iesus ... clausis ingressus est -is uterum (*cf.* AVG. serm. 216, 7, 7 partus vestri -as angustare [*sensu spiritali*]. PETR. CHRYS. serm. 145 p. 589^C virginalis -a. DRAC. Orest. 565 viscera lucis iter vel magni -a mundi. *al.*). AVG. civ. 7, 8 p. 284, 9 D. sub caelo palati utraque panditur -a (*cf. ibid.* aditum ad dentes ... et ... ad fauces). serm. 93, 2, 2 sentimus ... -a quinquepartitâ aut videndo *eqs.* (*cf. l. 24*). serm. ed. Mai 119, 4 claudite ... oculorum -as. BACHIAR. repar. laps. 1 -as labiorum.

3 *de ipsis hominibus* (*cf. supra l. 19*): TERT. cult. fem. 1, 1 p. 702, 7 Oe. tu es diaboli -a (*praecedit*: Evam te esse nescis? *cf.* ORIENT. comm. 1, 339 tu -a mortis. PETR. CHRYS. serm. 79 p. 423^A inferni -a. SEDVL. hymn. 1, 7). SVLP. SEV. Mart. prooem. 2 vereor, ne tu ei (*sc. libello*) -a sis. POMER. 2, 2, 1 *sacerdotes sunt* -ae civitatis aeternae. *de Christo*: ITALA Ioh. 10, 9 (Cypr. testim. 2, 27 *al.*) ego sum -a (θύρα, VVLG. ostium): per me si qui introierit, salvabitur (*cf.* LACT. inst. 4, 29, 15, *ubi coni.* ostium vitae. SEDVL. carm. pasch. 1, 340 CASSIOD. in psalm. 1 praef. p. 26^B. INSCR. christ. Diehl 1839, 2 fidei -a Christus erit. *al.*). *inde inter cognomina Christi*: ORIENT. carm. app. 2, 1. 3, 96.

4 *de initio, principio, origine rerum* (*semper fere incorporearum*): **a** *c. genet.*: LVCR. 1, 1112 haec rebus erit pars -a leti (5, 373 haud ... leti praeclusa est -a caelo ... sed patet. VERG. Aen. 2, 661 OV. met. 1, 662 VAL. FL. 3, 386. 4, 231 STAT. Theb. 3, 68 silv. 5, 3, 257. ARNOB. nat. 2, 27 p. 70, 17 leti atque interitus. 2, 30 p. 73, 28 PRVD. psych. 89 [*sensu spiritali*]. *cf.* OV. trist. 3, 2, 24 totiens nostri pulsata sepulcri [*cf. p. 136, 29*] -a. SIL. 11, 187 -a mortis ... patet [BAVDON. vita Radeg. 2, 17. 26]). OV. rem. 233 est artis tristissima -a nostrae. SIL. 17, 356 claudenda est -a belli (PANEG. 10 [4], 17, 3 cum ... -am belli refregisses; *spectat quodammodo ad p. 136, 40*). SVET. frg. 118 p. 165, 3 Ianuarius appellatur eo, quod -a sit anni atque principium. TERT. paenit. 7, 10 deus clausa licet ignoscentiae -a et intinctionis sera obstructa aliquid adhuc permisit patere. ieiun. 17 p. 297, 16 per angustam salutis -am introibit caro exilior (PETR. CHRYS. serm. 56 p. 356^A *al.*; *cf.* MAR. VICTORIN. in Eph. 3, 12 p. 1267^B liberationis nostrae). anim. 39 p. 366, 18 ab ipsa ... -a nativitatis. *al.* ITALA psalm. 140, 3 (Epiphan. in cant. p. 85) pone ... -am (θύραν, VVLG. ostium) circumstantiae labiis meis. PANEG. 10 (4), 6, 1 debet laudationis ingressum et praedicationis -am Roma praebere. ARNOB. nat. 2, 2 p. 49, 2 pietatis. 2, 65 p. 101, 12 hanc ... salutis viam, hanc vitae ... -am, per banc solum est ingressus ad lucem (*sensu spiritali cf.* PS. HIER. epist. 18, 4 *al.* *aliter*: FIRM. math. 1, 8, 5 FVLG. Virg. cont. p. 93, 5 *al.*). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 66, 13 -am communionis sceleratis ... aperuit ceterisque aditum fecit ad solvenda iura divina. PACIAN. sim. carn. p. 125, 1 Genesim ... id est -am mundi. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 100, 22 ubi ad -as ... sapientiae accessum est. CLAVD. DON. Aen. 7, 610 p. 91, 14 scelerum -as reserari. PRVD. perist. 2, 464 *Petrus* recludit ... aeternitatis -as (*cf. p. 136, 75*). AVG. epist. 23, 1 p. 64, 21 cur epistulas talem -am fecerim. MACR. Sat. 7, 10, 1 *senectutis* -am ... pulsamus (*cf.* COD. Theod. 2, 17. 1 pr. [*a. 321*] adolescentiae [*ibid.* ingressum]). ENNOD. epist. 4, 2, 3 p. 98, 17 -am diligentiae reseravi clave sermonis. *saepe.* *accedit gen. gerund.*: MACR. Sat. 5, 2, 8 ubi ad -am narrandi venit. somn. 1, 2, 4 quaerendi veri -am mendacio polluerunt. PS. PRIMAS. in II Cor. p. 560^D aperitur -a delinquendi. **b** *absolute*: CIC. p. red in sen. 14 non -a receptis, sed pseudothyro intromissis voluptatibus. Planc. 8 quoniam qua nolui, -a sum ingressus in causam. de orat. 1, 204 vos ad ea ... perventuros ab hoc (*sc. Crasso*) aditu -aque patefacta (VAL. MAX. 2, 2, 3 quis ... huic consuetudini ... -am patefecit? PLIN. epist. 1, 18, 4 famae. SIDON. epist. 1, 9, 1 -am campumque). OV. Pont. 2, 7, 38 longo est tempore laetitiae -a clausa meae (VAL. MAX. 6, 3, 9 virtutibus -am claudit et delictis aperit). TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 470, 20 violentiae -am pandere. ARNOB. nat. 7, 4 p. 240, 18 per quae (*sc. corpora*) via est sensibus et accipiendis voluptatibus -a. NOVELL. Theod. 4, 1, 2 (*a. 438*) adversus eos agentibus -am aperimus (*cf. l. 6*). *cf.* PRVD. cath. 12, 26 Persici ex orbis sinu, sol unde sumit -am (*i. ortum*). *nota iuncturam* in -is esse *i. q. prope abesse*: VVLG. Matth. 24, 33 prope est in -is (ἐπὶ θύραις) *aestas*. RVFIN. Basil. hom. 5, 16 in ipsis, ut ita dixerim, -is quietis. HESYCH. in lev. 18, 24—26 p. 1017^B in -is esse domini nativitatem. RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 27, 37 ipse iam in -is est. p. 37, 7 (ἐπὶ θύραις). 86, 37. 91, 5. MVTIAN. Chrysost. hom. 21, 3 p. 370 in -is (ἐπὶ θύραις) est iam resurrectio. *cf.* VVLG. Iac. 5, 9 iudex ante -am (πρὸ τῶν θυρῶν) assistit. *cf. etiam* COMM. apol. 809 ecce ⟨iam⟩ -a⟨m⟩ pulsat (*i. prope abest*) ... qui cito traiciet ... amne.

iānus, -ī (-ūs *v. l. 27*) *m.* [*a radice indogerm.* jā, *quae est in ind.* yā́mi *'eo, vehor', lituan.* jóju *'vehor, equo vehor', slavon.* jachati *'vehi', tochar.* yā *'iit' etc., derivatur. J.*]. *i. q. fornix, arcus*: CIC. nat. deor. 2, 67 *v. p. 133, 61.* OV. fast. 1, 257 cum tot sint -i *eqs.* 2, 201 Carmentis portae dextro (*vulgo*, dextra *VM*) est via proxima -o (*cf. Vahlen, Opusc. acad. II 90 sqq. et* LIV. 2, 49, 8 dextro -o portae Carmentalis). INSCR. Dessau 5384 viam ab angiportu ... usque ad aedem Matutae et clivom ab -u (*sic*) ad gisiarios porta⟨e⟩ Stellatinae ... stravit. 8345 eidem horto et aedificio cedit iter per -um maior(em) hortor(um) sive ⟨f⟩undi Meropiani. *cf. etiam* Ianus geminus, Augustus, Quirini *sim.* (*de arcubus*) *in Onom. s.* Ianus.

deriv.: ianeus, ianitor, ianua. Ianiculum, Ianualis (Ianual), Ianuarius.

Iāpyx *v. Onom.*

iar *indecl.* (*vox Punica*). AVG. in psalm. 123, 8 quod Punici dicunt -r, non lignum, sed quando dubitant; hoc Graeci ἄρα; hoc Latini possunt vel solent dicere 'putas'. *v. etiam Onom.*

iāre *hebr.* HIER. in Ier. 3, 55, 1 p. 190, 23 (*ad Ier. 15, 12*) verbum ... -e ... pro ambiguitate enuntiationis et 'amicitiam' sonat et 'malitiam' (*i.* רֵעַ), quod, si pro 'res' (ר) littera ... legatur 'daleth' (ד) 'scientiam cognitionemque' (*i.* דֵּעַ) significat. *v. etiam Onom.*

Iās *v. Onom.*

iasiōnē (iasinē *l. 43*), -ēs *f.*, ἰασιώνη. PLIN. nat. 1, 21, 65 iasione, *at* 1, 22, 39 iasine *habet T; aliis libris hic et ceteris locis traditur* iasine. *nomen herbae*: PLIN. nat. 21, 105 -e unum folium habet, sed ita implicatum, ut plura videantur. 22, 82 -e olus silvestre habetur, in terra repens, cum lacte multo, florem fert candidum; conchylium vocant *eqs.*

iaspachātēs, (-ae) *f.*, ὁ ἰασπαχάτης, *nomen gemmae; cf. Blümner, Technologie III 259.* PLIN. nat. 37, 139 achates ... numerosa varietatibus, quae mutant cognomina eius. vocatur enim -es, cerachates, smaragdachates *eqs.*

iasper *v. p. 139, 42.*

iaspis, -idis *f.* (*m. v. l. 58*), ἴασπις. ISID. orig. 16, 7, 8 -is de Graeco in Latinum viridis gemma interpretatur *eqs.* GLOSS.^L I Ansil. YA 9 -is per Y graecam (*i.* yasp-) scribendum (IV dub. Plac. Y 1). *cf. etiam p. 139, 20.* *producitur* i *primae syllabae*: CYPR. GALL. exod. 1100. *de genere* (GLOSS.^L I Ansil. YA 11 generis feminini): *semper est generis fem.* (*v. Neue-Wagener I 937*) *praeter* EPIPHAN. Avell. p. 751, 22 (*alias fem.*) *et* SIDON. carm. 11, 21. *de declinatione* (*cf.* SACERD. gramm. VI 477, 21 PROB. cath. gramm. IV 26, 27 *et v. Neue-Wagener I 226. 444*): *nom. sing. vulgaris* iasper *v. p. 139, 42.* *acc. sing.* -dem: *v. l. 74. p. 139, 1. al.* -in *v. p. 139, 24. 26.* -im *v. p. 139, 4.* -em *v. p. 139, 44.* *acc. plur.* -das *v. p. 139, 15.* *voc. sing.* -i *v. p. 139, 46.*

de natura, specie, generibus (*fusius*: PLIN. nat. 37, 114—118 DAMIG. lapid. 13 EPIPHAN. Avell. p. 751, 3 sqq. *cf. Blümner, Technologie III 254 sqq.*): SCHOL. Iuv. 5, 42 -is genus gemmae pretiosae. GLOSS. IV 445, 22 (*ad Verg. Aen. 4, 261*) gemma viridis. GLOSS.^L III Abol. IA 4 genus lapidis. IV dub. Plac. Y 1 nomen gemmae vel lapidis. V Abba IA 11 genus gemmae. AA I 23 gemmae speciosae genus. PLIN. nat. 1, 37, 37 de -de, genera eius XIV (*cf.* SERV. Aen. 4, 261 COMMENT. Lucan. 10, 122 HIER. in Is. 54, 11 sq.). 37, 75 in Cypro inventum *tradit Theophrastus* ex dimidia parte smaragdum, ex dimidia -dem. 37, 90 *in onyche* esse ... chrysolithi colorem et sardae et -dis. 37, 115 viret (*cf. p. 139, 3. 7. 27*) et saepe tralucet -is. 37, 119 accommodato ... et -di nomine *cyani* a colore caeruleo. 37, 151 capnitis ... *habere genus* -dis fumidae *videtur.* 37, 156 cetionides ... multis coloribus tralucentes ..., alias -dis (iaspideae *dett.*). AVIEN. orb. terr. 469 hic (*sc. in paeninsula Pallena*) et -is fulva (*cf. p. 139, 8*) micat stellis (*at* PRISC. *periheg. 325* asterium perhibent [*Dionys. orb. terr. 327* ἀστέριος ... λίθος. *cf. Kosten, de Av. Dionysii interprete p. 16*]). 1321 his (*sc. incolis Indiae*) glauca dehinc tornatur -is (*Cuspinianus*, lapis *trad.*; *cf.* PRISC. periheg. 1020 aura viridi legitur quae splendet -is [*Dionys. orb. terr. 1321* χλωρὰ διαυγάζουσαν ἴασπιν]).

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SERV. auct. Aen. 4, 261 -dem in smaragdum saepe transire (*cf.* ISID. orig. 16, 7, 8 est ... smaragdo subsimilis, sed crassi coloris). APRING. in apoc. 21, 18 -is ... obscura quadam viriditate sublucens. PRISC. perieheg. 691 -im (*Dionys. orb. terr. 724 ἠερόεσσαν ἴασπιν*) *generat mare Caspium*, nocturni manes fugitant quam membra tuentem (*cf. infra l. 38*). 755 gemma micans illic (*sc. ad Thermodontem fluvium*) perlucet -dis albae (*782 ὑδατόεσσαν ἴασπιν*). GLOSS.[L] I Ansil. YA 11 viridis est, sed pro viridi fulvam posuit *Virgilius* (*cf. l. 13*). *exemplum splendoris eximii*: ITALA apoc. 4, 3 (cod. g *al.*) *et* VVLG. similis erat aspectui lapidi -di et sardino (*cf.* 21, 11 *et v. interpretationem allegoricam apud* VICTORIN. Petav. in apoc. 4, 2 APRING. in apoc. 4, 3).

in usu: *in ornamentis, armis, vestimentis sim.*: VERG. Aen. 4, 261 illi stellatus -de fulva (*v. l. 8*) ensis erat (*cf.* LVCAN. 10, 122 supellex. STAT. Theb. 7, 659 *in fibula* [*cf. l. 28*]). STAT. Theb. 4, 270 corytos ... electro pallens et -de clarus Eoa. MART. 5, 11, 1 -das uno versat in articulo (*in anulo. cf.* VEN. FORT. carm. 3, 269 Mart. 3, 463. CORP. II 2060 filius dedicavit *statuae matris* ... annulum IIS VII n(ummum) gemma -de). 9, 59, 20 pretium magnis fecit -ibus. IVV. 5, 42 praeclara illi laudatur -is. ITALA exod. 28, 18 (Lugd.) *secundus ordo rationalis Aaronis* carbunculus et sapphyrus et iasphys (VVLG. -is. *cf.* 39, 11. CYPR. GALL. exod. 1100 HIER. in Ezech. 1, 22 sq. p. 21 V. epist. 64, 16, 2 EPIPHAN. Avell. p. 745, 18). Ezech. 28, 13 (Tert. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 28 Hier. hom. Orig. in Ezech. 13, 3 p. 448, 12 B.) indutus es ... sapphirum, -in (VVLG. operimentum tuum ... -is. *cf. interpretationem spiritalem apud* ISID. sent. 1, 10, 15). AMBR. Nab. 5, 26 amethystum, -in, sardium summo quaerunt furore. CLAVD. 8, 591. 28, 528 viridique angustat -de pectus. rapt. Pros. 2, 40 tereti nodantur -de (*vice fibulae; cf. l. 14*) vestes. MART. CAP. 1, 75 *in corona Iunonis*. ENNOD. carm. 1, 4, 76 *in veste*. VEN. FORT. Mart. 4, 323 *pallae* stamen -is. *in aedificiis struendis*: VVLG. Is. 54, 12 ponam -dem propugnacula tua, *Ierusalem* (*de interpretatione allegorica cf.* HIER. *ad l.* GREG. M. moral. 18, 52 p. 66[B]. in Ezech. 2, 6, 3). apoc. 21, 18 erat structura muri eius (*sc. civitatis*) ex lapide -de (*cf.* PAVLA et EVSTOCH. Hier. epist. 46, 6, 5 *et v. interpretationem mysticam* APRING. *ad l.*) 21 19 fundamentum primum, -is (*cf.* HIER. in Ezech. 1, 22 sq. p. 21 V.). PRVD. psych. 860 pingit (*i. ornat*) -is sardium iuxta appositum *in pariete templi*. CLAVD. 10, 90 -de lubrica surgunt limina. SIDON. carm. 11, 31 -is Indus. *in superstitione* (*praecipue in medicina*): SERV. Aen. 4, 262 DAMIG. lapid. 13 MARCELL. med. 24, 7 in lapide -de Phrygia aërizusa (*v. vol. I 1064, 16 sqq.*). 20, 98 EPIPHAN. Avell. p. 751, 9 sqq. ORIBAS. syn. 9, 10 p. 288 (*rec. La*) o (*i. ὁ*) chloros iasper (*Svennung, Wortstud. z. d. spätlat. Oribasiusrez. 1932 p. 87*; ocglorosi asper *cod.*; -is *rec. alt.*) iuvat stomachum. eup. 4, 115 lapidem -em coxae si adpendis, mox parit. *iocose de homine, qui gemmae instar elucet*: EPIST. imp. Aug. Macr. Sat. 2, 4, 12 (*ad Maecenatem*) vale mi ebenum Medulliae ..., -i Iguvinorum (*Iahn*, figulorum *codd.*) *eqs.* *v. etiam* Iaspis *Onom.*

deriv.: iaspius. *comp.*: iaspachates, iasponyx.

ĭaspius, -a, -um *ab* iaspis. MAECEN. carm. frg. 2, 5 M. nec smaragdos ... quaero nec quos thunica lima perpolivit anellos neque -os lapillos.

ĭasponyx, (-ychis) *f.*, *ἰασπόνυξ. PLIN. nat. 37, 118 est *iaspis* et onychi iuncta, quae -x vocatur, et nubem complexa et nives imitata et stellata rutilis punctis. *cf. Blümner, Technologie III 256.*

ĭastius *v. Onom.*

[**iates** *corruptum pro* hi antes *putat Götz ad* GLOSS. II 469, 5.]

ĭātralīptēs, -ae *m.*, *ἰατραλείπτης.* *scribitur* iatroalipt-: CELS. 1, 1, 1. iatrolipt-: CORP. VI 8981 (*titulus libris tantum servatur*).

nom. sing. -es *v. l. 69.* *acc. sing.* -en *v. l. 65.* *abl. sing.* -a *v. l. 63.*

de re v. Blümner, Röm. Privataltert. p. 434, 3. 479. Marquardt-Mau, Privatl. d. Römer p. 162, 3. Gossen PWK. IX 800. *is qui unctione et perfrictione corpora curat*: CELS. 1, 1, 1 sanus homo ... nullis obligare se legibus debet; ac neque medico neque -a egere. PETRON. 28, 3 tres interim -ae ... Falernum potabant. PLIN. epist. 10, 5, 1 gravissima valetudine usque ad periculum vitae vexatus -en assumpsi. 10, 6, 1 civitatem Romanam Harpocrati, -ae meo, ... indulsisti (10, 10, 1 TRAIAN. Plin. epist. 10, 7, 1). CORP. VI 8981 P. Aelio Aug(usti) lib(erto) Epaphrodito magistro -ae puerorum eminentium Caesaris. 9476 M. Iuni. M. f. Cor(nelia) Zenodori -es. [HOR. carm. 2, 4 tit. ad Xanthiam traliptam (*sic*) *in parte codd.*].

ĭātralīpticē, *acc.* -ēn *f.*, *ἰατραλειπτική. PLIN. nat. 1, 29, 2 quando primum -e. 29, 4 Prodicus ... instituit quam vocant -en (-lept- *R*) et unctoribus quoque medicorum ac mediastinis vectigal invenit.

ĭātricē dea *v. Onom.*

ĭātromēa, -ae *f.*, *ἰατρόμαια.* *i. q. obstetrix*: CORP. VI 9477 Valeriae Berecundae -ae regionis suae primae. 9478 Valiae Calliste -ae. *v. Blümner, Privataltert. p. 477, 6.*

ĭātronīcēs, *acc.* -ēn, *m.*, *ἰατρονίκης. PLIN. nat. 29, 9 ad Thessalum ... delentem cuncta placita et rabie quadam in omnis aevi medicos perorantem, quali prudentia ingenioque (*sc. fecerit*), aestimari vel uno argumento abunde potest, cum monumento suo ... -en se inscripserit.

ĭātrosophistēs, -ae *m.*, *ἰατροσοφιστής.* *in libris varie perperam scribitur v. p. 140, l. 3. 5.* *is qui artem medicam docet* (GLOSS. III 600, 32 eotrosufiste: medicus sapientissimus): FVLG. myth. 3, 7 p. 71, 18 emplastrum entaticum, quem stisidem Africanus hiatrosofistes vocavit. CASS. FEL. 29 p. 48 secundum expositionem Magni -ae. ORIBAS. syn. 1, 19[tit.] p. 826 clysteres disintericis Iusti diatrosofistae. 2[tit.] add. p. 841 de clystere Iusti iatrosefiste.

ibalia *v.* hiulcus. **ibei** *v.* ibi.

iber *et* **imber**, -brī (-bris?, *v. l. 10*) *m.* *vox peregrina, cf. ἴβηρ Hes.* ib-: GLOSS.[L] II Philox. IB 2 (*ex Festo?*) ἡμίονος. imb-: PLIN. nat. 8, 199 genus musmonum ..., quorum e genere et ovibus natos prisci -os (*E*[2], -es [ym- *R*] *al.*, umbres *DF*, umbros *edd. vett.*) vocaverunt. GLOSS.[L] II Philox. IM 13 -um ἡμίονον, πρόβατον. *item huc pertinere videtur*: GLOSS. II 240, 10 ἀπὸ προβάτου καὶ τιτύρου: hier (hi⟨b⟩er *Heraeus*). *cf.* hybrida *et Onom. s.* Imber.

ibēris, -idis *f.*, *ἰβηρίς.* *in codd.* PLIN. *trad.* hi- (*cf.* (H)iberi, *unde vox deducta est secundum Galen. 13, 350*). *genus cardami* (*Lepidium iberis L.*): PLIN. nat. 1, 25, 49. 25, 87 invenit nuper et Servilius Democrates ... quam appellavit -ida, quamquam ficto nomini inventione eius adsignatā carmine. 25, 134 capitis dolori medetur ... -is adalligata (25, 143. 26, 44. 100. 112). PS. APVL. herb. 20 l. 18 H.-S. *nasturcium* a Graecis dicitur cardamon, alii cinocardamon, alii -is. *cf. Onom.*

1. ibex, -icis *m.* [*fort. originis peregrinae. J.*] ISID. orig. 12, 1, 16 idem *capri* -es, quasi avices, eo quod ad instar avium ardua et excelsa teneant et in sublime inhabitent, ita ut de sublimitate vix humanis obtutibus pateant. *nomen animalis*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 10 pantagatus. ibix. camox. GREG. M. moral. 30, 36 orientalis ... occidentalisque plaga parva quadrupedia -es nominat. GLOSS. III 90, 46 αἰγάγριον: ⟨i⟩bix. III 431, 34 αἴγαγρος: hebex. V 618, 37 dama vel damula: capra silvatica vel -x. *de natura, habitu, moribus*: PLIN. nat. 8, 214 caprae ... in plurimas similitudines transfigurantur. sunt caprae, sunt rupicaprae, sunt es pernicitatis mirandae, quamquam onerato capite vastis cornibus gladiorum ceu vaginis *eqs.* VVLG. I reg. 24, 3 super abruptissimas petras, quae solis -bus perviae sunt. Iob 39, 1 numquid nosti tempus partus -um (*τραγελάφων*) in petris? (*huc referendum esse putat Lindsay* GLOSS. V 367, 50 -es firgingaett [*anglosax.*]). SVLP. SEV. dial. 1, 16, 2 ad eum fera, cui -is est nomen, accessit. ISID. orig. 12, 1, 17 in petris altissimis commorantur et si quando ferarum vel hominum adversitatem persenserint, de altissimis saxorum cacuminibus sese praecipitantes in suis [se] cornibus inlaesa suscipiunt. *agitantur in ludis circensibus*: VOPISC. Prob. 19, 4 dammae, -es, oves ferae et cetera herbatica animalia. CAPITOL. Gord. 3, 7. *fimus -um adhibetur in medicina*: MARCELL. med. 25, 21. 34, 67. *deriv.*: ibicinus.

2. ibex (-ix) *v.* ibis *p. 156, 82. 157, 6.* *Rubenbauer.*

C idem ut *sim.* (*secundum* ita, itidem ut *sim.*): LEX Papir. (Fest. p. 347) hique tresviri ... iudicanto ... eodemque iure sunto uti ex legibus ... exigere ... oportet (LEX Vrson. [Corp. I^{2} 594] 103, 6. *cf.* LIV. 3, 64, 10 eadem lege ... ut). PLAVT. Capt. 778 eodem pacto ut comici servi solent (Merc. 263). CATO agr. 42 ad eundem modum oblinito ... uti cetera (78. 80. *cf.* 49, 2 eodemque modo vineam statuito ... uti fuerit [*antea* ita uti f. RHET. Her. 1, 6, 10 CIC. Verr. II 1, 92. 4, 27. leg. agr. 2, 18 item ... eodemque m. ac. 2, 47. opt. gen. 10 ut si. ANTON. Cic. Phil. 13, 26 PLIN. nat. 30, 88]. *cf. l. 30. 36 sq. 40*). CIC. fin. 4, 15 alterum significari *Stoici* dicunt idem ut si diceretur *eqs.* (*cf.* 4, 36 off. 1, 42. *cf. l. 24*). LVCR. 3, 857 in eodem, ut nunc sunt, ordine. VITR. 3, 1, 3 si ... mensum erit ..., invenietur eadem latitudo uti altitudo. COLVM. 6, 7, 3 eademque pabula, ut supra diximus, obiciant (*cf.* 6, 31, 1). PLIN. nat. 17, 119 eadem ratione ut (et *codd.*) in malo. *nota*: VITR. 5, 11, 2 laconicum ad eundem modum uti quam supra scriptum est, compositum (*def. Löfstedt, Beitr. 34; Syntact. II 225*). ut — idem *sim.*: CATO agr. 77 ita uti placenta fit, eadem omnia facito *eqs.* 134, 3 (*formula precat.*) Iane pater, uti te ... bonas preces ... precatus sum, eiusdem rei ergo macte vino inferio esto. CIC. Verr. II 1, 99 quasi non, ut quaestor sine praetore posset rationem referre ..., eodem modo sine quaestore praetor (*cf.* VITR. 6, 1, 1 uti ..., ad eundem m.). off. 1, 1 ut ipse ... coniunxi ..., idem tibi censeo faciendum. **sicut — idem:** COLVM. 8, 2, 9 in his quoque, sicut feminis, idem color ... quaeritur. PAPIN. dig. 33, 1, 10 pr. sicut ..., eodem modo. idem — sicut: CHIRON 265 dato eodem modo sicut s. s. (BOETH. in Porph. sec. 4, 11 p. 268, 13). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 177, 15 habentes ... eandem ... consolationem sicut et prius habuimus. **quemadmodum — idem** *sim.*: CIC. fin. 2, 83 quem ad modum ..., eodem modo (VITR. 10, 16, 6 qu. ..., aeque [atque *codd.*] e. m.). VITR. 4, 6, 3 ad eundem modum, quemadmodum (4, 6, 4. 6, 1, 2. *cf.* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 13 p. 37, 7 eodem modo ... qu. [p. 37, 13 *al.*]). 6, 8, 8 de tegulis ... mutandis non est eadem cura quemadmodum de his. PS. ASCON. p. 256, 7 St. eodem dolo ..., quemadmodum. **idem — quam:** TERT. adv. Val. 16 p. 196, 4 non eadem neglegentia in exterminium discretis *iniuriis* quam (*F*, qui *PM*) acciderat in casibus matris. resurr. 12 p. 41, 11 (quae *var. l.*). 51 p. 105, 7 (qua *codd.*). BOETH. herm. pr. 2, 10 p. 148, 2 nihil (*i. non*) idem significat quam illa *eqs.* LEX Visig. 6, 1, 3 eadem mortis censura multentur quam eorum domini fuerint condemnati. RVSTIC. c. aceph. p. 1234^{B}. **idem tamquam:** CATO agr. 41, 4 alligato ... ad eundem modum tamquam oleas. BOETH. herm. pr. 2, 12 p. 170, 14 idem valet tamquam si ... poneretur (herm. sec. 4, 10 p. 255, 10). **idem — quasi** (*falso trad.* IVLIAN. dig. 41, 3, 33, 6 *dett.*, quod si *F*): LEX vic. Furf. (Corp. I^{2} 756) 13 eis rebus eadem lex esto quasei sei dedicatum sit. CIC. leg. 2, 53 ut ... eodem loco res sit quasi ea pecunia legata non esset. Lael. 14 Att. 6, 9, 3. quasi — eodem modo: PLAVT. Aul. 597 (*interpol.*). *singularia*: PLIN. nat. 13, 16 (*om. pars codd.*) non est eadem vis nisi una decoctis (*fort. contamin. ex* e. v. quae d. *et* e. v. n. u. decoquuntur). CHIRON 130 tragantum idem infundito quomodo s. s. est (*nisi est pro* 'item', *v. p. 194, 29*).

D idem cum (*dub. restitut.*: TAC. ann. 14, 24 APVL. Socr. 13 p. 148; *initio semper unitas loci subest. raro* cum *anteponitur, cf.* MOD. dig. 5, 2, 12, 3 APVL. apol. 44): *pauca s.* cum *vol. IV 1374, 44 sqq. allata sunt; adde*: PLAVT. Amph. 808 ubi tu cubuisti? :: in eodem lecto tecum una in cubiculo (*cf.* CYPR. epist. 4, 1 p. 473, 3 pariter). CIC. Verr. II 3, 187 omnibusque in isdem flagitiis mecum ... versatus es. LIV. 28, 28, 14. MIN. FEL. 21, 1 eadem mecum recognosces. 28, 2 eadem vobiscum ... sentiebamus (SVLP. SEV. dial. 1, 26, 1 CONC.^{S} I 5 p. 139, 38 [*gr. p. 163, 25* τὰ αὐτὰ τοῖς αἱρετικοῖς]. *cf.* p. 344, 29 qui eadem cum illo saperent [τὰ ἴσα φρονοῦντες αὐτῷ. p. 364, 29]). IREN. 2, 31, 3 unam et eandem esse eis *Gnosticis* cum daemoniis conversationem (CYPR. epist. 75, 25 p. 826, 23 IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 17, 9. 23). CYPR. epist. 55, 6 p. 628, 6 *al.* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 176, 2. I 5 p. 144, 9 eiusdem cum patre substantiae (158, 16 *al.*). BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 282, 25 MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 1 p. 243$^{extr.}$. 3, 2 p. 253$^{in.}$.

E idem c. dat. (*cf.* par, *v. Schmalz*^{5} *413; sed plerumque graecismus secundum* ὁ αὐτός τινι *videtur. vix recte Elisei, Studi ital. di fil. cl. n. ser. 5, 321 sq. huc refert* CORP. I^{2} 62 e(s)de(m) leigibus ara Salutus, *ubi* 'dedicata est' *suppl. Dessau. dub. emend.*: VITR. 6, 3, 5 APVL. apol. 48 [*v. edd.*]. *corrupte trad.*: TRAIAN. Plin. epist. 10, 80): LVCR. 2, 918 *cum* animalia sint mortalibus una eademque. 3, 1038 Homerus ... eadem aliis sopitu' quietest. 4, 1174. SALL. rep. 1, 6, 1 sin eadem studia artesque iuventuti erunt. HOR. ars 467 invitum qui servat, idem facit occidenti. OV. am. 1, 4, 1 met. 13, 50 Ib. 557. APVL. apol. 56 eorundem sollemnium mihi particeps. IVST. 2, 4, 10 virgines in eundem ipsis morem ... exercebant. HIL. myst. 1, 28. AMM. 26, 8, 13 tamquam eadem sibi sentientis (RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 71, 12 [τὰ αὐτὰ ἡμῖν]. p. 118, 13 BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 235, 11. *cf.* CHAR. gramm. I 296, 1 accedo tibi, id est e. tibi sentio). CLAVD. 22, 30 AVELL. p. 284, 22. CONC.^{S} I 2 p. 57, 8 non idem est invisibile visibili (ταὐτὸν ... τῷ ὁρατῷ). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 8, 9 BOETH. herm. pr. 2, 10 p. 149, 8 *al.* in Porph. comm. sec. 2, 6 p. 191, 22. RVSTIC. c. aceph. p. 1178^{A} (*al.; nota dat. praepositum* p. 1246^{B} puto quod illi eadem protuleris, quam ... accusasti). *cf.* idem ad: CONC.^{S} I 5 p. 264, 33 si non est idem ad eum qui mensuratam habet scientiam is qui novit universa (*gr. I 1, 6 p. 124, 16* ὁ αὐτὸς τῷ ... ἔχοντι).

V idem *augetur aliis pronom.*: **1 idem hic: a** *adi.*: TER. Haut. 329 eadem hac inveniam via *argentum* (NOV. Atell. 73). Phorm. 126 illos ducere eadem haec lex iubet (LIV. 3, 55, 11). 716 dum libido eadem haec manet. 888 idem hoc argentum. 900 de eadem hac fortasse causa? CIC. Cluent. 41 Dinaeam ... eadem hac Dinaea (*cf.* Brut. 191 Plato ... eundem hunc Platonem. de orat. 2, 260 ex hoc genere ... ex eodem hoc. TAC. dial. 1 VLP. dig. 17, 1, 8, 6). Catil. 3, 2. 53 Vatin. 25 Phil. 12, 20 fin. 4, 74 *al.* VARRO ling. 5, 53. 65. 66 *al.* CAES. civ. 3, 66, 4. LIV. 4, 8, 2 idem hic annus (35, 40, 5). COLVM. 11, 2, 47 isdem his diebus. SCRIB. LARG. 20 ASCON. p. 26, 12. 66, 17 St. PLIN. nat. 7, 125. 18, 242 eodem hoc tempore. *al.* SIL. 10, 9. 16, 653 QVINT. inst. 8, 3, 5 SVET. Aug. 27, 3 TRYPH. dig. 50, 16, 225 COD. Iust. 12, 60, 6, 3. **b** *subst.*: **α** idem hic (eadem haec): PLAVT. Amph. 54 eandem hanc ... faciam ex tragoedia comoedia ut sit. TER. Phorm. 516 idem hic (hoc *γ D*^{2}, *Linds.*) tibi, quod boni promeritus fueris, conduplicaverit. LVCIL. 1045. CIC. Mil. 88 in privato eodem hoc (*Milone*). VARRO ling. 10, 10 VELL. 2, 65, 3 SEN. dial. 12, 15, 1 ASCON. p. 60, 16 St. IVLIAN. dig. 41, 3, 33, 1 ARNOB. nat. 2, 56 p. 92, 22 *al.* **β** idem hoc (*apud* CIC. *al. fere in iunctura* idemque hoc): PLAVT. Mil. 755 i. hoc hominibus sat erat decem. Trin. 1163 spondeo :: et ego spondeo i. hoc (*cf. p. 190, 19*). CATO agr. 93 et i. hoc ... facies ad arbores feraces (102 RHET. Her. 2, 7, 10 CIC. Verr. II 2, 73. 145. *cf.* TER. Eun. 783 factitavit. CAES. civ. 1, 74, 5 fit). TER. Eun. 453. 810 i. hoc tu [ais]? RHET. Her. 4, 16, 23 observabant (COD. Iust. 12, 49, 10). 4, 43, 56. CIC. Verr. II 2, 70 idemque hoc amicis eius ... videbatur. II 2, 90. Catil. 3, 14 decretum est (VELL. 2, 31, 3 COD. Iust. 1, 3, 36 pr.). Phil. 13, 31 accidere (CAES. civ. 3, 102, 7). rep. 1, 21 SEN. epist. 29, 11 PLIN. nat. 2, 125 QVINT. inst. 2, 2, 2. 8, 4, 18 VLP. (*bis, v. V. i. R.*). **γ** eadem haec: TER. Andr. 578 filium ... e. haec velle. 930 e. haec ... multi alii ... audi[ve]re (CATVLL. 84, 8 LIV. 25, 16, 13). Haut. 550 memineris. Ad. 751 nova nupta e. haec discet? LVCR. 2, 984 aliis *elementis* e. haec facientibus (CELS. 5, 28, 15^{D}. *cf.* 5, 28, 11^{C} fiunt). BELL. Alex. 28, 1 accidisse. SALL. Iug. 14, 21 simulantem. LIV. 5, 51, 2 ob e. haec (*cf.* SVET. Vit. 4 propter e. haec). 7, 12, 13 *al.* CELS. 1 prooem. 19 PLIN. epist. 1, 7, 4 SVET. Cal. 8, 5 IVLIAN. dig. 21, 2, 43 ARNOB. nat. 4, 12 p. 150, 9. **c** *in correlatione*: idem hic—qui (*adi.*): NEP. Phoc. 1, 4 QVINT. decl. 294 p. 166, 14. qui — idem hic: RHET. Her. 2, 3, 5. eadem haec — quae: TER. Andr. 599 ibo ... atque e. haec, quae tibi dixi, dicam itidem (idem *var. l., Linds.; cf.* DON. *ad l.*) illi. CIC. epist. 5, 12, 1 QVINT. inst. 8 prooem. 19 PLIN. epist. 3, 6, 7. quod idem — hoc: TER. Hec. 609 (*v. del. Dziatzko*).

2 hic idem: a *adi.*: CATO agr. 157, 8 hac eadem curatione sanum facies. CIC. inv. 1, 56 hanc exceptionem ... hanc eandem exceptionem (*cf.* 2, 90. Verr. II 3, 89 civitas ... ab hac eadem civitate. Cluent. 184 mulier ... haec eadem mulier. RVT. LVP. 1, 4 hoc schema ... hoc i. schema. *et passim, etiam apud posteros ut* GAIVS inst. 3, 31 eodem gradu ... hoc eodem gradu. *saepe etiam c. nom. propr.*: CIC. Verr. II 2, 68 Sopater ... huic eidem Sopatro [II 3, 91 *al.* off. 1, 116 LIV. 9, 12, 4 *al.; nota* IVV. 6, 112 Sergiolus ... hic Sergius idem]). CIC. S. Rosc. 11 Verr. II 1, 34 Caecin. 59. leg. agr. 2, 49 hoc eodem in loco (LIV. 31, 29, 16 SEN. contr. 9, 6 [29], 18 AVR. Fronto p. 253, 11 N. *al.*). Mur. 24 haec eadem res (LIV. 5, 53, 2 *al.*). fin. 2, 29 hoc eodem auctore. de orat. 1, 53 iram aut ... odium aut ... dolorem ... hisce iisdem permotionibus. 1, 94 opinione (PLIN. nat. 37, 8). *al.* (*nota hyperbaton* Brut. 284 haec omnium debet oratorum eadem esse sententia. epist. 1, 9, 22 his ego consiliis ... essem usus eisdem). VARRO Men. 318 ling. 6, 52. LVCR. 3, 161 haec eadem ratio (COLVM. 8, 8, 1). 4, 938 TIB. 3, 12, 20 PROP. 2, 8, 26 OV. Pont. 2, 1, 49. LIV. 27, 36, 6 hoc eodem anno (*cf.* COLVM. 11, 2, 42 mense. 11, 2, 58 die [AMM. 17, 14, 1 *al.*]. 9, 14, 6 tempore [11, 2, 18 *al., nota* arb. 22, 3 hoc eodem t. = 5, 10, 14 eodem t.; PLIN. nat. 18, 254 PLIN. paneg. 82, 9 *al.*]). 28, 43, 21 *al.* MANIL. 2, 320 SEN. contr. 7, 5 (20), 11 *al.* GERM. frg. 4, 107. 163 VAL. MAX. 8, 13 pr. *et ap.* SEN., COLVM., SCRIB. LARG., CALP. (ecl. 3, 76), PLIN., QVINT., SVET., DIG. *al.; haud raro inde a tert.* [*J. B. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saec. vi *attenuata fere i.* '*hic*' *vel* '*is*' (*cf. infra l. 18*): AMM. 22, 16, 10 Cleopatra ... haec eadem regina (*cf.* 23, 6, 69 Ariani ... haec eadem Aria. *al.*). ANON. de mach. bell. 17 haec eadem ... liburna. VVLG. Ios. 11, 6 hac eadem hora (ταύτην τὴν ὥραν. III reg. 20, 6 *al.*). I reg. 17, 23 loquente eo haec eadem verba (ῥήματα ταῦτα). AVG. civ. 20, 9 p. 430, 23 D. in hoc eodem libro legitur. 20, 16 p. 443, 30 *al.* COD. Theod. 16, 8, 23. COD. Iust. 2, 7, 15, 1 (*a. 472*) hoc idem officium peragere. 9, 22, 19, 1 (*a. 294*) *al.* CARM. epigr. 254, 8 (*s. III*) haec eadem ... sidera. **b** *subst.*: α hic idem (haec eadem): PS. ENN. ann. 123 Pomonalem *flaminem* fecit hic i. (*Numa*). RHET. Her. 3, 12, 22 CIC. Flacc. 40 prov. 13. Mil. 37 haec (*sica*) intenta nobis est, huic ..., haec eadem ... conversa rursus est in me (*cf.* de orat. 3, 177 VERG. ecl. 5, 87 Aen. 10, 507. *cf. l. 28*). nat. deor. 1, 87 div. 2, 144 Att. 7, 2, 7 VARRO rust. 1, 35, 1 LVCR. 1, 692 NEP. Hann. 4, 1 VERG. georg. 2, 165 CVLEX 286 TIB. 1, 2; 59 PRIAP. 68, 13 PROP. 2, 28, 22 OV. trist. 2, 537 LIV. 35, 42, 7 VELL. 1, 11, 5 SEN. benef. 4, 7, 2 *al.* COLVM. 2, 10, 7 *al. et ap.* PLIN., SIL., IVV. (*nota post* qui [*cf. l. 57*]: 11, 25), SVET., DIG., APVL. *al.*; *nota attenuate fere i.* '*idem*' *vel* '*is*': LAMPR. Diad. 8, 3 istum ... ab hoc eodem. VOPISC. Tac. 13, 2 FIRM. err. 4, 1. 17, 2 Luna ... — haec eadem Lucina —. *al.* β hoc idem: ENN. scaen. 239 otioso in otio animus nescit quid velit: hoc i. est *eqs.* (*cf.* VLP. dig. 2, 13, 6, 1 *al.*). PLAVT. Bacch. 47. Curc. 675 (*v. p. 190, 18*). LVCIL. 440 hoc fit i. (LVCR. 6, 299. 1017 NIGID. frg. Gell. 10, 4, 4 CIC. Phil. 1, 37 de orat. 3, 196 CAES. Gall. 5, 40, 4 *al.* COLVM. 12, 46, 4 *al. cf.* RHET. Her. 4, 55, 68 facere [CIC. Verr. II 5, 15 Cael. 12 *al.* CAES. Gall. 7, 53, 3 *al.* NEP. Att. 18, 3 *al. et passim*; *nota dupl. acc.*: AVG. civ. 1, 11 p. 20, 32 D. *fere i.* '*hoc*': CHIRON 268 VEG. mil. 1, 19 p. 21, 3 *al.*]). CIC. inv. 1, 5 cum hoc tuta, hoc honesta, hoc inlustris, hoc eodem vita iucunda fiat (*abl. ut*: 1, 13 COD. Iust. 6, 38, 5, 2 *al.*). Verr. II 2, 23 dixit hoc i. M. Lucullus (II 3, 73 *al.* SEN. contr. 9, 2 [25], 29 DIG. HIER. *al.*). II 2, 126 *al.* Catil. 1, 29 hoc i. sentiunt (orat. 172 epist. 4, 7, 4 AVG. civ. 8, 26 p. 365, 5 D.). Mur. 10 si hoc i. Q. Hortensio accidisset (Att. 1, 19, 3 CAES. civ. 3, 105, 3 PLIN. nat. 7, 176 *al.*). de orat. 2, 123 si ... hoc i. existimatis. Att. 12, 51, 2 mihi ... hoc i. ... placuit (PLIN. epist. 3, 10, 2 DIG.). 13, 29, 2 hoc i. ... scripseras (VARRO ling. 6, 89 *al.*). BALB. Cic. Att. 9, 7^b, 2 Caesarem hoc i. probaturum (VLP. dig. 17, 1, 8, 7 *al.*). VARRO ling. 5, 66 CAES. civ. 2, 14, 5 *al.* LIV. 5, 25, 13 *al.* VELL. 1, 17, 4 SEN. nat. 2, 21, 4 *al. et passim c. verbis ut* decernere evenire, praestare, respondere, significare, tractare *sim.*; *ellipt.* (*cf. l. 60*): CIC. rep. 3, 43 atque hoc i. Syracusis (*sc. fiebat. cf.* COLVM. 11, 2, 34 PLIN. nat 17, 253). Brut. 140 multo magis hoc i. in sententiarum ornamentis (*sc. faciebat. cf.* PLIN. nat. 10, 177 *al.*). PLIN. nat. 8, 148. 31, 17 Theophrastus hoc i. (*sc. tradit*). VLP. dig. 36, 1, 17 pr. hoc i. et si *eqs.* (38, 17, 2, 3 *syn.* idemque). *al.* *servit oppositioni* (*cf. p. 192, 74*): SEN. epist. 82, 13 cubiculum lucidum dicimus, hoc i. obscurissimum est nocte (*cf.* DRAC. satisf. 240). *vi attenuata fere i.* '*idem, id*' (*cf. l. 27 et p. 194, 43*): FIRM. err. 18, 3 Isaac ... cum Iacob benedixisset, cum hoc i. Esau ... exigeret. 18, 7 *al.* math. 6, 40, 2 *al.* AVG. civ. 4, 26 p. 178, 24 D. *al.* COD. Iust. 1, 4, 16 (*a. 472*) *al.* RVF. podagr. 26. γ haec eadem: PLAVT. Capt. 296 haec tu e. si confiteri vis (LVCR. 5, 377). Cist. 652 ut haec ex me sciat e. (VERG. ecl. 2, 35). CARM. epigr. 970, 14 (= CORP. I² 1223) haec e. et magneis regibus ⟨acciderunt⟩. RHET. Her. 2, 17, 26. CIC. Verr. II 1, 28 haec e. se audisse (II 1, 71 *al.*). II 4, 15 ut haec e. dicat ipse Heius (Mur. 66 PLIN. epist. 3, 17, 11 *al. cf.* CIC. epist. 10, 25, 3 locutus sum). Font. 29 Mil. 36. Phil. 3, 31 haec e. ... fecit (PROP. 2, 32, 45. IVV. 11, 177 h. e. ... omnia). LVCR. 1, 60 quae ... et haec e. CAES. Gall. 7, 17, 8 civ. 2, 37, 1 SALL. or. Macri 27 VERG. Aen. 12, 197 OV. trist. 5, 3, 48 LIV. 31, 3, 6 MANIL. 2, 563 CELS. 5, 18, 6 *al. et ap.* SEN., COLVM., CALP. (ecl. 4, 17), IVV. (*ellipt.*: 10, 256), PLIN., DIG., APVL. *al.*; *nota c. praep.*: CELS. 6, 6, 8^D ab his isdem. PLIN. nat. 24, 70 ad haec e. (CYPR. Demetr. 7 p. 356, 3 COD. Theod. 11, 30, 67 *a. 423* = Iust. 7, 62, 31 pr.). PLIN. paneg. 50, 6 in haec e. *vi attenuata fere i.* '*haec*' *vel* '*ea*': PAVL. FEST. p. 4. SCAEV. dig. 32, 34, 2 ea ... haec e. APVL. mund. 31 qui haec e. de deo neget (π. κόσμ. 6 *p. 399^b, 19* ταῦτα). VVLG. I Macc. 15, 22 haec e. scripta sunt Demetrio (τὰ αὐτά. II Macc. 2, 13). *al.* **c** *in correlatione*: hic idem qui: *adi.*: PLAVT. Cas. 933 ut senex hoc eodem poculo quo ego bibi, biberet. CIC. Mil. 95 part. 66 nat. deor. 2, 85 LVCR. 3, 865. 4, 759 APVL. met. 10, 24 *al.* AMM. 30, 2, 5 HIER. epist. 21, 41, 1 *al.* *subst.*: CIC. p. red. in sen. 35 Lig. 12 Mil. 58. hoc idem quod: CAECIL. com. 154. CIC. Manil. 13 sentiunt hoc i. quod vos (LACT. inst. 3, 8, 8). Caecin. 89 de orat. 3, 26 Brut. 118 orat. 152 CYPR. epist. 63, 4 p. 703, 13 *al.* (*attenuate*: BOETH. herm. pr. 1, 7 p. 97, 21 [τὸ αὐτό]). haec eadem quae: CIC. har. resp. 62 FIRM. math. 2, 4, 2 CLAVD. DON. prooem. p. 7, 3 COD. Theod. 5, 1, 4, 2 (*a. 389* = Iust. 6, 55, 9, 1). qui — hic idem: *adi.*: CIC. Q. Rosc. 46. GERM. 179 quae ..., haec eadem ... dextra. BOETH. cons. 2, 1, 35. *subst.*: CIC. leg. 3, 45 de quo ..., de hoc eodem. PAVL. NOL. carm. 32, 209. quod — hoc idem: CIC. Verr. I 50 quod sperare mihi videor, hoc i. ... opto. Brut. 188 MAECIAN. dig. 35, 2, 30, 2 VLP. dig. 36, 1, 3, 1 FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 34 p. 817^B (*cf.* quodcumque — hoc i.: VLP. dig. 49, 14, 6, 1. quidquid — hoc i.: HIER. epist. 18^A, 7, 4). quae — haec eadem: LVCR. 4, 955. 5, 242 VERG. Aen. 9, 300. FIRM. math. 2, 14, 4 ea quae ..., haec e. (*cf.* quaecumque — haec e.: IVV. 7, 152 FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 1 p. 751^B).

3 idem ille: **a** *adi.*: TER. Haut. 678 retraham ... ad me idem ego illuc ... argentum. CIC. Verr. I 17 eadem illa vetera consilia ... repetuntur. I 23 eadem illa nocte (*cf.* de orat. 3, 10 die [ASCON. p. 36, 8 St. TAC. ann. 15, 35 *al.*]. 3, 137 isdem temporibus illis [SALL. Catil. 51, 39 ASCON. p. 53, 11 St.). II 1, 56 in isdem illis locis (de orat. 2, 177 SEN. dial. 3, 18, 5). II 3, 83 Docimo (*79*) ... eidem illi Docimo (*cf.* Sull. 16 Catilina ... eodem illo Catilina. Cluent. 22 *al.* *item c. appellativis*: VLP. dig. 45, 3, 7, 1 socii ... eidem illi socio. GELL. 1, 19, 7 *al.*). II 4, 97 idem ille Scipio (*cf.* epist. 1, 9, 18 idem ille Plato. *al.*). Sest. 108 eiusdem illius inimici mei (*saepissime*; *nota collocationem*: Cluent. 181 Nicostratum eundem illum. COLVM. 11, 1, 15). VARRO ling. 8, 10 LVCR. 3, 501 CAES. Gall. 7, 23, 3. 7, 25, 3 SALL. Iug. 25, 2 *al.* NEP. Alcib. 6, 5 *al.* LIV. 2, 36, 4 *al. et ap.* CELS., SEN., COLVM., ASCON., PETRON., PLIN., QVINT., TAC., PLIN. (*nota* paneg. 49, 4 eadem frequentia eademque illa socialitas), SVET., VLP., GELL., APVL., TERT. *al.* **b** *subst.*: α idem ille (eadem illa): PLAVT. Cas. 61 filium sensit suom eandem illam amare. CIC. Mur. 51 i. ille (*sc. Catilina*). Sull. 16 (*et 9^ies*). SALL. rep. 1, 4, 3 PROP. 2, 1, 67 LIV. 3, 14, 5 *al.* SEN. benef. 3, 5, 2 QVINT. inst. 11, 3, 5 TAC. hist. 4, 25 *al. et ap.* DIG., APVL., SVLP. SEV. β idem illud: CIC. Verr. II 1, 111 praetor qui i. illud ediceret. Cluent. 32. 137 Phil. 2, 49 rep. 2, 50 *al.* de orat. 3, 227 orat. 101 Att. 10, 15, 1 *al.* CAEL. Cic. epist. 8, 5, 3 OV. epist. 19, 13 CELS. 5, 28, 18^B SEN. epist. 22, 3 PLIN. nat. 2, 3 QVINT. inst. 3, 8, 49 *al.* PLIN. paneg. 2, 1. FRONTO p. 100, 19 N. (*ex Catone?*). POMPON. dig. 20, 4, 4. γ eadem illa: RHET. Her. 1, 7, 11 ut e. illa omnia conficiamus (PLIN. paneg. 24, 2). CIC. Verr. II 4, 102 nunc e. illa ... audite (LIV. 36, 29, 1). leg. 2, 68 *al.* (*ellipt.*: Att. 13, 17). SALL. Catil. 31, 4. LIV. 2, 2, 10 (*et 4^r*). SEN. nat. 6, 5, 2 *al.* CVRT. 3, 11, 23 PLIN. nat. 8, 6 *al.* QVINT. inst. 6, 3, 12 *al.* PLIN. epist. 1, 8, 17 *al.* SVET. Vit. 15, 2. **c** *in correlatione*: α idem ille qui: *adi.*: PLAVT. Rud. 547 quaenam ballaena meum voravit vidulum? ... :: eadem illa credo, quae meum marsuppium. CIC. Catil. 2, 10 fin. 3, 36 SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 12, 3 CAEL. Cic. epist. 8, 8, 3 LENT. Cic. epist. 12, 14, 3 CAES. Gall. 6, 37, 1 HOR. epist. 2, 1, 237. LIV. 9, 8, 2 eodem illo vultu quo (SEN. dial. 11, 13, 4). 25, 6, 12. VELL. 2, 73, 2 eodem illo tempore quo. PHAEDR. 4, 25, 4 MELA 2, 126 ASCON. p. 60, 14 St. PLIN. nat. 25, 4 QVINT. inst. 12, 1, 28 PLIN. epist. 8, 16, 3 *al. et ap.* SVET., FLOR., GELL., MIN. FEL., AVG., SVLP. SEV. *subst.*: CIC. Sull. 87 i. ego ille qui vehemens ... visus sum, persolvi patriae quod debui. epist. 1, 9, 20 *al.* SEN. epist. 75, 6 QVINT. inst. 7, 1, 51 *al.* FRONTO p. 220, 19 N. GELL. 6, 1, 6 APVL. Socr. 16 p. 155 CYPR. epist. 72, 1 p. 776, 4. *cf.* CATVLL. 66, 7 qui ..., idem ... ille Conon. β idem illud quod, eadem illa quae: CIC. de orat. 1, 209 idem illud quo de agitur (LACT. inst. 1, 7, 4. *cf.* quod — idem illud: CATO or. frg. 2). CIC. Att. 10, 16, 4 cogitavi eadem illa Caeliana, quae legi in epistula tua (VARRO rust. 1, 6, 3 CAES. civ. 1, 6, 1 SALL. Catil. 57, 2 LIV. 35, 51, 6 SEN. dial. 2, 1, 2 PLIN. epist. 2, 19, 3).

4 ille idem: **a** *adi.*: PLAVT. Cist. 183 eam se servo ... dedisse ... ille extemplo servolum iubet illum eundem persequi, si ... queat *eqs.* TER. Haut. 898 ille ... Syrus idem (isdem *A, Dziatzko sc.* '*artibus*'). CIC. Verr. II 4, 77 illa eadem Diana. p. red. in sen. 33 ille animus idem meus. Sest. 11 illis temporibus isdem. ac. 2, 138 Att. 9, 13, 8 LVCR. 2, 992. CIRIS 272 ille ..., ille idem ... Minos. OV. met. 12, 119. **b** *subst.*: α ille idem: NEP. reg. 3, 4 LIV. 2, 30, 2 QVINT. inst. 1, 6, 13. β illud idem: CIC. Verr. II 2, 60 illud i. postulare non desistebant, ut *eqs.* off. 3, 66 Att. 1, 18, 5. 15, 14, 2 epist. 3, 7, 5 HOR. sat. 2, 3, 242 OV. met. 15, 257 COLVM. 2, 9, 2. illa eadem: CIC. Verr. II 2, 123 har. resp. 21. **c** *in correlatione*: ille idem qui (*vi potius definitiva*; *cf. l. 63. p. 203, 13*): LIV. 9, 8, 11. 37, 6, 7 PETRON. 31, 1. illud idem quod: CIC. Att. 6, 3, 8 in ea ... epistula erat illud i. de sorore quod ad me. *vi potius definitiva*: CIC. Cluent. 86 epist. 2, 7, 2.

5 idem ipse: **a** *adi.*: CIC. Cluent. 131 apud eosdem ipsos censores. COLVM. 3, 10, 11 eadem ipsa mater ac parens (*sc. terra*). 4, 2, 2. 4, 29, 4 eodem ipso tempore (AVG. civ. 3, 21 p. 132, 8 D.). AFRIC. dig. 20, 4, 9, 2 PAVL. dig. 17, 1, 22, 8 GELL. 4, 6, 4 MIN. FEL. 34, 3 TERT. resurr. 48 p. 100, 24 *al. et ap.* SCHOL. Cic. Bob., AVG. (*saepe*; *nota* civ. 21, 23 p. 529, 19 D. eodem ipso loco [*i. uno eodemque*; *cf. p. 203, 1*]), FVLG. RVSP., BOETH. *al.*; *nota usum attenuatum*: GELL. 11, 13, 5 ea verba ... eadem ipsa verba (*cf.* 12, 2, 13 Seneca ... i. ipse S. TERT. adv. Prax. 15 p. 253, 17 AVG. civ. 21, 24 p. 530, 22 D. BENED. reg. 16). BOETH. herm. pr. 2, 10 p. 143, 5 in eodem ipso ... subiecto (ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ). *al.* **b** *subst.*: α idem ipse: CIC. Tusc. 1, 40 ego ... ipse cum eodem ipso (isto *Wesenb.*) non invitus erraverim. VLP. dig. 37, 10, 5, 5. GELL. 1, 6, 3 easdem ... ipsas (*sc. molestias*). CYPR. epist. 73, 17 p. 790, 20 i. ipse (*sc. Christus*) manifestat. CARM. de fig. 35 ipse ..., ipse ..., ipse ..., i. ipse. OPTAT. 1, 15^in. *al.*; *nota attenuate i.* '*ipse*' (VVLG. psalm. 101, 28 [= Hebr. 1, 12] tu ... i. ipse es [ὁ αὐτός]. prov. 10, 4) *vel* '*idem*': PAVL. FEST. p. 152 'meritavere' idem Cato ait ... 'magnificius' i. ipse ... dixit (*cf.* AVG. civ. 15, 19 p. 98, 25 D. *al.* COD. Theod. 2, 17, 1 pr. [*a. 321* = Iust. 2, 44, 2]. 14, 3, 14 *al.*). *i. q. theod.* '*zugleich*' (*cf. p. 191, 27*): AVG. civ. 17, 12 p. 233, 31 D. domus ... David propter genus David; domus ... dei

[*J. B. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eadem ipsa propter templum dei *eqs.* (AVELL. p. 324, 1. 2). *i. q. 'unus idemque' (cf. l. 10 et p. 191, 16)*: AVG. civ. 7, 14 p. 291, 32 D. i. ipse e s t Iovis atque Mercurius (11, 2 p. 463, 25 *al.*). 8, 6 p. 330, 31 i. ipse u n u s (11, 9 p. 473, 30. 16, 8 p. 137, 10). 13, 9 p. 566, 19 i. ipse ... simul et moriens est et vivens (13, 24 p. 594, 21 CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 25). *al.* CONSENT. gramm. V 391, 29. *β* idem ipsum: CIC. inv. 2, 139 scriptorem ipsum ... i. ipsum ... facturum fuisse. BOETH. herm. sec. 5, 12 p. 391, 8 *al.* (*nota* herm. pr. 1, 9 p. 108, 17 h o c i. ipsum [τὸ αὐτὸ τοῦτο]). e a d e m i p s a: GELL. 4, 11, 11 TERT. nat. 1, 10, 2 AVG. gest. Pelag. 57 p. 112, 9 COD. Theod. 7, 9, 1. *nota i. 'una et eadem'*: MVTIAN. Chrysost. hom. 9, 1 p. 297 semper discere e. ipsa (περὶ τῶν αὐτῶν. *ibid. saepius*). c *in correlatione*: *α* idem ipse qui: *a di.*: CIC. div. 2, 95 eodem tempore ipso ... quo. *attenuate et vi definitiva pron. rel.*: TERT. monog. 11 p. 779, 26 Oe. in eodem ipso capitulo quo definit *eqs.* VVLG. Hebr. 10, 1 eisdem ipsis hostiis quas offerunt (ταῖς αὐταῖς θυσίαις. *cf.* 10, 11 easdem). AVG. civ. 2, 26 p. 91, 26 D. *al.* *subst.*: TERT. Scap. 2 p. 541, 5 Oe. idem ipsi qui ... iuraverant ..., hostes eorum sunt reperti. TREB. trig. tyr. 23, 4 IVL. VAL. 2, 27 p. 94, 12 AVG. civ. 1, 9 p. 14, 20 D. *al.* (*nota* 19, 22 p. 392, 17 i. ipsi qui *i. 'vel ipsi'*). *β* idem ipsum quod: GELL. 2, 8, 3 BOETH. trin. 4, 38. e a d e m i p s a q u a e: PS. APVL. herm. p. 273 RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 44, 2 AVG. civ. 22, 9 p. 582, 22 D. anim. 3, 3, 3 p. 362, 1. *γ* qui — i d e m i p s e: AVG. civ. 18, 43 p. 322, 11 D. pecc. mer. 1, 15, 19 p. 19, 13 (*cf.* 1, 28, 55 p. 54, 27 quicumque ..., i. ipsi).

6 ipse idem: a *a di.*: ARNOB. nat. 6, 13 p. 225, 2 ipsis isdem ... temporibus. BOETH. herm. pr. 2, 12 p. 199, 20 potestates ipsae eaedem (αἱ αὐταί. 6, 13 p. 446, 25): b *s u b s t.*: TERT. adv. Marc. 3, 22 p. 414, 25 ipsius eiusdem (*dei*), c u i u s scripturam ... implebant (CLAVD. DON. Aen. 1, 520). *i. q. 'idem'*: CLAVD. DON. prooem. p. 6, 22 ut ipse i. diceret. VITAE patr. 5, 15, 22 dixit iterum ipse i. (*Cotelier p. 477* ὁ αὐτὸς εἶχεν).

7 idem iste: a *a di.*: PLAVT. Asin. 640 eadem istac opera suavius[es]t complexos fabulari. Bacch. 1018 eadem istaec v e r b a dudum illi dixi omnia (FRONTO p. 108, 8 N. *cf.* TAC. hist. 4, 73 vocabula). TER. Hec. 747 eadem istac aetate. Ad. 424 ad eundem istunc (istum *γ*) ... modum. TRAG. inc. 116 eandem virtutem istam. CIC. Verr. I 14 i. iste praetor. II 3, 182 in eadem ista Sicilia. II 3, 206 eadem ista ratione. II 3, 215. Manil. 19 eadem Asia atque i. iste Mithridates (46). Cluent. 126. Mur. 66 eodem ex studio isto. Vatin. 33 ex eodem isto loco (FRONTO p. 159, 8 N.). har. resp. 46 rep. frg. 6 *al.* LIV. 3, 68, 2. 28, 42, 1 SEN. Tro. 325 APVL. Socr. prol. p. 111. b *subst.*: idem iste: CIC. Verr. II 1, 74 per eiusdem istius lictores. II 1, 84. 5, 184 Manil. 51. 63 *al.* fin. 2, 8 SEN. benef. 4, 16, 1 dial. 1, 3, 11 ARNOB. nat. 5, 29 p. 201, 5. i d e m i s t u d: PLAVT. Cist. 27 si i. istud nos faciamus (TER. Phorm. 726). Curc. 541 Men. 183. Mil. 1040 multae aliae i. istuc cupiunt. 1273. Stich. 474 i. ego istuc scio (Truc. 811). Truc. 740. 815 TER. Haut. 888 CIC. Verr. II 3, 215. Marcell. 25 te i. istud nimis crebro dicere (Att. 2, 3, 2 VAL. MAX. 7, 8, 6). Att. 12, 43, 1 Sj. epist. 9, 18, 4 SEN. benef. 3, 18, 3 QVINT. decl. 248 p. 18, 30 TAC. ann. 4, 37. e a d e m i s t a: PACVV. trag. 202 iteradum e. ista mihi (*cf.* CIC. fin. 2, 74 d i c [epist. 11, 21, 1 PLIN. paneg. 66, 3]). CIC. Mur. 85 e. ista omnia ... comprimentur. SEN. dial. 4, 21, 3 COLVM. 6, 38, 4 PLIN. paneg. 44, 8. 71, 6 APVL. apol. 55. c *in correlatione*: idem iste qui: TAC. ann. 1, 43 PLIN. epist. 5, 10, 2 (*subst.*: CYPR. epist. 59, 15 p. 684, 10). idem istuc quod: PLAVT. Persa 239 quid est quod metuas? :: i. istuc quod tu. CIC. div. 2, 35. eadem ista quae: CIC. Mur. 66 Pis. 59.

8 iste idem: TER. Hec. 754 istuc iusiurandum i. polliceare illis. CIC. S. Rosc. 94 ista eadem ratione q u a Sex. Roscius occisus est. COLVM. 8, 17, 9. *subst.* istuc idem: PLAVT. Mil. 776 credo ego istuc i. Most. 1087 CIC. fin. 5, 8. ista eadem: CATVLL. 61, 148 marito ista non e. licent. LIV. 10, 8, 9.

9 is idem (*vix recte trad.* GELL. 6, 1, 11 die tertio ... oppidum captum est, eodemque ˌeoˌ [*P, om. RV*] die in arce eius oppidi ius dixit): FIRM. err. 23, 3 ait ... is i. David. 28, 5 is i. propheta. CONC.[8] II 2, 1 p. 10, 37 qui dixit decrevisse se non exire ..., is i. promittit adfore (*gr. II 1, 1 p. 134, 21* οὗτος).

10 qui idem, quod idem (*nos 'relativer Anschluß'*): q u i i d e m (*falso trad.* CIC. Flacc. 78 off. 3, 15): CIC. de orat. 2, 124 qui i. (*sc. Antonius*) ... non dubitavit ornare. ac. 1, 29 quam (*vim*) ... eandem necessitatem appellant (*cf. p. 193, 69*). LAVS Pis. 7. q u o d i d e m: *adi.*: CIC. de orat. 2, 263 quod i. genus est saepe etiam facetum. Brut. 135 VARRO ling. 6, 38 COLVM. 6, 15, 1 QVINT. inst. 9, 3, 29. *subst.*: TER. Hec. 249 quod tu si i. f a c e r e s, magis in rem ... id esset (CIC. Cluent. 128 Phil. 3, 25 *saep. cf.* Phil. 1, 12 fit [fin. 3, 24 *al.* QVINT. inst. 6, 4, 21]). CIC. har. resp. 13. Phil. 5, 1 videri (Lael. 14 Att. 5, 21, 10. 14, 7, 2). 14, 24 quod i. c o n t i g e r a t superioribus bellis (fin. 3, 25 *al. cf.* CIC. off. 3, 15 usu venit. QVINT. inst. 4, 1, 68 accidit [7, 4, 39]. PAVL. dig. 6, 1, 23, 5 eveniret). fin. 1, 55 licet transferre (Lael. 80). Tusc. 4, 36 quod i. ... Stoici ... d i c u n t (div. 2, 69 *al.* QVINT. inst. 7, 1, 9 *al.*). Att. 12, 34, 1 quod i. video tibi placere (LIC. RVF. dig. 18, 1, 70). epist. 12, 21 (*al.; cf. et Madvig ad fin. 5, 31*). OV. Pont. 2, 5, 76 QVINT. inst. 8, 3, 37. 9, 2, 49. q u a e e a d e m: CIC. fin. 2, 42. 72 LIV. 37, 28, 2 QVINT. inst. 3, 7, 25.

VI ***usus anaphoricus*** *et* ***attenuatus*:** 1 *anaphorice fere i. q. memoratus, supra scriptus sim.*: a *notio ante memorata repetitur* (ager ... idem ager; *cf. p. 200, 24. 65. 202, 8. repetitio etiam post longius intervallum fieri potest, cf. l. 7. 15. 80*): CATO agr. 6, 1 eum agrum frumentarium esse oportet. idem ager si nebulosus est, rapa ... seri oportet. 7, 1 fundum ... in eodem fundo. 21, 5 idem faber (*memoratur 14, 1*). 112, 3 *al.* orig. 57 hordeum ..., hordeum idem (*postpositum ut*: CIC. Arch. 12 orat. 200 QVINT. inst. 10, 1, 56 APVL. apol. 42. *et ap.* CYPR., PALLAD., COD. Theod. *al.*). LEX Corn. de XX quaest. (Corp. I² 587) 1, 11 co(n)s(ules) ... eidemque co(n)s(ules). 1, 16 *al.* LEX Vrson. (Corp. I² 594) 98, 35. RHET. Her. 4, 16, 23 CIC. div. in Caec. 28. Verr. II 2, 113 Cn. Pompeio ... idem Pompeius (*saepissime c. nom. propr. ut* Caecin. 95 Sulla ... eundem Sullam. Cluent. 132 *al.* VARRO ling. 6, 7 CAES. Gall. 1, 32, 3 *et passim*). II 3, 67 idem Apronius (*laudatur II 3, 65*). II 5, 148 *et saepe.* SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 4 quae res ...; eadem res. VARRO ling. 6, 92 rust. 1, 16, 6 CAES. Gall. 2, 19, 8. 5, 42, 5 *al.* BELL. Afr. 44, 2 *al.* NEP. Milt. 7, 1 *al.* R. GEST. div. Aug. 4, 14 VERG. ecl. 3, 43 OV. rem. 72 met. 13, 798 (*cum emphasi*: met. 4, 92). *et passim apud scriptores (apud poetas post* OV. *non inveni; hic illic plena vi augendae oppositionis causa ut* LIV. 2, 12, 2 populum Romanum servientem ... liberum eundem populum. 5, 36, 4 *al.); nota* ***cumulationem***: PLIN. epist. 1, 20, 19 Pericle ... huic ipsi Pericli ... de eodem Pericle. VENVL. dig. 46, 8, 8, 1 pecuniam ... de eadem p. ... eandem p. MOD. dig. 20, 6, 9 pr. CHIRON 854 COD. Iust. 6, 30, 18, 3 *al.* *add. pron. poss.*: TRAIAN. Plin. epist. 10, 38, 2 diligentia ... eandem d. tuam. SCAEV. dig. 34, 2, 13 *al.* *variatio* (*cf. l. 41*): APVL. met. 8, 22 familiae ... ex eodem famulitio (*liberius ibid.* laqueum ... eodem funiculo. Socr. prol. p. 109 quercu ... eandem arborem. *al.*). *raro in titulis*: INSCR. Not. d. scavi 1921 p. 237, 10 (*a. 205*) praediorum ... eorundem praediorum. *nota abundantiam*: LEX colleg. Aesc. et Hyg. (Corp. VI 10234) 18 eidem collegio s(upra)-s(cripto) (*cf.* CONC. Lugd. a. 516/23 p. 32, 24 de praefatis eisdem personis). *cum usus, praesertim apud scriptores vulgares, sensim increbescat (ubi synonyma occurrunt, vix linguae cotidianae tribuas; cf. e. g.* COD. Iust. 11, 24, 2, 1 eiusdem = *Theod. 14, 6, 3* memoratae), *dubium non est quin apud multos iam vice v. q. e. 'is' vel articuli fungatur; cf.* ITIN. [Silv.] 9, 1 ea die ... eadem die. CET. FAV. 27 p. 307, 18 fornacula ... in eadem (*om. Vitr. 7, 10, 2*) fornace. PELAGON. 54 spongiam ... eadem spongia (*Hipp. p. 92, 6* τὸ σπογγάριον). 181 clavum ... idem (*om. Veg. mulom. 3, 60, 2*) clavus. CHIRON 477 extalis ... in eundem (*om. Veg. mulom. 2, 70, 2*) extalem (*al., nota variationem* 507 mus caecus ... eundem migalem [*syn. 509* ipsum m.]). APIC. 1, 1, 1 *al.* RVSTIC. Conc.[8] I 4 p. 54, 35 Memnon ... idem M. (*gr. I 1, 7 p. 68, 22* ὁ μνημονευθείς). p. 236, 7 epistulam ... eandem e. (*gr. I 1, 6 p. 157, 1* τὴν ἐπιστολήν). VITAE patr. 3, 21 fratres ... eosdem f. (*syn.* supradicti). 3, 74 senex ... idem senior (τοῦ γέροντος; = *5, 16, 19* senex ille). 5, 9, 11 presbyter ... eundem p. (τὸν πρεσβύτερον). *al.*

b *refertur ad notionem ante paulo aliter memoratam*: VELL. 1, 2, 4 Tyria classis ... ab iisdem. COLVM. 8, 1, 2 colono ... eisdem (*cf.* [*sc. vi iam attenuata*]: HERM. vulg. 5, 6, 3 populi ... eisdem [τοῦ λαοῦ ... αὐτοῖς]. COD. Theod. 11, 1, 33 *a. 424* = Iust. 10, 16, 12 pr. ab ... provincia ... ab isdem. GREG. TVR. Franc. 9, 29 p. 384, 3 exercitum ... cum isdem. *al.*). QVINT. inst. 12, 8, 2 pridie ... aut eodem matutino. *al.* *item ad notionem in superioribus involutam vel animo loquentis obversantem aut alioquin legentibus notam*: RHET. Her. 4, 12, 18 uti 'o Tite ...', et hic versus eiusdem poetae (*sc. Ennii. cf. l. 60*). CIC. epist. 7, 23, 1 mihi a te litterae redditae sunt, ab eodemque (*sc. tabellario*) accepi Aviani litteras. VAL. MAX. 2, 7, 7 devictis Aequiculis ... idem hostes. TERT. apol. 14, 2 humana sagitta ... ab eodem Diomede. scorp. 2 p. 147, 12 item in eodem exodo (*antea exscripto, sed non nominato*. adv. Marc. 3, 6 p. 384, 23 *al. cf. Thörnell, Studia Tert. II 1923 p. 10 sqq.; IV 1926 p. 90*[1]). *alibi iam i. q. 'is' esse videtur (cf. l. 28)*: IVST. 1, 10, 5 solem ... eidem deo. AVG. civ. 18, 10 p. 267, 22 D. Atheniensium ... urbis eiusdem. MART. CAP. 1, 12 Apollinis .. idem Delius. 6, 657 regio Maronea ... eandem T⟨h⟩raciam. NOT. dign. occ. 42, 7 classis Ravennatium cum curis eiusdem civitatis, Ravennae (42, 9). COD. Theod. 1, 6, 5 rationem annonariam ... eiusdem annonae. 1, 15, 1 *al.*

c *loci selecti de usu anaphorico*: *α adi.* (*locos, ubi contextus deest, ut* ENN. ann. 477 scaen. 327 CALP. hist. 8 *al., omisi*): PLAVT. Amph. 577. Asin. 120 eidem h o m i n i, si quid recte curatum velis, mandes (Mil. 758 CIC. Manil. 46 *al. cf.* S. Rosc. 33 viri. *al.*). CATO agr. 141, 3 harumce rerum ergo ... eiusdem rei ergo. CIC. Caecin. 94 qui ... habuit conductum ... fundum ... ex eadem conductione. Manil. 21 Lucullus ... ab eodem imperatore (*cf.* VARRO rust. 1, 2, 7 MELA 2, 116 QVINT. inst. 5, 11, 17 TAC. ann. 2, 46. 6, 12 *al.*). CIC. de orat. 2, 242 ut idem Crassus (*de libri loco ut*: VARRO rust. 1, 22, 5 ab eodem scriptore. *al. cf. p. 205, 11. 14*). VARRO ling. 5, 153 locus idem Circus Mecinus dictus. 5, 175. 6, 6 *al.* NEP. Alc. 9, 1 non satis tuta eadem loca sibi arbitrans (*sc. 7, 4 memorata*). *al.* APVL. mund. 7 ab isdem angustiis Pontici maris (*π. κόσμ. 3 p. 393*ᵇ*, 27* ἀπὸ τοῦ εἰρημένου ἰσθμοῦ). *al.* *β s u b s t.* (*raro neutr. ut* PLAVT. Amph. 945 CIC. Phil. 5, 34): LIV. ANDR. carm. frg. 26 M. ENN. ann. 144. 452. PS. ENN. ann. 193 hos ego in pugna vici victusque sum ab isdem (*cf.*

[*J B. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Norden, Enn. u. Verg. 1915, 85 adn.). PLAVT. Amph. 165 Asin. 342 Cas. 461. Cist. 596 deos teque spero — :: eosdem ego *eqs.* Mil. 387. 1228 TER. Phorm. 879 Eun. 9. CIC. Verr. II 1, 41 cum proditione istius nefaria, tum improbo ac falso eiusdem testimonio (*cf.* prov. 24 in illo oppugnando ... in eodem defendendo. har. resp. 51 cum eum ... laudabat ... cum eundem ... vituperabat [fin. 1, 4 *al.* PROP. 2, 12, 5 PLIN. nat. 7, 1 TAC. hist. 4, 25 *al.*]. Mil. 99 his absentibus ... isdem audientibus [100. 102 Phil. 8, 32. 10, 8 Lael. 103 LVCR. 3, 508 CAES. civ. 3, 94, 4 OV. Ib. 161 QVINT. inst. 11, 3, 8 *al.*]. epist. 1, 9, 22 quosdam ... eosdem [*cf.* CAES. Gall. 1, 17, 5]). CIC. Planc. 75 te teste ..., te eodem auctore (*cf.* Phil. 2, 32). Phil. 13, 17. leg. 1, 18 ut idem definiunt (*cf.* 1, 42 dicunt [Att. 7, 9, 4 *al.*]. fin. 5, 92 ut ait idem [Tusc. 1, 74 *al. cf.* VARRO ling. 7, 60 *al.*]. de orat. 2, 256 ut idem ... inquit. VARRO ling. 7, 16 ut idem scribit. *etiam ellipt.*: CIC. Tusc. 1, 34 idemque: [nat. deor. 2, 22 *al.* PLIN. nat. 16, 194 *al.*]. CIC. orat. 155 et idem: [Att. 7, 3, 10 *al.* SEN. contr. 10, 1, 15]. VARRO ling. 7, 53 idem: [7, 103 *al.* RVT. LVP. 1, 19 item eiusdem. CHAR. gramm. I 119, 18 item idem in eadem. *al.*]). VARRO ling. 5, 74 *al.* LVCR. 3, 385 CAES. civ. 1, 30, 2 *al.* VERG. georg. 4, 234 *al.* HOR. epist. 2, 2, 35 OV. met. 14, 72 *al.* LIV. 3, 53, 3 *al.* *sim. passim; nota* APVL. mund. 13 idem (*sc. eurus*) ἀφηλιώτης ... solet dici (= is *Gell. 2, 22, 8*). *γ* idem qui (*sc. vi definitiva enunt. relat., cf. p. 202, 61. 63. 203, 13; aliter p. 194, 67*): PLAVT. Cist. 140 postquam eam puellam a me accepit, ilico eandem puellam peperit quam a me acceperat. 178. CARM. epigr. 959, 3 eidem quo careo eheu *eqs.* CIC. inv. 2, 56. Verr. II 3, 114 Apronium (eundem quem ... legatum ... civitas misit). VARRO ling. 9, 96 CELS. 3, 18, 15. *alia v. p. 206, 18.*

2 *vi* ***attenuata*** *i. q.* ***is*** (*cf. p. 179, 75. 204, 36. 50. 62; hic illic magis deicticam vim [i. 'hic', cf. l. 46] sentias, sed fides deest*): **a** *usus* ***praeparativus*** (*sc. frequenti usu anaphorico natus. vix est cur iam attenuationem quandam sensus accipias in iis, quae ex* CIC. [inv. 1, 29 *al.*] *al. attulerunt Stangl, WklPh. 37, 1920, 357; Plasberg ad Cic. Tim. 28; Baehrens, Glotta 5, 1914, 97. dubito potius de* BELL. Afr. 28, 1. 35, 4 VELL. 2, 64, 1 COLVM. 11, 2, 79 *al.* [*cf. et* 6, 14, 3 ex eodem loco = *Veg. mulom. 4, 15, 1* eo] LAEL. frg. Cic. Bob. p. 118, 16 St. *v. p. 198, 83*): VAL. MAX. 2, 6, 7 *Massilienses* tres in eodem manumissiones rescindere permittunt, si ter ab eodem (eo *Paris, cf.* 8, 10, 2. 9, 4, 1) deceptum dominum cognoverunt. 9, 13 ext. 3 (*cf. Stangl, BPhW. 32, 1912, 1364*). TAC. dial. 21 Caesaris ... libros ... carmina eorundem. hist. 1, 25 ann. 6, 46 *al.*

b *exempla plus minus certa usus attenuati*: *α adi.*: SCAEV. dig. 34, 4, 30, 4 ex eadem infirmitate (*postea syn.* ex ea i.). MARCIAN. dig. 48, 21, 3, 2 in eadem (ea *Momms.*) causa esse, ut. PALLAD. 4, 15, 3 *al.* ITIN. [Silv.] 10, 7 cum venissemus in eodem campo. 11, 4. 35, 3 eadem die (*syn.* ipsa). 44, 1 numquam ieiunatur in hisdem locis (*i. 'his'? cf.* 46, 3; *v. Löfstedt, Komm. 66*). *al.* AMM. 18, 7, 5 *al.* CHIRON 653 easdem duritias (*syn.* ipsa). 645 easdem mirmices ... eundem locum ... eadem vulnera. *al.* AVG. civ. 5, 24 p. 237, 12 D. *al.* SVLP. SEV. Mart. 17, 3 eodem (eo *var. l.*) tempore (*al., v. Martin, WklPh. 35, 1918, 355*). MARCELL. med. 16, 89 SORAN. p. 82, 6. HIPPOCR. aer. 4 p. 9, 9 in eadem civitatem (ἐν ταύτῃ τῇ π.). 12 p. 29, 21 eadem terra (αὕτη). *al.* COD. Theod. 8, 8, 9 eiusdem militiae (= *Iust. 12, 60, 3 pr.* eius). 16, 2, 43 super hisdem parabalanis (= *Iust. 1, 3, 18, 1* his). *al.* OROS. hist. 4, 13, 6 eidem bello (*cf. Eutr. 3, 5* ei). 4, 12, 4 *al.* (*v. Svennung, Orosiana 68*). EXC. barb. chron. I p. 276, 15 isdem temporibus (*syn.* his, istis). MARCELL. chron. II p. 95, 501, 1 *al.* IORDAN. Get. 195 *al.* INST. Iust. 2, 10, 10 eandem observationem (τὴν τοιαύτην). BENED. reg. 22 *al.* CORP. XI 136 nostram eandem arcam. 6222 (*s. IV* = INSCR. christ. Diehl 3827) *al.* *β subst.* (*plerumque in cas. obliqu., rarius nomin.; cf.* CHIRON 516 *al.*): PLIN. epist. 4, 13, 7. 10, 56, 2. 10, 58, 4. TRAIAN. Plin. 10, 18, 2 illis ... ad eosdem (*cf. supra l. 5*). SVET. Iul. 52, 1 Cleopatram, cum qua et convivia ... protraxit et eadem nave ... penetravit, nisi *eqs.* (*nota anacoluthon*). Aug. 14. 98, 3 *al.* ARGVM. Plaut. Mil. 2, 3 SVLP. APOLL. perioch. Ter. Eun. 4. IAVOL. dig. 41, 2, 21, 2. CELS. dig. 47, 2, 68, 4 servorum furtis peculia eorundem augentur. IVLIAN. dig. 3, 5, 29 *al.* AFRIC. dig. 46, 1, 21, 2 (*syn. antea* eum). GAIVS dig. 41, 1, 10, 1 per eundem (= *inst. 2, 87* per eos). VLP. dig. 6, 1, 17 pr. (*syn.* eum, eumque). PAVL. dig. 21, 2, 53, 1 *saepe.* APVL. met. 7, 2 *al.* TERT. uxor. 1, 4 p. 674, 18 Oe. cum illo ..., cum illo ..., illum ..., ab eodem (*al., nota bis per parallelismum*: paenit. 1, 5). CYPR. GALL. Nah. 224 *al.* CYPR. epist. 75, 17 p. 822, 5 (*syn.* eis). COMM. apol. 528 *al.* SER. SAMM. 738 *al.* PANEG. 2 (10), 4, 2 *al.* SPART. Did. 2, 3 (*syn.* eo). LAMPR. Alex. 49, 3 (*syn.* eum; *item* Heliog. 25, 6 SPART. Sept. Sev. 19, 5) *saepe.* IVL. VAL. 1, 4 p. 4, 22 (*syn.* ei) *al.* VICTORIN. PETAV. in apoc. 11, 4 p. 100, 15 (*rec. Hier.* eum). ARNOB. nat. 4, 22 p. 158, 23 (*syn.* ipso). *et ap.* FIRM., IVST., PALLAD. (vet. med. ed. Sv. 10, 3 = eius *Veg. mulom. 4, 7, 3*), LVCIF., FILASTR., AVSON., QVEROL., AMM., CHIRON (400 eidem = *Veg. mulom. 2, 89, 2* cui. *al.*), VEG. (*nota* mulom. 2, 53, 5 eidem = *Chiron 387* eum; *sim.* 2, 9, 3. 2, 11, 2), AMBR., AVG., SVLP. SEV., MARCELL. med., HIPPOCR., DIOSC., APIC., MART. CAP., OROS. (hist. 6, 22, 4 eodem = *Suet. Aug. 53, 1* eo; *al., v. Svennung l. c.*), CASSIAN., CONC.[S] I 5 p. 288, 1 iisdem (αὐτούς) *et passim.* *in titulis*: LEX Malac. (Corp. II 1963) 5, 15 CORP. III 3351, 15 (*s. III*) CORP. V 8734, 6 (*s. IV/V* = INSCR. christ. Diehl 823[b]) VIII 810, 4. 22774 IX 1618, 12. 5533, 6 XII 2128 XIV 2795 (*a. 140*) *al.* *etiam pro refl. 'sibi, se'*: LAMPR. Heliog. 14, 5 exspectans ... quando eidem nuntiaretur consobrinus occisus. VOPISC. Aurelian. 10, 3 SPART. Pesc. 4, 7 MAX. Aug. epist. 107 p. 611, 9. *rarius neutr.*: VLP. dig. 10, 2, 20, 7 nulla actione idem consequi posse (43, 24, 7, 3 MOD. dig. 46, 1, 41, 1 *al.* VVLG. Marc. 10, 10 [περὶ τούτου, ITALA cod. a *al.* de hoc] MARCELL. med. 11, 25 SORAN. p. 10, 16. COD. Theod. 10, 24, 1 [*a. 368* = Iust. 10, 6, 1] detectus in eodem. PASS. Marcell. 3 ex eodem [*i. ex ea re*] *al.*). AVG. civ. 10, 9 p. 416, 24 D. vir ad eadem potens (bapt. 1, 8, 10 *al.* MARCELL. med. 9, 65 *al.* HIPPOCR. aer. 9 p. 19, 15 [ταῦτα] COD. Theod. 5, 13, 4 ad eadem postulanda [= *Iust. 11, 66, 2 pr.* ea] *al.*). *speciatim* idemque *i. 'isque'* (*'und zwar'*): LAMPR. Alex. 43, 4 qui ... ederent munera eademque parciora. 56, 3 Heliog. 35, 5 AVSON. 420, 2 AMM. 25, 6, 5 AVG. civ. 16, 43 p. 196, 11. 20, 29 p. 479, 25. 21, 8 p. 506, 19 D. epist. 42 SVLP. SEV. Mart. 10, 4. MART. CAP. 8, 814 ex quattuor elementis isdemque (*Cic. Tim. 17* et) totis. *cf. et* MART. CAP. 8, 812 multae admodum rationis nec eiusdem despicabilis. *γ* idem qui (*cf. p. 205, 21; vix iam sic accipiendum* VAL. MAX. 9, 3, 6 eodem tempore quo): SCAEV. dig. 39, 5, 35 pr. CALL. dig. 50, 4, 14, 6 si alii non sint qui honores gerant, eosdem compellendos qui gesserint. VLP. dig. 46, 8, 12, 3 eundem actum retractet, qui a procuratore actus est. PAVL. dig. 44, 2, 30, 1 (*al.; nota* HERMOG. dig. 49, 14, 46, 2 *syn.* ea). FAVSTIN. trin. 4, 3 p. 69[B] HILARIAN. pasch. 3 p. 1107[D] CHIRON 476 in eadem (*om. Veg. mulom. 2, 70, 1*) loca eminentiora, quae. VVLG. lev. 23, 12 in eodem die quo (ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ). AVG. civ. 5, 13 p. 218, 2 D. *al.* MARCELL. med. 12, 53. COD. Theod. 4, 9, 1 (*a. 319* = Iust. 7, 10, 7, 1) eodem qui (*syn.* is qui). 10, 4, 1 idem qui (= *Iust. 3, 26, 9* si ... quisquam). *sim. saepe; in titulis*: CORP. X 3335, 11 (*a. 247*). *cf.* idem — quicumque: COD. Iust. 1, 4, 15 (*a. 468* = 2, 6, 8). idem — ubi: COD. Theod. 16, 5, 8. COD. Iust. 2, 7, 6 (*a. 439*) in eodem ... loco, ubi (10, 40, 7, 1 PASS. Quirin. 5 LEX Burg. Rom. 39, 1. *cf. et p. 198, 61*). 2, 19, 11 (*a. 326*). idem — unde: COD. Iust. 10, 35, 2, 6 (*a. 443*). eodem tempore cum: VITA Severin. 1 (*aliter p. 198, 84*). *pro enunt. relat. part. perf. pass.*: SCHOL. Cic. Bob. p. 168, 7 St.

c *pro 'articulo' q. d.* (*v. Wölfflin, Archiv 12, 1902, 474; usus ab* **b** *parum secernendus. dedi hic pauca, ubi gr.* ὁ *respondet; cf. et l. 44 et p. 204, 39. 45. 46. 47*): HERM. Pal. sim. 5, 6, 5 corpus ... paruit eidem spiritui ... nec omnino eundem spiritum maculavit (τῷ πνεύματι ... τὸ πν.). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 35, 20 an sine probatione condemnaverunt eundem virum? (*gr. I 1, 5 p. 120, 29* τὸν ἄνδρα).

d *i. q.* ***ipse*** (*usus inversus eo natus quod* ipse *ut* idem *vim vocis q. e. 'is' assumpsit; v. Löfstedt, Komm. p. 65. exempla rara et partim incerta; e. g.* SORAN. p. 77, 10 eadem matrix, *quod Löfst. l. c. huc refert, potius pro articulo accipias. cf. et Hoppe, Beitr. z. Sprache u. Krit. Tert. 1932 p. 112 ad* TERT. apol. 9, 2): LAMPR. Comm. 5, 3 persuasit *Perennis* Commodo, ut ipse (*Comm.*) deliciis vacaret, idem vero Perennis curis incumberet. SIDON. epist. 5, 7, 1. 6, 1, 5 (*syn.* ipse). *i. q. 'et ipse, ipse quoque'*: LAMPR. Alex. 39, 8 *quartarios* detinuit exspectans ut, si vectigal contrahere potuisset, et eosdem ederet. VLT. SYLL. gramm. IV 254, 5 'circa' postremam syllabam longam recipit ..., 'contra' eadem etiam syllaba longa clauditur (*cf.* 254, 6 e. quoque). VEG. mulom. 3, 10, 2 alia ... confectio, quae eadem saepe mortifera liberat passione (BOETH. herm. sec. 2, 2 p. 83, 8).

CAPVT ALTERVM

syntactica** et **stilistica:

1 idemne: PLAVT. Bacch. 421 RHET. Her. 2, 26, 41. 4, 16, 23 CIC. Q. Rosc. 12 *al.* LIV. 6, 25, 8. 38, 17, 16 MELA 3, 44 STAT. Theb. 12, 84 TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 596, 10. **atque idem:** *v. p. 191, 33. 84. 192, 25. 193, 17. 207, 16. 23.*

2 idemque *i. q. 'idem'* (*secundum* quisque, uterque *sim.; v. Bonnet, Latin de Grég. 385. cf. et p. 194, 37*): GREG. TVR. Franc. 2, 9 p. 57, 10 quid de Francis idemque dicant. glor. mart. 28 p. 505, 4 hunc eundemque hominem (patr. 9 p. 702, 10) *al.* (*similia apud Fredegarium, v. Meader, l. c. 103*).

3 ***abundantiae***: par idem, unus idem *sim.*: *v. p. 190, 17. 196, 50.* olim ... eodem die: *v. p. 198, 78.* idem qui ..., idem: LENT. Cic. epist. 12, 14, 3 idem illi qui ..., idem. VARRO frg. Aug. 22, 28 p. 622, 15 D. ut idem corpus et eadem anima, quae fuerint coniuncta in homine aliquando, eadem (*an* ea⟨n⟩dem?) rursus redeant in coniunctionem. TERT. uxor. 1, 7 p. 679, 14 Oe. idem qui ..., idem. CASSIAN. Nest. 3, 3, 2 eundem ... quem illīc ... praedicat, eundem hīc ... confirmat (5, 7, 6). BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 321, 15 omnia eadem quae ..., eadem quoque. *cf. et* CAPITOL. Opil. 7, 6 quod quidem nomen etiam Varius Heliogabalus ... idem postea nomen accepit (*def. Tidnér, Strena Upsal. 1922, 152*). idemque item: *v. p. 186, 6.* item eodem(que) modo *sim.*: *v. p. 187, 49. 199, 23. cf. et* LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 2 eadem omnia ... item (5 item eademque omnia). BELL. Hisp. 14, 2 item ... eadem consuetudine. VITR. 2, 9, 13 item cedrus et iuniperus easdem habent virtutes (*sc. quas cupressus et pinus*). 8, 2, 4 item eadem ratione (*cf.* 10, 16, 6 eodem modo ... eadem ratione). VARRO ling. 6, 80 aeque eadem modestia (*cf.* VLP. dig. 32, 55, 8 *al.* PS. APVL. Ascl. 15[extr.]). PLIN. nat. 28, 227 eadem et ex equino pullo

[*J. B. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

imiliterque (*Plin. med. 23* eadem ratione) vis est (*cf.* GAIVS inst. 4, 16). VLP. dig. 16, 8, 1, 14 ut perinde obligeris eodem genere obligationis quo *eqs.* *cf. et p. 204, 31.*

4 **anaphora** (*cf. p. 193, 46. 194, 6. 208, 51*): **a** *bimembris* (*saepius cum chiasmo ut*: CAECIL. com. 87. VARRO ling. 10, 21 ut sit eodem genere, specie eadem. CIC. epist. 6, 3, 2 COLVM. 3, 1, 4 CALP. ecl. 4, 30 STAT. Theb. 5, 148 VLP. dig. 37, 13, 1 pr. *al.*): ENN. scaen. 201 eadem dicta eademque oratio (CIC. Verr. I 17 fin. 4, 45 *al.* LEX Vrson. [Corp. I² 594] 103, 6 LEX Salpens. [Corp. II 1963] 1, 18 LIV. 1, 43, 10 [*et 7ies*] VAL. MAX. 4, 3, 11 SEN. benef. 3, 28, 1 *al.* QVINT. inst. 6, 1, 26 *al.* TAC. dial. 1 PLIN. epist. 1, 7, 1 *al.* FLOR. epit. 3, 10, 18. *et ap.* DIG., TERT., PANEG. *al.*). PLAVT. Cist. 27 si idem istud nos faciamus, si idem imitemur (LIV. 27, 9, 14 GERM. frg. 2ª, 3 CELS. 5, 26, 36ᴮ SEN. epist. 66, 30 *al.* PETRON. 18, 7 STAT. Theb. 8, 151 TAC. Germ. 18 QVINT. inst. 7, 5, 6 *al.* FRONTO p. 154, 15 N. VLP. dig. 7, 1, 15, 6 *al.* *cf.* CIC. Brut. 142 i. et i. [Ov. fast. 1, 491]. SALL. Catil. 20, 4 i. ... atque i. [QVINT. inst. 9, 4, 58] VLP. dig. 15, 1, 37 i. ... idemque [AVG. civ. 21, 4 p. 402, 13 D.]. *cf.* CIC. off. 2, 55 et idem ... et idem illud. SEN. dial. 7, 1, 5 eadem ..., eadem [epist. 27, 2]). Rud. 577 eodem (*tegillo*) amictus, eodem tectus esse soleo. CIC. Verr. II 3, 199 habet īdem in nummis, habet īdem (*om. pars codd.*) in urbanis praediis (leg. agr. 2, 22. *cf.* CIC. Q. Rosc. 12 <e>idem et ... et eundem. SIL. 11, 141 i. ... et i.). II 5, 4 p. red. in sen. 18. 37 eandem subire fortunam atque idem sibi domicilium ... deposcere (Tusc. 1, 97 LVCR. 3, 793 VERG. Aen. 3, 503 *al.* LIV. 33, 14, 1 SEN. dial. 7, 26, 4 PLIN. epist. 3, 19, 2. *cf. l. 16*). Vatin. 41 ob eandem causam et eodem crimine (ac. 1, 18 epist. 6, 1, 1 CAES. Gall. 2, 3, 5 VITR. 9 praef. 5 VELL. 1, 16, 2 PETRON. 111, 8 TAC. Agr. 11 *et ap.* DIG., MIN. FEL., TERT., VVLG., COD. Theod. *al. cf. l. 16. 18. cf. et* PAVL. dig. 38, 10, 10, 17 et ... et *al.*). Planc. 67 Tusc. 2, 58 orat. 215 *al.* PROP. 4, 7, 7 LIV. 3, 30, 1 *al.* SEN. contr. 9, 3 (26), 11 *al.* VAL. MAX. 1, 8 ext. 17 *al.* SEN. benef. 1, 14, 3 *al.* COLVM. 8, 2, 9 PLIN. nat. 16, 43 STAT. Theb. 4, 84 *al.* QVINT. inst. 7, 4, 6 *al.* TAC. Agr. 33 *al. et ap.* PLIN., FLOR., DIG., APVL., TERT., CYPR., IVL. VAL. *al.; nota variationem*: TERT. resurr. 52 p. 107, 14 id ipsum genus grani eademque natura. COD. Iust. 1, 17, 2, 21 (*a. 533*) sub eodem ordine eaque consequentia *eqs.* **b** *trimembris* (*cf. p. 194, 8; hic illic cum chiasmo ut* LIV. 4, 4, 11 VLP. dig. 44, 2, 12 *sq.*): CATO agr. 157, 3 eadem (*brassica*) tumida concoquit, eadem erumpit, eadem vulnera ... purgabit LEX Anton. de Term. (Corp. I² 589) 2, 20 eaedem leges eidemque ious eademque consuetudo (*cf.* CIC. Sest. 57). CIC. Cluent. 191 Sest. 63. Phil. 8, 8 omnes idem volunt, i. defendunt, i. sentiunt (SEN. contr. 7, 1 [16], 12 QVINT. decl. 260 p. 68, 27 PLIN. paneg. 64, 4. *cf.* eadem: SALL. Iug. 31, 14). LIV. 31, 30, 9 eodem ... scelere ..., eodem ..., eodem (*cf. p. 194, 21*). *al.* SEN. benef. 5, 2, 2 *al.* QVINT. decl. 310 p. 222, 1 *al.* TAC. hist. 2, 38 PLIN. epist. 1, 16, 7 AVR. Fronto p. 30, 16 N. TERT. apol. 13, 5. 20, 4 *al. et ap.* PORPH., CYPR., PANEG. *al.* **c** *quadrimembris* (*cum chiasmo*: Ov. met. 1, 238): CIC. Sest. 131 VAL. MAX. 5, 5 pr. (*syn.* parem). PLIN. epist. 6, 33, 5 APVL. flor. 7 p. 25 AVG. civ. 12, 14 p. 532, 25 D.

5 *geminatio*: CIC. Att. 4, 2, 5 iidem ..., iidem, inquam, illi. SIL. 16, 642.

B *i. q. se abstinere* (*cf.* OP. imperf. in Matth. 5 p. 669$^{in.}$ se abstinere ab aliquo usu corporali et delectabili, quod est -are): **1** *c. dat.* (*cf. Hoppe, Synt. 29*): TERT. ieiun. 3 p. 277, 13 si uni arbusculae -are maluisset *Adam.* CASSIAN. *v. l. 46.* **2** *c. praep.*: ab: TERT. pudic. 16, 12 a iusta fruge naturae, a matrimonii dico pomo animas -are (*cf.* HIER. adv. Iovin. 2, 15 ut ... ab una arbore -ret *Adam.* AVG. c. Iul. 1, 5, 18 a ligno [32]. POMER. 2, 18, 1 a fructu unius ... arboris). AMBR. serm. 29, 4 a delicatis cibis (RVFIN. Orig. in gen. 16, 4$^{extr.}$ AVG. serm. 207, 3). *transl. ab incorpor.*: TERT. anim. 6 p. 307, 8 a philosophia. GAVDENT. serm. 11$^{med.}$ a vitiis (SACR. Greg. 57, 1 CASSIAN. inst. 6, 2). RVFIN. Orig. in lev. 10, 2 p. 444, 12 -a ab omni peccato, nullum cibum sumas malitiae, nullas capias epulas voluptatis. epist. 44, 7$^{extr.}$ in ieiunio, quo -atur ab operibus tenebrarum. AVG. serm. 205, 3 a litibus et discordiis. 207, 3 si ... nos -amus a cibis, quanto potius *oratio nostra* a venenis. *ibid.* semper ... -et ab odio, semper dilectione pascatur. 125, 7 non a cibo carnis, ... sed ab amore saeculi. in psalm. 68 serm. 1, 14 non illis consensi, hoc est ab illis -vi. LEO M. serm. 46, 3. 91, 2. 94, 1. de: BACHIAR. fid. 7 non solum de usu consuetudinarii (*sc. cibi*), verum etiam a conversatione. **3** *c. abl.*: CASSIAN. inst. 5, 22 voluntariis minusque noxiis (*sc. escis*).

C *i. q. carere*: **1** *c.* ab: TERT. adv. Marc. 3, 7 p. 388, 11 -antibus ceteris a salute. HIER. in Is. 14, 5 famem patimur verbi dei et iugiter a corpore domini -amus. PAVL. NOL. epist. 40, 1$^{med.}$ a sermonibus vestris. GREG. M. moral. 2, 9, 15 a ... participatione. 6, 5 ab *legis*-intellectu. 18, 21 a veritatis cognitione. 30, 32. **2** *abs.*: VEN. FORT. vita Germ. 44, 122 anxius et -ans minister, quid faceret (*i. inops consilii. cf. 44, 124* exultante ministro ... tunc sibi resoluto ieiunio).

D *i. q. cessare*: AVG. serm. ed. Mai 75, 1 flamma ... fornacis tam diu -vit, donec laudes dei ... decantarent. PETR. CHRYS. serm. 43 p. 322^{B} ager tuus misericordia -ante -at.

ieiunium -are: ITALA III reg. 20, 9 (Lucif. Athan. 1, 18$^{extr.}$) RVFIN. in lev. 10, 2$^{in.}$ VVLG. Zach. 7, 5 BARNAB. 7, 3 PETR. CHRYS. serm. 31 p. 288^{A} 42 p. 317^{C} SERM. Corp. Vind. 21 p. 328, 23 COMPVT. Carth. 1, 8. ieiunio -are: VVLG. II reg. 12, 16.

syn.: esurire: *p. 250, 23.* ἀσιτεῖν: *supra l. 17. LXX Esth. 4, 16.* νηστεύειν: *Herm. vis. 2, 2, 1. 3, 1, 2 sim. 5, 1, 2. LXX passim.*

[**iēiūnōsus** (*vel* iāi-) *restituisse sibi videbatur Stowasser, Serta Harteliana 1896 p. 215 in loco corrupto* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 215 senes aiunose (*cf. vol. V 2 p. 429, 29*), *ubi* senem iuniores ludificentur *scribendum esse post Guil. Meyerum docuit Heraeus per litteras.*]

iēiūnum *v. p. 252, 70.*

***iēiūnus (iāi-;** *fort. rectius* iĕii-, iăii- *et sic in derivatis; cf. p. 248, 20*), -a, -um. [*orig. inc.; a* *iēius, *iāius *vel* *iēiius, *iāiius *derivatum videtur* (*cf.* fortuna, opportunus). *J. B. H.*] *scribitur*: iai-: PLIN. nat. 19, 85 *Q.* FEST. p. 347, 27 (PAVL. FEST. p. 346 iei-). CYPR. mort. 8 p. 301, 20 *S.* ITALA Matth. 15, 32 (cod. d). CHIRON 584. 770 (*infra* iei-). *de* PLAVT. Cas. 129 *v. Skutsch, Archiv 7, 527.* ei- (*cf. p. 248, 23*): APVL. met. 11, 19. gei-: CORP. XII 2193 *a. 527.* *de formis*: *gen. pl.* -um: IVV. 15, 51 (*?*) *p. 251, 28.* *comp.*: CIC. leg. 1, 6 de orat. 3, 16 *al.* *de notione*: NON. p. 451 ebrios et -os non ⟨solum⟩ vinulentos aut sine cibo, sed expletos ⟨aut destitutos⟩ qualibet re possumus dicere. GLOSS. νῆστις. sterilis, infructuosa. NOT. Tir. 103, 3. *legitur inde a* PLAVTO *p. 251, 43.* [*val.* adzun, *ital.* digiuno, *francogall.* jeun, *hisp.* ayuno. *M.-L.*]

significatio primaria 'inanis' videtur fuisse, siquidem inde tam quae sub A quam quae sub B posita est derivari potest.

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

A i. q. **non cenatus** (de potu accipit SCHOL. Iuv. infra l. 28. cf. PROP. infra l. 37): 1 generatim i. q. νῆστις: a de animantibus (per enallagen de rebus p. 251, 24): α abs.: AFRAN. com. 43 -a ieientavit. CIC. epist. 7, 26, 1 biduum ita -us fui, ut ne aquam quidem gustarem. BELL. Afr. 42, 1 cum milites a mane diei -i sub armis stetissent. OV. fast. 4, 603 siquidem -a remansit Proserpina. IVV. 10, 232 ad pullum ore volat pleno hirundo -a. PLIN. paneg. 49, 6. APVL. apol. 58$^{in.}$ -us adhuc et abstemius. TERT. ieiun. 6$^{extr.}$ opp. pasto. AVSON. 327, 7 ante bibas. -is nil scribo. VVLG. Matth. 15, 32 (νήστεις). act. 27, 33 (ἄσιτοι, ITALA cod. g sine cibo). quae -o facienda (non) sint: CAECIL. com. 161 savium dat -a anima (OV. ars 3, 277 cui gravis oris odor, numquam -a loquatur. cf. p. 247, 79. 248, 45). CATO agr. 127, 2 medicamentum dato -o (cf. CELS. 4, 16, 2. 4, 26, 9 ac sitienti. COLVM. 6, 30, 5. 7, 10, 4. 8, 11, 6. PS. APVL. herb. 40 l. 4 H.-S. -o dabis [sitienti β γ]). 126 -us heminam bibito (cf. 122 CELS. 3, 23, 7. 4, 8, 3). 157, 6 hanc mane esse oportet -um (CELS. 5, 28, 12^{H}). 70, 2 -us siet qui dabit (71 -us -o bovi dato [PLIN. nat. 24, 181. 26, 93. 30, 76 crura -is a -o inlinuntur]). CELS. 1, 3, 3 huic -o dormiendum est (1, 10, 2 neque -o neque cenato vomendum est. 3, 27, 2^{B}. 6, 6, 15^{A}). 1, 6, 1. 3, 22, 7. 4, 12, 4. COLVM. 6, 9, 1 sanguinem -o bovi ... emitti (cf. Chiron 505 ubi ieiunaverint iumenta). VARRO rust. 1, 2, 27 hoc carmen -um cantare (PLIN. nat. 26, 93). CELS. 5, 27, 10 serpentis ictum et -i et -o magis nocere. PLIN. nat. 24, 104 hanc herbam legi a -is iubent (24, 181. 26, 91). per enallagen de rebus (cf. etiam l. 11. 44): VARRO Men. 144 oculis (opp. saturis auribus). LIV. 21, 55, 8 corpora. CELS. 5, 28, 18^{B} si -a saliva (i. saliva -i) ... defricatur, sanescit (COLVM. 6, 33, 1 PLIN. nat. 7, 15. 28, 35. al.). PLIN. nat. 11, 86 venenum. 22, 140 ore. IVV. 15, 51 odium (SCHOL.: infesta sobrietas). CAEL. AVR. chron. 5, 10, 119 vomitus (1, 4, 133. 2, 1, 31). β c. abl.: LVCAN. 6, 708 fibris humanis -a. SEDVL. carm. pasch. 3, 261 dapibus. c. gen.: PAVL. NOL. epist. 49, 10$^{extr.}$ Ionam indigestum -a praedae suae belua ... refudit. c. ab: GREG. M. moral. 5, 14 a veritatis ... pabulo. b de rebus (cf. supra l. 24): SEDVL. carm. pasch. 1, 173 corvus Heliae tradidit inlaesam -is morsibus escam (op. pasch. 1, 14). ALC. AVIT. carm. 4, 368 Ionas -a vixit in alvo. DRAC. Romul. 10, 80 mucroque cadat -us ad aras.

2 speciatim de eo qui famem patitur (sitim: PROP. 3, 15, 18 famulae -ae ... negavit aquam): a invitus: α de animantibus: CIC. Att. 1, 16, 11 plebecula. HEGES. 5, 2, 1$^{in.}$ populum. CORIPP. Ioh. 6, 319 -a fame ... turba i. confecta. CARM. epigr. 2100, 5 -ae (iemma trad.) ... plebis lamenta i. sacerdote mortuo cibo mystico carentis. CIC. har. resp. 59 canibus (HOR. epod. 5, 23 IVST. 44, 4, 5). PROP. 4, 8, 7 serpentis. SEN. Thy. 707 tigris. β de rebus: PLAVT. Cas. 129 non ieiunium -umst aeque atque ego te ruri reddibo. PROP. 4, 5, 4 Cerberus ... -o terreat ossa sono (STAT. Theb. 12, 170 tigridis ... murmur). HOR. epist. 2, 2, 29 dentibus. SIL. 13, 845 faucibus (CLAVD. carm. min. 19, 5 VAL. CEM. hom. 8, 3$^{in.}$ 9, 2$^{extr.}$). CYPR. GALL. gen. 1299 tempus. deut. 241 pectus. γ in sententiis: HOR. sat. 2, 2, 38 -us raro stomachus volgaria temnit. LVCAN. 3, 58 nescit plebes -a timere. 4, 97 non deest prolato -us venditor auro.

b sponte religionis causa: TERT. ieiun. 10$^{extr.}$ cum -us in sacco et cinere exomologesin deo ageret. 8$^{in.}$ anim. 48 CORP. XII 2193. CARM. epigr. 1436, 5 -o corpore pasta.

B fere i. q. **inanis, exiguus**: 1 fere i. q. exilis: a de qualitate: α terrae (cf. p. 252, 7): SERV. georg. 2, 212 sicca et sterilis terra. VARRO rust. 1, 9, 6 in mediocri ... terra, ... quo propius accedit, ut non sit macra, quam ut sit -a (COLVM. 3, 5, 1. PALLAD. 5, 4, 2 non nimis laetam, sed proximam tenui atque -ae). CIC. Verr. II 3, 84 agri ... miseri atque -i (COLVM. 5, 5, 1 -o atque exili). VERG. georg. 2, 212 glarea. SEN. Herc. O. 134 soli iugera Thessali. COLVM. 3, 11, 9 sabulo. SEN. dial. 12, 6, 5 (de saxo Corsicae). PALLAD. 1, 5, 1 tofus harenosus atque -us. COD. Theod. 13, 11, 4. 11, 20, 5. PRVD. cath. 5, 89 -a eremi saxa a Moyse percussa aquam fundunt (SEDVL. carm. pasch. 1, 157).

β sermonis, ingenii sim.: CIC. Caecin. 61 frigida ..., -a calumnia. leg. 1, 6 annalibus pontificum nihil est -ius. Brut. 114 orationes ([QVINT. inst. 8, 3, 49. GELL. 14, 1, 32 sicca et incondita et propemodum -a. BOETH. arithm. 1 praef. p. 4, 22 -ae macies orationis]. LACT. inst. 5, 1, 28 sermo [HIER. in Mich. 2 praef. sterilis -ique]). de orat. 1, 218 dicendi facultas ... -a atque sterilis. 2, 68 concertatio verborum. 3, 66 orationis ... genus ... inane -um (3, 106 loci communes). SEN. epist. 75, 3 non ... -a esse et arida volo, quae de rebus tam magnis dicentur (QVINT. inst. 2, 4, 3 narrandi ratio. 3, 1, 3 traditio). QVINT. inst. 1, 4, 5 eloquentiam ut tenuem atque -am cavillantur. FRONTIN. aq. 77 conprensionem. MACR. Sat. 5, 1, 15 dicendi genus, ... in quo nec -a siccitas nec laetitia pinguis. hinc de oratore ipso: CIC. de orat. 3, 16 Antonium -iorem ... Crassum pleniorem fuisse. Brut. 48. QVINT. inst. 2, 5, 21 horridi atque -i. 2, 8, 9 aridum atque -um (12, 10, 13). 2, 12, 11. 10, 2, 17 tristes ac -i. de animo sim.: CIC. Phil. 14, 17 quosdam nimis -o animo et angusto (epist. 2, 17, 7 illud ... pusilli animi et ipsa malevolentia -i atque inanis). epist. 3, 10, 7 nihil in me ... fallax in amicitia, sed ne humile quidem aut -um debes agnoscere. 15, 4, 14 si non -um hoc ..., quod ego gessi, est. adde: CIC. de orat. 3, 51 de horridis rebus nitida, de -is plena ... est oratio tua (PLIN. paneg. 66, 1 in sterili -aque materia). fin. 5, 13 oratione locuples, rebus ipsis -ior. off. 1, 157 cognitio. PLANC. Cic. epist. 10, 21, 2 nec de laude -i hominis (sc. gloriae socium vitantis) delibare quicquam.

γ aliarum rerum fere i. q. lucro, fructu carens: CIC. Att. 2, 7, 3 illa opima ad exigendas pecunias ..., haec -a tabellarii legatio. CYPR. mort. 8 p. 301, 20 cum fetu sterili terra -a est (CYPR. GALL. gen. 430. RVRIC. epist. 1, 4 in -o atque otioso caespite. SEDVL. op. pasch. 3, 23$^{in.}$ in locis arida siccitate -is). AVG. serm. ed. Mai 73, 2 messis. adde: PALLAD. 4, 10, 21 corticis macies -a. PS. RVFIN. in Os. 10, 9$^{in.}$ repetitio.

b de quantitate: VERG. georg. 3, 493 vix ... tinguntur sanguine cultri summaque -a sanie infuscatur harena (SERV. auct.: sicca et exigua). AETNA 454. QVINT. inst. 5, 14, 31 fontes. PS. QVINT. decl. 12, 4 herbae (CYPR. Demetr. 7$^{in.}$ et pallidae). IVST. 12, 3, 11. SERV. auct. georg. 1, 92 'tenues (pluviae)' inutiles -ae macrae, quibus contrarium pingues. VICTRIC. 28 escas. DRAC. laud. dei 3, 176 alimenta.

2 fere i. q. vacuus (de loco l. 20. 31; cf. ieiunum infra l. 70), expers: a c. abl.: LVCR. 2, 845 sonitu sterila et suco -a corpora prima. VAL. MAX. 4, 4, 9 pecunia tam -os penates. APVL. met. 11, 19 nox ... visu deae. FVLG. Virg. cont. p. 101, 8 avaritia -a fruendi usu solae visionis imagine pascitur. ENNOD. epist. 1, 16, 2 cautibus gleba. b c. gen.: CIC. orat. 106 -as ... huius multiplicis ... orationis aures civitatis accepimus. TERT. pudic. 2$^{extr.}$ moechis ... -as pacis lacrimas profusuris. AVIEN. orb. terr. 1147 glaebas ... -as herbae. AMBR. in psalm. 118, 5, 36, 2 bonorum operum. PAVL. NOL. carm. 24, 637 -a suci carnis ossa mortuae. DRAC. Orest. 91 mucro sacerdotum fervet -us et expers sanguinis humani. satisf. 173 hostibus ... orabat veniam: haec bona simplicitas praestat a cruoris. c abs. (intestinum v. infra l. 73): PLIN. nat. 11, 3 natura in culice disposuit -am caveam uti alvum avidam. DRAC. Romul. 8, 304 me praeda sequatur ..., sterili victor sed laude potitus et -us eat. d c. praep.: in: RVFIN. Orig. in exod. 13, 3 p. 274, 4 ne in omnibus -us et infecundus inveniar. ab: PAVL. NOL. epist. app. 2, 22 animus -us a vitiis. AVG. c. Petil. 2, 32, 73 scripta a suco gravitatis. serm. coll. Morin 1930 p. 156, 21 hoc breviter ... attingam, ... ne vos ab huius rei intellectu -os dimittam. LEO M. serm. 44, 2$^{in.}$ ab iniusta voluntate sobrii et ab inhonesta actione -i. SEDVL. carm. pasch. 2, 265 ne mens nostra famem doctrinae sentiat umquam a Christo -a. ENNOD. epist. 8, 6, 1 ne -ae ab epistulis tuis commeantium dexterae venirent. CASSIOD. var. praef. 15 a litterarum sapore -is (opp. multa lectione satiatis). ARATOR 2, 17 a meritis. FERREOL. reg. 19 a lectione divina. de: ENNOD. epist. 6, 7, 1 quod diligentiae pabulum invenitur, hoc magis macerat de amoris fruge -um.

3 fere i. q. cupidus, avidus: a abs.: CATVLL. 68, 79 quam -a pium desideret ara cruorem. LVCR. 4, 876 expletur -a cupido (PLIN. nat. 10, 8 aquila -ae semper aviditatis est). OV. met. 8, 791 fames (IVV. 5, 10). PANEG. 12 (2), 25, 7 aviditatem -ae mentis. PETIL. Aug. c. Petil. 2, 32, 72$^{extr.}$ ignis. OROS. hist. 7, 5, 3 feritas. DRAC. Romul. 5, 88 egestas obsedit -a fores. 8, 26 viscera rabies iam non -a remisit. b c. gen.: POMP. TROG. Iust. 38, 6, 8 animos ... sanguinis ... avidos ac -os. DECL. in Catil. 40 colluviem -am ac sitientem facultatum nostrarum. PAVL. NOL. epist. 23, 32 -a non cibi ..., sed salutis avida.

4 fere i. q. macer: POTAM. tract. 1 p. 1412^{A} inter -as et numerabiles costas. CLAVD. 15, 22 -a lacertos exedit macies.

syn. et app.: abstemius: p. 251, 8. avidus: supra l. 52. 54. expers: supra l. 28. infecundus: l. 34. sitiens: p. 251, 14. 15 et l. 52. sobrius: p. 251, 29 et l. 38. sterilis: l. 19. v. praeterea sub B 1 passim. ἄσιτος et νῆστις v. p. 251, 9 sq. opp.: cenatus: p. 251, 19. laetus: p. 251, 58. opimus: l. 6. pastus: p. 251, 8. 53. satiatus: l. 42. satur: p. 251, 25.

comp. et deriv.: ieiunidicus; ieiuno, ieiun(i)um, ieiunitas.

adv. **iēiūnē.** fere i. q. exiliter (pertinet ad vocem ieiunus p. 251, 65): CIC. fin. 3, 19 haec dicuntur ... -ius (de orat. 1, 50 -e ... et exiliter disputare. orat. 118. 123 dicet nec satura -e nec grandia minute. Att. 12, 21, 1. PLIN. epist. 1, 20, 21 et infirme. GELL. 19, 3, 2 infecunde atque -e laudat. DON. Ter. Hec. 97). ac. 2, 112 mihi videor nimis etiam nunc agere -e.

neutr. pro subst. **iēiūnum,** -ī n. 1 intestinorum pars (addidi locos re huc pertinentes, quibus vox vi adiectivi usurpatur): PAVL. FEST. p. 101 hilla, quam Graeci dicunt νῆστιν, intestinum est, quod -um vocant (CELS. 4, 1, 7 a porta ventriculi -um intestinum incipit ... cui tale vocabulum est, quia numquam, quod accipit, continet [CHIRON 209]. ISID. orig. 6, 19, 65 ieiunio nomen est inditum ex quadam parte viscerum tenui semper et vacua, quod vulgo -um vocatur). CELS. 5, 26, 2. 16. aliter de situ VEG. mulom. 1, 40, 2 τυφλὸν ἔντερον, per quod in cōlum, quod latine -um (CHIRON 209 -um intestinum) dicitur, humor ... transit. 2 i. q. ieiunium: VEN. FORT. carm. praef. 15 brutae animae ipsa -a (ieiunia codd. interp.) sunt ebria.

ientāculum, iento v. ieient-. **ientātor** (-ōris, m.) NOT. Tir. 103, 7 (ian⟨ta⟩tor Gu m. 1, iaentor H). ab ientare.

iēnua v. ianua.

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

κοιλ⟨ι⟩ήπατα (*em. Heraeus*) ὄρνιθος **iequāria** (*Buech.*, geq- *cod.*) GLOSS. II 351, 39. [*a* iecur *secundum* pecuarius pecorarius, *nisi cum Ducangio s. v. transformatum putes ex* gigeria. *Heraeus.*]

iera *v.* hiera. **ierūsiarcōn** *v.* gerusiarchon. *Bulhart.*

igitur.** [*F. Hartmann, Kuhnii annal. XXVII 549 sqq.* igitur *ex* agitur *derivavit, fortasse recte. J.*] *de orthographia* GRAMM. suppl. p. 297, 20. 300, 11. *scribitur* egetur: CORP. XIII 2477 (*s. VII*). NOT. Tir. 2, 26. *in codd. notatur* ig̃ ig' g' g̃, *cf. Lindsay, Notae Latinae p. 66.* *de accentu*: PRISC. gramm. III 24, 21 *praepositiones cum ordine mutant* accentum, quod etiam coniunctiones apud Latinos praepositivae vel communes, si postponantur, facere solent, ut '-r quoniam saltem': praepositae autem gravantur omnibus syllabis, postpositae acuuntur in principio. *de notione*: PAVL. FEST. p. 105 -r nunc quidem pro completionis significatione valet, quae est ergo. sed apud antiquos ponebatur pro inde et postea et tum (NON. p. 128, 14 pro postea. DON. Ter. Eun. 46 pro deinde. Ps. PLAC. Gloss.^{L} IV I 22. HIER. in Ion. 2, 5 p. 1134^C quod in Graeco dicitur ἄρα, et habet vulgata editio 'putas' (*cf. p. 263, 10*), interpretari potest '-r', ut sit quasi propositionis et assumptionis confirmationisque ac syllogismi extrema conclusio, non ex ambigentis incerto, sed ex fiducia comprobantis (VVLG. verumtamen). PRISC. gramm. III 100, 15 *coniunctiones* collectivae vel rationales (*cf.* GRAMM. suppl. p. 57, 25; *v. Jeep, Redeteile p. 284*) sunt ergo -r itaque *aliae* ... hae enim per illationem (*infra l. 27*) colligunt supra dictum, hoc est ratione confirmant, ut Cicero pro Q. Ligario: habes -r *eqs.* (*v. p. 266, 11*). GRAMM. suppl. p. 182, 25 ergo itaque -r coniunctiones inlativum (*supra l. 24*) habent sensum. GLOSS.^{L} III Abstr. IG 9 ergo vel inde (*vel* deinde), itaque. Abol. IG 5 statim, continuo. GLOSS. IV 528, 2 initium sermonis, ut sonat ergo. *graeca*: GLOSS.^{L} II Philox. IG 1 τοίνυν (*cf.* VVLG. II Macc. 3, 1 Hebr. 13, 13), τοιγαροῦν (*cf.* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 25, 14 = *gr. Isid. epist. 4, 47*). quin -r: GLOSS.^{L} II Philox. QVI 33 τί οὖν. GLOSS. II 278, 23 δι' ὅπερ. 379, 49 ὅθεν τοίνυν. *in versionibus respondet praeterea particulis*: οὖν: CIC. Tim 7. 10. 12 *al. v. p. 251, 54. 64. 268, 73 al.* μὲν οὖν: CIC. Tim. 32. *v. p. 270, 66.* δὲ οὖν: CIC. Tim. 6 *al.* γοῦν: VVLG. II Macc. 5, 21 RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 227, 11. ἄρα οὖν: VVLG. Rom. 5, 18 *al. v. p. 259, 9.* ἄρα: VVLG. Rom. 7, 21 *al. v. p. 261, 56. 263, 10.* ὥστε: VVLG. Gal. 3, 9. διότι: ITALA act. 20, 26 (Iren. 3, 14, 2; VVLG. quapropter). δή: CIC. Tim. 4. 7 *al. v. p. 262, 40.* γὰρ δή: CIC. Tim. 11. γάρ: *v. p. 265, 34.* μὲν γάρ: *v. p. 270, 8.* δέ: CIC. Tim. 19. 26. 43 *al. v. p. 265, 57. 59. 62. 268, 72. 270, 53.* καί: VVLG. II Macc. 3, 40. *v. p. 270, 70.* τότε: *v. p. 270, 65. cf. p. 255, 60.* ***de collocatione (*cf. Wackernagel, Ind. Forsch. 1, 1892, 416*): QVINT. inst. 1, 5, 39 (*quem locum vix recte ad frequentiam ipsius particulae refert Wölfflin, Archiv 3, 1886, 560*) soloecismus *fit* transmutatione, qua ordo turbatur 'quoque ego, enim hoc voluit, autem non habuit'. ex quo genere an sit '-r' initio sermonis positum dubitari potest, quia maximos auctores in diversa fuisse opinione video, cum apud alios sit etiam frequens, apud alios numquam reperiatur. PRISC. gramm. III 369, 5 '-r' et 'ergo' tam praeponuntur quam supponuntur. CLEDON. gramm. V 74, 16 sunt mediae *coniunctiones* ut '-r': qua parte voluero, licenter pono, et stat elocutio, ut '-r hoc faciam' et 'hoc -r faciam' (GRAMM. suppl. 158, 4). GRAMM. suppl. 57, 29 aut praepositivae sunt coniunctiones ... aut subiunctivae ... aut communes ut 'et(?) ergo -r'. ***de primo et secundo loco: de singulorum auctorum usu*** *v. tabulam in vol. V 2 s. v.* ergo *allatam. nota* PLAVT. *primo loco notione conclusiva admodum raro collocare* (Bacch. 1108 Mil. 765 Pers. 456; Merc. 355 *v. p. 254, 77*). *ubi* CIC. *primo posuerit, invenies apud Neue-Wagener II^3 p. 975. apud* SALL. *non nisi in interrogationibus (v. l. 74. p. 257, 36. 64. 70. 258, 20; hist. frg. 1, 72 incert. trad.) secundum locum optinet* (*Kunze, Sallustiana III 1 p. 53*; hist. frg. 3, 81 *dub. interpret., v. Schlee, Jahresber. d. Berl. philol. Vereins 1898 p. 112. praeterea* [SALL.?] rep. 1, 5, 3. 2, 5, 6; *v. A. Holborn, de Sall. epist., Diss. Berl. 1926 p. 24*). LIV. *primo habet loco frequenter usque ad lib.* 30 (*ex. gr. primo libro 3^1 : 7^2, tertio 4^1 : 4^2, tricesimo 7^1 : 5^2*), *inde quater*: 33, 38, 4. 34, 19, 3. 34, 23, 5. 37, 26, 8. *de* QVINT. inst. *v. Lease, Class. Rev. 13, 1899, 130, eundemque de aliis auctoribus Amer. Journ. Phil. 21, 1900, 452; 30, 1909, 299.* ICTorum *usus variat*: VLP. dig. *352^2 : 22^1* (*quos locos magnam partem interpolatos esse suspicantur*), PAVL. dig. *29^2 : 51^1*. GELL. *semel* (6, 5, 7) *primo loco collocat (Lease l. l.)*, LACT. *5^{ies}*, CLAVD. DON. Aen. *in 387 exemplis semel* (7, 440 p. 66, 21), OROS. *58^{ies} in 70 (Lease l. l.).* *singula sententiarum genera diversos habent usus: rarissime enim invenies primo loco positum in interrogatione* (*p. 258, 25. 27. 32. 34. cf. p. 254, 78; numquam accedente pronomine* [*praeter* Ps. QVINT. decl. 8, 13 p. 157, 19 -r quando umquam peregrinati sunt una?] *vel particula interrogativa* [*praeter p. 264, 14*]; *item in exclamatione*) *vel cum imperativo* (*p. 258, 67. 72.* TERT. resurr. 11 p. 40, 5) *et coniunctivo exhortativo* (*p. 259, 8.* PLAVT. Stich. 57 -r quaeramus [*interpol., v. Steinthal, de interpol. Plaut., Diss. Berlin 1918 p. 47*]. TERT. patient. 8 p. 13, 16 carn. 6 p. 437, 27 Oe. [*aliter saepissime*]). *in enuntiato recto pro uniuscuiusque arbitrio ponitur, negatio tamen iuxtaposita non subsequi solet* (*sed v. p. 256, 62.* VLP. dig. 48, 5, 16 -r non). *indistincte etiam sent. secundariae antecedenti praemittitur et inseritur, nec referre videtur, utrum magis ad eam an ad primariam subsequentem pertineat (v. p. 260, 40 sqq. 270, 84 sqq.).* ***de tertio loco*** (*cf. Kühner-Stegmann II 2 p. 132*). *valent eadem fere quae s. v.* enim *vol. V 2, 575, 26 sqq. fusius exposita sunt, nisi forte -r paulo liberius, praesertim apud antiquissimos (l. 39), usurpatur. numquam intercedit inter praepositionem et substantivum. item tertium locum optinet, ubi monosyllabum vel aliud leve vocabulum artiusque insequenti cohaerens primo collocatur: v. ex. gr. p. 256, 38. 76. 80. 257, 3. 258, 29. adde* CIC. Mil. 34 non modo -r ..., sed. Tusc. 1, 3 quo minus -r ..., eo. 5, 110 non sine causa -r (VAL. MAX. 5, 19 ext. 1). Att. 13, 13, 3 aut cessandum -r ... aut (*cf. p. 256, 69*). LIV. 1, 17, 4 et esse -r ... et. 45, 23, 7 neque fecimus -r ... neque. QVINT. inst. 2, 14, 4 ne pugnemus -r. *enclitica plerumque ante -r ponuntur, ex. gr.* quoque: *v. p. 261, 67.* CIC. div. in Caec. 32 POMPON. dig. 49, 15, 5, 2. APVL. flor. 18 p. 91 (*at* LVCR. 2, 212 in terras -r q.; *v. et p. 268, 18*). quidem: *v. p. 256, 63. cf. Schömann, Opusc. III p. 380.* tandem: *v. p. 257, 52* (*at* APVL. apol. 25 quin -r t.). *pron. indef.*: *v. p. 260, 45* (*at* VLP. dig. 41, 1, 20 si -r quis). *pron. pers.*. *v. p. 257, 44. 48. 263, 21.* CIC. Flacc. 93 Brut. 170 *et al. sed contra p. 263, 23. variat metri causa*: PLAVT. Persa 742 quid ego -r cesso? (*init. senarii*). Amph. 409 quid -r ego dubito? (*init. sept. troch.*). *copula* (*v. Rönsch, Cur et quomodo librarii verb. collocationem in Cic. oratt. commutaverint, Diss. Leipzig 1914 p. 11*): *v. p. 256, 31. 65. at contra p. 257, 4. 5. 62. 73.* CIC. Verr. II 2, 156 confitendum -r est. Att. 9, 2ª, 3 *al.* inquam: FLOR. Verg. p. 183, 19 ama, i., -r. AVG. c. acad. 3, 4, 9 ratio, i., -r (*P*, -r i. *cett.*). BOETH. cons. 3, 10, 76. *paulo liberius*: CLAVD. DON. Aen. 9, 797 p. 285, 21 sic, i., fecit -r. AVG. ord. 2, 1, 3 sine deo est, i., -r. *aliter ex. gr. p. 263, 3. alia verba haud ita raro: v. p. 257, 32. 36. 264, 21.* CIC. ac. 2, 27 non potest -r (2, 132; *cf. p. 257, 65. at* fin. 2, 71 non -r potestis). fin. 1, 28 sic faciam -r (*at* leg. 2, 69 sic -r faciam). *variat praeterea nonnumquam collocatio, ex. gr.* PLAVT. Merc. 529 dic -r quaeso (CIC. 7, 31, 2. *at* Att. 11, 6, 3 vide qu. -r). CIC. de orat. 3, 176 quonam -r modo (orat. 27 *cf.* Cluent. 66. *at* Phil. 2, 75 quonam modo -r). nat. deor. 1, 77 quid -r mirum. *at* div. 2, 81 quid mirum -r (fat. 6). AVG. civ. 2, 29 p. 96, 27 D. quo -r pacto. *at* 13, 3 p. 559, 3 D. quo pacto -r. *vix ferendum* TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 290, 15 Pontus qui -r Euxinus, *quod def. Löfstedt, Z. Spr. Tert. p. 49.* ***liberius*** *tertio et sequentibus locis collocatur*: PLAVT. *p. 257, 24. 261, 79. 81. 262, 63. 263, 36.* Poen. 591 tum vos animum advortite -r. Rud. 348 quid tu agis hic -r? LVCR. *p. 261, 52. 267, 50.* 3, 237 iam triplex animi est -r natura reperta. CIC. Verr. II 4, 112 quae deprecatio est -r. Flacc. 23 in hominem dicendum est -r. Tusc. 3, 9 omnes insipientes -r. 5, 67 eius bono fruendum est -r. div. 1, 27 ille mihi videtur -r vere augurari. *v. et p. 262, 69. 263, 19. 267, 45. 268, 74.* FRONTO p. 143, 19 N. non opere nimio concupiscas -r (*v. Hauler, Wien. Stud. 42, 1921, 187*). *et al.* *notabilia: secundum versus locum appetivisse videtur* LVCR. 2, 677 cetera consimili mentis ratione peragrans | invenies -r multarum semina rerum. *propter liberiorem veterum usum dubites de* PLAVT. Most. 637 solvite | vosmet -r. TER. Phor. 573 quid illi tam diu | quaeso -r commorabare. *tmesin q. d. efficit* (*cf. Wackernagel l. l.*): CIC. off. 3, 104 qui ius -r iurandum violat (qui -r ius iur. *Xς*). *cf. etiam* CIC. div. 2, 125 quotus -r est quisque qui (*v. s.* enim *vol. V 2, 576, 47*). QVINT. inst. 12, 11, 23 M. -r Cato (EVTR. 8, 20, 1. *cf. Kühner-Stegmann l. l. p. 135*). VEG. mil. 3, 3 ante -r quam inchoetur bellum. *v. et supra l. 33.* *legitur sensu temporali inde a* LEGE XII tab. LIV. ANDR. (*p. 255, 59*), *conclusivo inde a* PLAVTO. *de frequentia apud singulos auctores v. tabulam s. v.* ergo *emissam. nota praeterea non extare in* PS. (?) SALL. in Tull. (*cf. W. Farber, Sall. gegen Cicero, Diss. Tübingen 1934 p. 49*), FIRM. err. (math. *non nisi bis*), PRISCILL., VVLG. I Macc., apoc. *in* ITALA *haud raro invenitur, ubi* VVLG. *habet* ergo, *ex. gr.* Matth. 3, 10 (cod. k; *idem* 6, 2. 10, 32). 5, 23 (Iren. 4, 18, 1). Ioh. 11, 20 (Gat., *idem* 11, 31 *al.*). II Cor. 5, 17 (cod. r, Aug. c. Faust. 11, 8). *de* SERV. *v. Steele, Amer. Journ. Phil. 20, 1899, 380; de* BOETH. *McKinlay, Harvard studies 18, 1913, 131 sqq.* [*variat in codd. saepissime c.* ergo, *ex. gr.* TER. Haut. 821 CIC. leg. agr. 2, 28 fin. 1, 66 epist. 4, 9, 1 *al.* SALL. hist. frg. 1, 72. PLIN. epist. 2, 11, 3 (*v. G. Carlsson, Z. Textkritik d. Plin.-Briefe, Lund 1922 p. 65*). TERT. apol. 21, 31 *et al. cf. p. 263, 36. c. verbi formis 3. pers. sing. pass.*: PLAVT. Stich. 722 agitur *trad.* CIC. fin. 2, 36 quam -r *trad.*, qua de re agitur *Stroux, Philol. 89, 1934, 126.* RHET. Her. 4, 34, 45 CIC. Sest. 97. Att. 13, 33, 4 mergitur *M.* LIV. 23, 3, 9. PLIN. nat. 28, 136 est -r *trad.*, esse dicitur *Mayhoff.* TERT. pudic. 1 p. 220, 17 erigitur *trad. v. p. 258, 52.* *interpol. apud* PLAVT. Asin. 252. Epid. 385 (*utroque loco legitur* -r ... ut, *quod alioquin non invenitur; v. Langen, Beitr. p. 312. cf. et* Amph. 340 [-r *del. Camerarius*]). *dub. vel corrupt.*: PLAVT. Merc. 354/55 scio saevos quam sit, domo doctus. -r (dico *Studemund*) hoccine est amare? TER. Eun. 700 [-r] *Bentley.* CIC. Cael. 36 ex his -r tuis *trad.*, ex istis tuis *Madvig.* ac. 2, 54 (*vix sana sunt quae antecedunt, cf. Plasberg ad loc.*). AETNA 350 nec levitas tantos (leviter tactos *Bährens*) -r (digitos *Stroux*). IVV. 12, 78 (*v. Housman ad loc.; def. Knoche, Gnomon 9, 1933, 252*). 16, 18 iustissima centurionum cognitio est -r de milite (inquis *Housman, cf.* CIC. rep. 1, 60 [inquit *cod. m. 1*], exigitur *Buecheler*).

[(Skutsch)-Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dub. interpret. frgg. nonnulla: ENN. ann. 509 tergus -r sagus pinguis opertat. LAEV. frg. 26 Venerem -r almum adorans *eqs.* VARRO Men. 98 mea -r hecatombe pura ac puta.]

CONSPECTVS MATERIAE

I *sensu temporali et monstrativo*:
A *in sententia simplici: p. 255, 54.* **B** *in correlatione c. secundaria:* **1** *subsequente: p. 256, 1.* **2** *antecedente: p. 256, 8.*
II *c. vi conclusiva*:
A *pressa et vigente*:
1 *efficit nexum logicum*: **a** *in enuntiato recto: p. 256, 20.* **b** *in interrogatione: p. 257, 9.* **c** *in exclamatione: p. 258, 45.* **d** *in sententiis iussivis*: *α c. imperativo: p. 258, 57.* *β c. coniunctivo: p. 258, 77.*
2 *efficit nexum realem*: **a** *vario usu: p. 259, 12.* **b** *in narratione c. tempore historico: p. 259, 56.*
3 *accedente sententia secundaria specialia quaedam*: **a** *secundaria subsequitur: p. 260, 11.* **b** *secundaria antecedit: p. 260, 40.* **c** *-r in apodosi: p. 261, 39.*
B *nexu laxiore*:
1 *vario usu*:
a *post incisionem orationis*: *α in enuntiato recto: p. 261, 76.* *β c. imperativo: p. 262, 14.* *γ in interrogatione: p. 262, 43.*
b *peculiaria quaedam genera interrogationum*: *α ἐν ἤθει: p. 263, 11.* *β adversativae: p. 263, 35.* *γ quae responsum negativum expectant: p. 263, 55.* *δ quae magis speciale responsum desiderant: p. 264, 17.*
c *res antea dicta proponitur vel iteratur*: *α generatim: p. 264, 29.* *β in interpretatione: p. 264, 66.*
d *in explicatione vel adnotatione (fere i. q.* enim*): p. 264, 83.*
e *i. q.* autem: *p. 265, 55.*
2 *usu magis certo et ad informandam orationem spectante*:
a *conclusio vel complexio fit longioris seriei sententiarum: p. 265, 70.*
b *functio anaphorica*: *α -r accedit ad quodlibet membrum anaphorice positum post interruptam orationem*: (I) *post digressionem: p. 266, 39.* (II) *post parenthesin: p. 266, 73.* (III) *post anacoluthon: p. 267, 8.* *β ad pronomina et adverbia: p. 267, 33.*
c *usus inceptivus et transitorius*: *α -r ponitur in ipsa introducendi vel transeundi formula: p. 268, 45.* *β ponitur post propositionem*: (I) *expressam et conspicuam: p. 269, 23.* (II) *magis obscuram: p. 269, 50.* *γ initium vel transitio per ipsum -r significatur: p. 270, 10.* *δ accedit secundaria vel participium cohaerens c. antecedentibus: p. 270, 83.*

I *usu vetusto sensu* ***temporali*** *(cf. p. 253, 15) et* ***monstrativo*** *fere i. q.* **tum** *(cum tempore futuro vel certe non historico praeter l. 60. p. 256, 8; de abundantiis q. s.* tum -r *sim. v. Thomsen, Pleonasmus bei Plaut. u. Ter. p. 88)*: **A** *in sententia simplici (de interpretatione quorundam dubites [l. 66. 68. 69]; vix recte huc trahunt* CATO orig. 86 -r dictatorem ... magister equitum monuit: mitte *eqs. [v. p. 259, 59. 270, 12]. cf.* 28 -r tertio pedato bellum nobis facere*)*: LEX XII tab. 1, 1 si in ius vocat, i⟨t⟩o. n⟨i⟩ it, antestamin⟨o⟩. -r em capito. LIV. ANDR. carm. frg. 17 -r demum Vlixi cor frixit prae pavore *(Hom. Od. 5, 297 καὶ τότε?; cf.* PLAVT. Amph. 301 clare advorsum fabulabor, ut hic auscultet quae loquar; -r magis demum [modum *codd.*] maiorem in sese concipiet metum. 473 *turbabo* adeo usque, satietatem dum capiet pater ... -r d. omnes scient, quae facta. 876 post -r d. [*cf. l. 71*]. *cf. p. 256, 1. 15*). Aul. 498 hoc si ita fiat, mores meliores sibi parent mulieres ... nulla -r dicat *eqs.* 817 quin ego illi me invenisse dico hanc praedam. -r orabo ut manu me emittat. Bacch. 517 mihi decretumst renumerare ... omne aurum patri. -r mi inani ... subblandibitur, tum quom ... *nil* referet. Epid. 282 aliquo ... amoveas *fidicinam* ... iam -r amota ... erit ... consultatio nuptiarum. Stich. 86 earum ... perpavefaciam pectora. post (*cf. l. 64*) id [agam] -r deinde ... faciam palam. Trin. 676 si istuc ... facis, ... tuom incendes genus. tum -r tibi aquai erit cupido (QVEROL. p. 15, 27 quid si feliciorem tete edoceo, quam sunt isti ...? :: tum -r facies, posthac Querolus nullum ut permittat queri. *cf. p. 256, 6. 14; aliter p. 256, 25. 268, 20*). *dubites an propter similitudinem huc etiam revoces (-r fere i. q. 'si ita accidit')*: CIC. Att. 13, 29, 3 si Faberianum explicas, emamus vel magno; si minus, ne parvo quidem possumus: Clodiam -r (*sc. adibis*), a qua *eqs.* CELS. 7, 26, 5^D proximo die si spiritus difficilius redditur ... scire licet in vesica sanguinem concretum remansisse. -r demissis ... digitis leviter pertractanda vesica est *eqs.* PLIN. nat. 13, 81 *in charta papyracea facienda* rebellat saepe umor, incuriose datus primo ... deprehenditur et lentigo ... alius -r iterum texendis labor.
B *in correlatione c. secundaria temporali vel condicionali*:

1 *subsequente*: PLAVT. Merc. 552 demum -r, quom sis iam senex, tum in otium te conloces (Most. 380 miserum est opus -r demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet. Trin. 781 tum tu -r demum ... aurum dabis, ubi erit locata virgo in matrimonium. *cf. p. 255, 59*). Most. 689 huc concessero, dum mi senatum consili in cor convoco. -r tum (*cf. p. 255, 72*) accedam hunc, quando quid agam invenero. Capt. 871 stultu's. sero post tempus venis. :: -r, olim si advenissem, magis tu tum istuc diceres. **2** *antecedente (i. -r in apodosi, cf. p. 261, 39)*: PLAVT. Cas. 214/15 mox magis cum otium ... erit, -r tecum loquar. Mil. 772 quando habebo, -r ... dabo. Amph. 210 sin aliter sient animati ..., sese -r ... eorum oppidum oppugnassere. Men. 199 salta sic cum palla ... :: ego saltabo? ... :: si non saltas, exue -r (*proxime accedit usus conclusivus p. 260, 22 sqq.*). Most. 132 unum ubi emeritum est stipendium, -r tum (*cf. p. 255, 72*) specimen cernitur *eqs.* Rud. 930 iam ubi liber ero, -r demum (*cf. p. 255, 59*) instruam agrum *eqs.*

II *c. vi* ***conclusiva*** *(vel consecutiva p. 259, 11 sqq.) i. q. ergo*: **A** ***pressa et vigente*** *(laxius p. 258, 54; in conexione ratiocinationis infra l. 45. 62. al.)*: **1** igitur *efficit q. d.* ***nexum logicum*** *(dub. v. p. 258, 56; v. et p. 259, 12)*: **a** *in enuntiato recto (in sententia verbo carente infra l. 62. 76. 77. 79; in sent. aliunde pendente p. 257, 4. 7 sq.)*: PLAVT. Aul. 358 sunt asseres? :: sunt pol :: sunt -r ligna. Bacch. 1108. Capt. 262 captus es :: ita :: non -r nos soli ignavi fuimus (CIC. Flacc. 85 Tusc. 1, 105 LVCR. 6, 333 *al.*). 641 certon? :: quin nihil ... certius :: tum -r ego deruncinatus ... sum miser (857 Cas. 374. Cist. 452 mea sororcula :: repudio te fraterculum :: tum tu -r, mea matercula. Curc. 239 CIC. dom. 80 div. 2, 73 Att. 7, 9, 1; *cf. p. 258, 13. 58. 260, 19; aliter p. 255, 72. 268, 20*). Curc. 124 nolo huic male dici :: faciam -r male potius. Men. 1086 non ego :: at ego :: te volo -r. Most. 304 bene -r (CIC. Tusc. 4, 54 *al.*). Vid. 55. TER. Haut. 857 [v]ah, frustra sum -r gavisus miser (CIC. div. 2, 141 APVL. apol. 48 *al.*). Phor. 813 illa maneat? :: sic :: ire -r tibi licet. VARRO ling. 5, 60 per hos (*caelum et terram*) natura 'frigori miscet calorem atque humori aritudinem'. recte -r Pacuvius quod ait *eqs.* (CIC. S. Rosc. 116 de orat. 2, 100 QVINT. inst. 3, 6, 11 *al. cf.* VARRO frg. Gell. 10, 1, 6 -r Ennius recte quod scripsit *eqs.* [PAPIN. dig. 38, 9, 2]). VARRO ling. 7, 1 *in verbo dempta littera* obscurior fit voluntas impositoris. non reprehendendum -r in illis, qui in scrutando verbo litteram adiciunt (CIC. inv. 1, 14 Verr. II 2, 156 fin. 2, 18 *al.*). 8, 71 est ... ut Vatinius ... denarius; debet -r dici ut Vatiniorum ... denariorum (LIV. 39, 16, 5 *et al.*). 9, 65 iniuria -r (*cf.* iure: CIC. fin. 5, 33 CATVLL. 62, 16 CVLEX 369 [*in parenthesi*] *al.*). RHET. Her. 3, 17, 30 oportet -r (CIC. ac. 2, 46 *al.*). CIC. inv. 1, 66 si summo opere sapientia petenda est, summo opere stultitia vitanda est: summo autem opere sapientia petenda est: summo -r opere stultitia vitanda est. 1, 72 restat -r (nat. deor. 2, 44. *cf.* epist. 4, 8, 10 reliquum est. QVINT. inst. 1, 6, 43 superest [TERT. pud. 13 p. 246, 8]. *v. et p. 261, 46. 268, 52*). Quinct. 81. Cluent. 127 duos esse corruptos solos pecunia iudicant; ceteri videlicet gratiis condemnarunt. non est -r circumventus, non oppressus pecunia (nat. deor. 1, 64 *al. cf.* fat. 40 non sunt). Manil. 18 homines gnavi ... in Asia negotiantur ... est -r humanitatis vestrae magnum numerum civium calamitate prohibere (Mur. 68 Tusc. 4, 13 LVCR. 1, 1002 *al. cf.* sunt: CIC. div. 2, 33 *al.*). Mur. 14 in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriae reperturum putas? nihil -r in vitam L. Murenae dici potest (fin. 4, 64 LVCR. 1, 205 *al.*). dom. 34. rep. 3, 44 video iam quo pergat oratio :: vides -r ne illam quidem, quae tota sit in factionis potestate, posse vere dici rem publicam. leg. 2, 12 necesse est -r (TERT. pudic. 16 p. 252, 15 *al.*). parad. 22 si bene facta recte facta sunt et nihil recto rectius, certe ne bono quidem melius quicquam inveniri potest. sequitur -r ut etiam vitia sint paria (leg. 1, 33). fin. 4, 55 si illud, hoc; non autem hoc; -r ne illud quidem (2, 88 Tusc. 3, 14. *cf.* fin. 4, 67 ne vitia quidem -r [*sic collocatur* 5, 91 Tusc. 1, 71 nat. deor. 3, 43 *al. cf. p. 254, 16*]). 5, 63 nemo est -r, quin *eqs.* (QVINT. inst. 12, 10, 20 *al.*). ac. 2, 40 nullum -r (AVG. civ. 2, 13 p. 68, 32 D. nullo modo -r. *al.*). 2, 98 nec reperio quo modo iudicem ... (*hoc*), non iudicem ... (*illud*). aut -r hoc ut illud aut nisi hoc ne illud quidem iudicabo (2, 96 aut quidquid -r. nat. deor. 1, 44 LVCR. 1, 381 GAIVS dig. 46, 1, 70 *al. cf.* TERT. pudic. 5 p. 227, 19 -r aut). Tusc. 1, 101 'solem ... non videbitis'. 'in umbra -r ... pugnabimus'. 3, 79 magnum opus est probare maerenti illum suo iudicio ... maerere. nimirum -r ... quam quisque curationem recipere possit, videndum est (5, 18 *v. p. 260, 13; cf.* nat. deor. 1, 123 -r nimirum [LVCR. 1, 368. 524]. S. Rosc. 39 -r ... nimirum [LVCR. 1, 277]). 5, 47 adfectus animi in bono viro laudabilis; et vita -r laudabilis boni viri (COLVM. 4, 4, 1 PLIN. nat. 18, 227 *al.*). 5, 53 omnia profluenter absolute prospere: -r beate. nat. deor. 3, 51 quodsi luna dea est, ergo etiam ... errantes *stellae* numerum deorum optinebunt; -r etiam inerrantes. off. 1, 32 potest ... accidere promissum aliquod ... ut id effici sit inutile ... nec promissa -r servanda sunt ea, quae ..., nec ... contra officium est *eqs.* epist. 9, 22, 4 *viden* turpitudinem nec in verbo esse nec in re; itaque nusquam esse. -r in verbis honestis obscena ponimus. 12, 28, 1 metuisti, ut ais, ne nimis liber in ulciscendo viderere; metuisti -r, ne gravis civis ...

[(Skutsch)-Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

viderere. LVCR. 1, 237 immortali sunt natura praedita certe: haud -r possunt ad nilum quaeque reverti (1, 338. 2, 240. 3, 633 [auditum *trad.*]. PLIN. nat. 8, 136 h. immerito -r). PROP. 2, 5, 27 OV. Pont. 1, 4, 45. LIV. 5, 20, 8 satius -r esse *eqs.* MANIL. 1, 548 VITR. 2, 6, 5. CELS. 4, 6, 3 utilius -r est *eqs.* VLP. dig. 16, 3, 1, 33 scribit *Iulianus*, si ..., non competere tibi depositi actionem, quia sciens recepisti, careo -r dolo (*cf.* PAVL. dig. 23, 3, 17, 1 quia nec alia causa contrahendi fuerit, res -r repeti debeat, non pretium). *et frequenter.*

b *in interrogatione* (*cf. p. 262, 43. 263, 11. 269, 3*): *α interrogatio per pronomen sive adverbium pronominale fit*: quis: PLAVT. Amph. 362 haecine tua domust? :: ita inquam :: quis erus est -r tibi? Bacch. 840 Capt. 624 Mil. 436 Most. 283 Pseud. 91 TER. Eun. 823 Andr. 749. CIC. Verr. II 4, 146 quis appellet? ... nemo ... quis -r praetorem appellet? Caecin. 14. Balb. 7 huius crimen? minime ... cuius -r? Planc. 24 quis est -r, qui neget *eqs.* (de orat. 2, 225). Brut. 285 'Atticos ... volo imitari'. quos? nec enim est unum genus ... quem -r imitaris? HOR. sat. 2, 3, 158 quisnam -r sanus? (2, 7, 83). LIV. 34, 6, 9 quid? vetus regia lex *quam abrogamus* ...? quis -r nescit novam istam legem esse *eqs. al.* quid: PLAVT. Epid. 52 haud istuc te rogo :: quid -r? (*sic* Amph. 62. 719 Trin. 333 TER. Eun. 854 Hec. 181 CIC. Verr. II 2, 148 Flacc. 55 RVT. LVP. 2, 10 QVINT. decl. 367 p. 402, 23 VLP. dig. 48, 18, 1, 27 APVL. apol. 53; *aliter p. 262, 45*). 499 plus iam sum libera quinquennium :: quid tibi negotist meae domi -r? Most. 525 cur non fugis tu? :: pax mihi est cum mortuis :: scio, quid modo -r? cur tanto opere extimueras? Cist. 511 Trin. 70 *al.* TER. Hec. 355 salvan Philumenast? :: meliusculast :: utinam istuc ita di faxint! quid tu -r lacrumas? Ad. 746. CIC. Quinct. 43 'pecunia mea tot annos utitur P. Quinctius. utatur sane; non peto'. quid -r pugnas? 48. Verr. II 3, 176 iam vero scriba tuus ... ista te ratione uti non sinet. quid -r est reliquum nisi ut *eqs.* Font. 23 Flacc. 21. dom. 56 ne tum quidem vis erat? quid -r ego cessi, aut qui timor fuit? ac. 2, 50 quid dubitamus -r? (fin. 2, 11 *al.*). fin. 2, 88 voluptatem non optabiliorem diuturnitas facit? quid est -r, cur ita semper deum appellet Epicurus beatum et aeternum? (div. 1, 84 *al.* QVINT. inst. 12, 10, 25. *cf.* Tusc. 1, 93 q. e. -r quod [Att. 6, 3, 5]). Att. 9, 12, 4 quid censes -r? (11, 12, 4. 11, 22, 2 SALL. Iug. 31, 18 or. Macri 14 *al.*). HOR. sat. 1, 1, 101 quid mi -r suades? LIV. 4, 28, 4 hic praebituri ... vos telis hostium estis indefensi, inulti? quid -r arma habetis? CELS. 3, 18, 7 hoc quoque auxilium debuit praeterire. quid -r est? (VLP. dig. 48, 19, 5 APVL. apol. 67 flor. 6 p. 22). PERS. 1, 98 quidnam -r ... legendum? (5, 172 IVV. 4, 130). MART. 2, 17, 5 non tondet ... quid -r facit? *al.* qui (*pron.*): PLAVT. Cist. 602 nempe istic est, qui Alcesimarcho filiam ... despondit? :: is ipsust :: eho tu, quam vos -r filiam nunc quaeritis alteram? Men. 1126 ego sum Sosicles :: quo modo -r post Menaechmo nomen est factum tibi? (Cist. 608 CIC. Flacc. 90 *al. cf. p. 254, 33*). TER. Andr. 154. CIC. S. Rosc. 2 ne istius quidem laudis ita sum cupidus, ut ... quae me -r res impulit *eqs.* (40 quae res -r [Caecin. 53]). Font. 4 extra ordinem pecunia est data? immo vero nummus nullus sine litteris multis commotus est. quae est -r ista accusatio, quae *eqs.* (Phil. 1, 21 fin. 4, 22 div. 1, 35). Cluent. 29 sentio ... vos ... esse commotos. quo tandem -r animo fuisse illos arbitramini *eqs.* (65. Manil. 16 [-r *H, om. rell.*]. leg. agr. 2, 21 Liv. 37, 53, 23; *v. et p. 258, 45*). 183 quae fuit -r alia causa quaerendi? de orat. 3, 53. Brut. 231 non est, inquit, ista causa quam dicis ... quaenam -r, inquam, est? (de orat. 3, 18 PLIN. nat. 31, 35 QVINT. inst. 8, 4, 21 GELL. 20, 1, 30). div. 2, 137. MART. 1, 85, 5 'errat ... si quis Mario putat esse necesse vendere: nil debet ...' quae ratio est -r? 2, 11, 10 maeroris -r causa quae? APVL. apol. 102 negant ... quae -r alia causa est? *al.* cur: *v. vol. IV 1444, 6 sqq.* qualis: CIC. Phil. 11, 3 Tusc. 5, 45 HOR. sat. 2, 2, 63. quando: CIC. dom. 72 quid est ... exul? ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. quando -r est turpe? ac. 2, 85. quantus: CIC. nat. deor. 2, 39. quare: CIC. nat. deor. 3, 40 SALL. or. Lep. 24 *al.* qui (*adv.*): RHET. Her. 4, 40, 52 te avarum ... cognovimus, inopem ... videmus. qui potes -r ostendere causam maleficii non fuisse? (CIC. rep. 2, 10 fin. 2, 92 *al.*). CIC. Verr. II 5, 74 de orat. 2, 244 Brut. 199 fin. 2, 32 LVCR. 2, 916. quin: CIC. de orat. 1, 162 nec hoc possum dicere me omnino ignorare quid possideat neque plane nosse ... :: quin tu -r facis idem *eqs.* (rep. 1, 61 PERS. 4, 14). leg. 1, 13 SALL. Catil. 20, 14 LIV. 28, 41, 8 CVRT. 10, 6, 23 APVL. apol. 29. 103 Socr. 24 p. 176. quo: CIC. Verr. II 3, 116. 210 II 5, 70. Phil. 14, 6 quousque -r. SEN. Med. 916. ubi: CIC. Balb. 7 *non* in iis rebus crimen est ullum. ubi -r est crimen? Sull. 77 Flacc. 21. 22 nat. deor. 1, 68 div. 2, 21. unde: PLAVT. Epid. 483 CIC. Phil. 1, 33 IVV. 7, 188. uter: CIC. Planc. 85 admonuisti ... dictum aliquod ... dici potuisse; me id perdidisse. uter -r nostrum est cupidior dicti? div. in Caec. 65 Verr. II 1, 26 Cluent. 106 Sest. 109 parad. 49 div. 2, 133 Att. 7, 18, 1 VAL. MAX. 9, 1, 4. *β interrogatio per totam sententiam fit*: (I) *cum particula interrogativa*: -ne (-rne *v. p. 264, 14*): CIC. Verr. II 5, 180 potero silere? ... quaeret aliquis fortasse: 'tantumne -r laborem ... suscepturus es?' Vatin. 35. Cael. 47 nihilne -r illa vicinitas redolet? (de orat. 1, 250 parad. 24 *al.*). Balb. 46. parad. 38 intuentem te, admirantem ... cum video, servum esse ineptiarum omnium iudico. 'nonne -r sunt illa festiva?' (fin. 5, 86 Tusc. 2, 12 off. 3, 29 IVV. 2, 34). fin. 2, 76 Att. 7, 3, 11 VERG. Aen. 9, 197 *al.* num (*cf. p. 263, 56*): CIC. Verr. II 2, 127 'quot ... sunt renuntiati?' respondent: 'tres'. 'numquid -r oportet nisi tres sortes conici, unam educi?' (Mil. 31 Tusc. 1, 78. *cf.* Sull. 52 numquis). prov. 24. Lig. 4 profectio certe animum tuum non debet offendere: num -r remansio? de orat. 1, 131 Tusc. 1, 40. 5, 103 Att. 8, 9, 2 QVINT. decl. 249 p. 23, 3 *al.* AVG. civ. 7, 9 p. 286, 16 D. utrum (*cf. p. 263, 75*): RHET. Her. 4, 38, 50 (*in exemplo*). CIC. Flacc. 65 Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia ... utrum -r nostrum est an vestrum hoc proverbium: 'Phrygem plagis fieri solere meliorem?' ac. 2, 115 Tusc. 1, 86. Att. 13, 38, 2 vereor ... ne in Tusculano opprimar ... utrum -r Asturae? APVL. apol. 15. (II) *absque particula interrogativa*: PLAVT. Asin. 330 iam satis est mihi :: tum -r tu dives es factus? (TER. Hec. 462. *cf. p. 256, 25*). TER. Eun. 1040 Thais patri se commendavit, in clientelam ... nobis dedit se :: fratris -r Thais totast? Phorm. 812 RHET. Her. 4, 9, 13. CIC. S. Rosc. 41 perspicuum est nullum fuisse *vitium, quare filius patri displiceret.* pater -r amens, qui odisset eum sine causa, quem procrearat? 131 placet -r in his rebus aliquid imprudentia praeteriri? (nat. deor. 3, 11 div. 2, 80 SALL. Catil. 51, 43). Caecin. 48 dom. 77. Planc. 39 dubitatis -r ... quin *eqs.* (Att. 10, 18, 2). 75 'nihil in Cispio profecisti ...' de Cispio mihi -r obicies *eqs.* de orat. 2, 259. 275 cum excusationem oculorum a me non acciperet et dixisset: 'tu -r nihil vides?' (Tusc. 5, 35 div. 1, 22. 2, 46). leg. 2, 14 nec vero iam aliam esse ullam legem ... habendam ... :: -r tu Titias et Apuleias leges nullas putas? Tusc. 1, 11 si ... sunt, nusquam esse non possunt :: ego vero nusquam esse illos puto :: -r ne esse quidem? 1, 13 non ita dicam: 'miseros esse', sed tantum: 'miseros', ob id ipsum quia non sint :: non dicis -r 'miser est M. Crassus', sed tantum 'miser M. Crassus?' (nat. deor. 1, 83. Tusc. 4, 8 non -r existumas). Att. 7, 22, 2. epist. 4, 9, 3 an tu non videbas ..., quam illa crudelis esset futura victoria? -r tunc quoque careres patria, ne quae nolles videres? LVCR. 3, 664 VERG. Aen. 4, 537. HOR. sat. 2, 3, 162 'non est ... hic aeger'. recte est -r? MART. 4, 71, 5. APVL. Socr. 17 p. 157 -r (non -r B^2, quid -r *Lütjohann*) mirum, si *eqs. al.*

interrogatio pendet ex verbo dicendi (*cf. p. 269, 17*): OV. Pont. 1, 5, 29 tempus ad hoc nobis ... nullum profuit ... opus. cur -r scribam, miraris? (3, 9, 13 rogas. MART. 7, 42, 5 quaeris. SVET. Iul. 74, 2 interrogatus ..., cur -r repudiasset uxorem). QVINT. decl. 365 p. 398, 4 'plures ... me mori noluerunt'. quid -r velint, pronunties oportet. VERVS Fronto p. 132, 9 N. necessarium puto, quanto ... superiores Parthi fuerint dilucere ... an -r debeas, quomodo πεντεκονταετίαν Θουκυδίδης explicuit, illa omnia corripere, an vero ..., ipse dispicies (VLP. dig. 12, 3, 4, 2).

c *in exclamatione*: CIC. Tusc. 5, 69 quo tandem (*cf. p. 257, 52*) -r gaudio adfici necesse est sapientis animum. nat. deor. 2, 39 nec vero hominis natura perfecta est, et efficitur tamen in homine virtus: quanto -r in mundo facilius (1, 122; *cf.* Tusc. 5, 105 quantis -r molestiis vacant, qui *eqs.* LIV. 36, 7, 6 LVCAN. 8, 242 *al.*). 3, 75 utinam -r. VAL. MAX. 6, 1, 7 quam sanctam -r in civitate nostra pudicitiam fuisse existimare debemus, in qua *eqs.* (8, 9, 2 TERT. spect. 20 p. 21, 4). CYPR. sent. episc. 1 p. 437, 8 ecce ad qualia -r (cogitur *Aug. vulg. gr.*) ecclesia consentire ... compellitur. FVLG. aet. mund. 12 p. 170, 17 ecce -r (*fere i. q. ecce enim*) descendit ros ... latens in verbo. BOETH. cons. 2, 5, 18 o -r angustas inopesque divitias, quas *eqs.*

d *in sententiis iussivis* (*quaedam dubites an malis sub II A 2 inserere*): *α accedit ad imperativum* (*cf. p. 262, 14*): PLAVT. Asin. 107 tun redimes me ...? :: redimam :: tum tu -r aliud cura quid lubet (626 Epid. 284 Most. 261 Persa 189 Poen. 497. 591 Pseud. 715 Stich. 363 TER. Eun. 281 Phorm. 549. *cf. p. 256, 25*). 666 da ... argentum mihi ... :: dic me -r tuom passerculum *eqs.* (693). 702 inscende :: ... asta -r. Curc. 259 operam ut det :: dabit :: ... da mi -r operam. Epid. 515. 694 mos geratur :: ... :: cedo manus -r (*cf.* TER. Andr. 383 cedo -r quid faciam?). Men. 208 curabo quae voles :: iube -r ... prandium accurarier (Stich. 335). Merc. 529 mea non es ... :: dic -r quaeso, quoia sum. 901. Rud. 1327 nihil addo :: abi -r. AFRAN. com. 201 hoc obsecro -r agite et me adiutamini. 354 -r quiesce. RHET. Her. 4, 40, 53 (*in exemplo*) nolite -r ... ea quae dixi separatim spectare (CIC. Verr. II 3, 216 *al.*). CIC. Flacc. 19 prov. 12 Marcell. 29 Lig. 37. rep. 1, 59 'apud me ... argumenta plus quam testes valent'. ... 'utere -r argumento'. Att. 6, 1, 22 filiola tua gratum mihi fecit ... gratum etiam Pilia ... -r tu quoque salutem utrique adscribito. 13, 44, 3 *Corfidium* video ante esse mortuum: da -r, quaeso, negotium Pharnaci ..., ut id nomen ex omnibus libris tollatur. HOR. sat. 2, 3, 152 avidus iam haec auferet heres :: men vivo? :: ut vivas -r vigila. OV. Pont. 2, 2, 63. SEN. epist. 104, 20 tecum sunt quae fugis. te -r emenda. *al.* *β cum coniunctivo* (*iussivo, exhortativo, optativo*): SCIP. mai. or. frg. Gell. 4, 8, 13 memoria ... repeto diem esse hodiernum, quo Hannibalem ... vici ... non -r simus adversum deos ingrati *eqs.* VARRO rust. 1, 2, 21 'error hinc, quod pecus in agro esse potest, *putare non separatim tractari posse utrumque* ...' 'diiungamus -r ... pastionem a cultura'. RHET. Her. 3, 22, 36. CIC. S. Rosc. 41. Sulla 25 est ... ipse a materno genere municipalis ..., nobilissimi generis, sed tamen Asculani. aut -r doceat Picentis solos non esse

[(Skutsch)-Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

peregrinos aut gaudeat suo generi me meum non anteponere. Flacc. 35 Cael. 33. Brut. 288 sic ego istis (*Atticis*) censuerim et novam istam ... orationem fugiendam nec illam *Thucydideam* ... persequendam ... 'Demosthenem -r imitemur'. Att. 5, 5, 1 eo ... die *quo profecti sumus* credo aliquid actum in senatu. sequantur -r nos tuae litterae *eqs.* 12, 18, 1 velim -r cogites (15, 20, 4 epist. 11, 17, 2). epist. 13, 47 Ov. Pont. 1, 2, 99 LIV. 5, 4, 6 VITR. 5, 1, 2 SEN. Herc. f. 354 COLVM. 1, 4, 8 QVINT. inst. 5, 13, 51. VVLG. I Thess. 5, 6 -r non dormiamus (ἄρα οὖν). COD. Theod. 1, 12, 6 (*a. 398*) CARM. epigr. 1567, 8 *al.*

2 *efficit q. d.* ***nexum realem,*** *fere i. q. itaque (v. et p. 258, 56; a nex. log. paulum distat l. 14)*: **a** *vario usu*: PLAVT. Poen. 293 (*in lusu verborum*) cum illac numquam 'limavi' caput :: curram -r aliquo ad piscinam aut ad lacum, 'limum' petam. CIC. off. 1, 37 *Cato* scribit *ad filium* se audisse eum missum factum esse a consule, cum in Macedonia ... miles esset. monet -r, ut caveat, ne proelium ineat; negat enim ius esse qui miles non sit cum hoste pugnare. Att. 8, 11, 1. 15, 13, 3 ad scribendum ... fecisti me alacriorem ... enitar -r ne desideres ... industriam meam. epist. 7, 26, 2 ego qui me ostreis ... facile abstinebam, a beta et a malva deceptus sum; posthac -r erimus cautiores. 13, 2 Avianio ... utor ... familiarissime: peto -r a te ..., ut *eqs.* (9, 13, 3. 13, 26, 2. 13, 30, 2 *al. cf.* 13, 43, 2. 13, 61 pergratum -r mihi feceris [*cf.* 13, 67, 2]. 13, 76, 2. *paulo remissius*: 13, 39 M. Titurnius ... mihi omni diligentia ... est tuendus. est -r in tua potestate, ut ille in me satis sibi praesidii putet esse. quapropter eum tibi commendo *eqs.*). LVCR. 4, 1155. CAES. civ. 1, 85, 4 ipsos duces a pace abhorruisse, eos ... homines imperitos ... crudelissime interfecisse. accidisse -r ⟨i⟩is, ... uti *eqs.* SALL. Catil. 7, 5 iuventus ... in castris per laborem usum militiae discebat, magisque in decoris armis ... quam in scortis ... lubidinem habebant. -r talibus viris non labor insolitus, non locus ullus asper ... erat *eqs.* Iug. 2, 2 PANEG. in Mess. 161. Ov. met. 9, 595 non exploratis implevi lintea ventis. auferor in scopulos -r *eqs.* Pont. 3, 2, 27 LIV. 21, 40, 6. 44, 33, 7 VITR. 8 pr. 3 VAL. MAX. 1, 6 ext. 1 CELS. 3, 5, 5 SEN. epist. 82, 18 PERS. 6, 48. PETRON. 17, 9 *metuo* ne ... quod in sacello Priapi vidistis vulgetis ... protendo -r ad genua vestra supinas manus petoque *eqs.* PLIN. nat. 2, 112. 10, 204 *aegitho avi inimicitia cum asino, quod nidos eius dissipat.* -r advolans ulcera eius excavat. QVINT. decl. 323 p. 270, 13 PLIN. epist. 3, 15, 5 CORP. XI 6123, 18 (*post Traian.*) FRONTO p. 24, 11 N. SOL. 19, 9 cervi plurimi in hac terra: -r cervos persequemur. COD. Theod. 2, 31, 1 (*a. 422*) *al.*
cum verbo dicendi vel sentiendi, unde pendet conclusio logica: PLAVT. Persa 456 ut quisque rem accurat suam, sic ei procedit ... hanc ego rem exorsus sum facete et callide; -r proventuram bene confido mihi. RHET. Her. 4, 23, 33 (*in exemplo*) quaero -r, unde iste tam pecuniosus factus sit (CIC. Sest. 116 de orat. 1, 239 fin. 4, 26 fat. 6 *al.*). CIC. ac. 2, 81 'at ille ... mille et octingenta stadia quod abesset videbat'. quaedam volucres longius; responderem -r ... isti vestro deo me plane his oculis non esse contentum. 2, 133. nat. deor. 2, 12 deos -r esse fateamur. Ov. trist. 2, 569 non -r ... ullum gaudere Quiritem auguror. LIV. 1, 18, 4 opinor. MANIL. 2, 698 (*in computatione*) ipsa -r ratio binas in partibus esse dimidiasque docet partes. COLVM. 5, 2, 2 dicemus -r eum locum habere decem milia pedum quadratorum. (IVLIAN. dig. 23, 3, 46 VLP. dig. 8, 5, 8, 5. 9, 2, 5, 3). VLP. dig. 28, 3, 5 puto -r (PAVL. dig. 3, 5, 33). 47, 4, 1, 7 arbitror -r.

β ***in narratione cum tempore historico*** *(saepe ita, ut in sententia antecedente consilium captum indicetur, cuius executionem -r inducat: ex. gr. l. 73 sqq. p. 260, 5; prope accedunt, quae sub B 2 c γ p. 270, 10 extant)*: CATO? *v. p. 255, 56.* CIC. Quinct. 63 'postulabam' inquit 'ut satis daret'; iniuria postulabas. 'ita iubebare'; recusabat Alfenus. 'ita, verum praetor decernebat'. tribuni -r appellabantur. Verr. II 5, 84 *Insula Syracusana* est ... locus quem vel pauci possent defendere. committere -r eum non fidelissimis hominibus noluit *Marcellus.* Att. 7, 1, 2. 13, 25, 2 *Brutum* ad testamentum volebam, quod iam malo alio die, ne ob eam causam Romam venisse videar. scripsi -r ad Brutum iam illud ..., Idibus nihil opus esse. 15, 1 b, 1. 15, 8, 1. 15, 11, 2. 16, 10, 1. ad Brut. 1, 15 (9, 23), 10 sceleris poenam praetermittere ... in hoc bello perniciosum puto ... dixi -r sententias in Antonium, dixi in Lepidum severas *eqs.* TIRO Gell. 10, 1, 7. SALL. Catil. 6, 4 postquam res eorum ... satis prospera ... videbatur ..., invidia ex opulentia orta est. -r reges populique finitumi bello temptare *eqs.* 17, 1. 27, 1 constituit bellum facere ... -r C. Manlium Faesulas ... dimisit. Iug. 5, 5. 7, 2. 20, 3. 25, 9 vicit tamen ... pravom consilium. -r ... summa vi Cirtam inrumpere nititur. 35, 6 *Bomilcar* ubi res postulabat, insidias tendit. -r unus ex eo numero, qui ad caedem parati erant, ... Massivam aggreditur. 43, 3 *Metellus* ad bellum ... animum intendit. -r ... milites scribere *eqs.* 48, 2 statuit armis certare. -r *eqs.* 53, 8. 55, 3. LIV. 1, 11, 2 *in Antemnates* Romana legio ducta palatos in agris oppressit. fusi -r primo impetu ... hostes, oppidum captum. 1, 14, 2 apud Tatium gratia suorum ... plus poterat. -r illorum (*Laurentium*) poenam in se vertit. 1, 40, 4. 2, 48, 1. 5, 43, 5. 10, 34, 5. 23, 26, 7. 25, 34, 8 capit consilium, ut ... quocumque occurrisset loco manus consereret. relicto -r modico praesidio ... media nocte profectus cum obviis hostibus manus conseruit. 30, 34, 3. 45, 10, 14 VELL. 2, 108, 2. 2, 118, 3 VAL. MAX. 9, 6, 3 PHAEDR. 1, 2, 27 app. 3, 15. 4, 16 CVRT. 4, 1, 29. 4, 10, 9 speculatores ... Dareum adventare nuntiaverunt. instructo -r milite et composito agmine antecedebat. 5, 4, 24 PETRON. 23, 1. 111, 7 concupiit scire, quis aut quid faceret *gemitum.* descendit -r in conditorium *eqs.* SIL. 9, 85 QVINT. decl. 351 p. 380, 28. TAC. hist. 1, 40 iubet. -r milites ... inrumpunt. ann. 1, 28. 2, 6. 4, 41 PLIN. paneg. 30, 5 SVET. Iul. 19, 2 Tib. 12, 1 FLOR. epit. 1, 4, 2 APVL. met. 3, 29 SVLP. SEV. chron. 1, 22, 3 *al.*

3 ***accedente sententia secundaria specialia quaedam:***
a *secundaria* ***subsequens*** *assumptionem ex qua concluditur sive iterat (ex. gr. l. 24. 25) sive antea omissam supplet, ut quasi rationem reddat, cur -r positum sit (sim.* CIC. Tusc. 5, 18 nimirum -r confecta res est; videtur enim ad exitum venisse quaestio): PLAVT. Amph. 744 egone abs te abii hinc hodie ...? :: quis -r nisi vos narravit mi *eqs.* (790 TER. Andr. 519 CIC. Flacc. 7 Mil. 36 Phil. 4, 9 TERT. adv. Marc. 4, 42 p. 565, 3 QVEROL. p. 41, 4 AVG. civ. 15, 7 p. 69, 27 D.). PLAVT. Capt. 280 (*interpol.?*) quo honore est illic? :: summo ... :: tum -r ei cum in Aleis tanta gratia est, ut praedicas, quid divitiae? (CIC. S. Rosc. 116 Verr. II 3, 150 nat. deor. 3, 14 COLVM. 3, 9, 7 LACT. inst. 1, 8, 7 *al.*). PLAVT. Epid. 116 si ... haberem, ⟨pollicerer⟩ :: nam quid te -r retulit beneficum esse oratione, si ad rem auxilium emortuom est? (Men. 534 non meministi ...? redde -r spinter, si non meministi. 1028 Mil. 427 Most. 637 salvom est :: solvite vosmet -r, si salvom est. Pseud. 91 Trin. 978 VARRO rust. 3, 2, 9 CIC. Verr. II 4, 80 Caecin. 31. Pis. 24 qui latrones -r, si quidem vos consules? fin. 2, 89 Tusc. 2, 12 Att. 6, 1, 18 LIV. 45, 24, 1 QVINT. inst. 2, 21, 14 decl. 330 p. 298, 26 LACT. inst. 1, 9, 9). PLAVT. Men. 153 hunc comburamus diem :: age sane -r (*cf. p. 262, 22*), quando aequom oras, quam mox incendo rogum? TER. Andr. 750 satin sanu's, qui me id rogites? :: quem -r rogem, qui hic neminem alium videam? (CIC. Verr. II 3, 150 fin. 4, 57 Att. 8, 14, 2). VARRO rust. 2 praef. 3 -r, quod nunc intra murum fere patres familiae correpserunt relictis falce et aratro ..., frumentum locamus qui nobis advehat *eqs.* (VITR. 4, 1, 1). CIC. Verr. II 4, 102 audisti -r ex muliere, quoniam id viri nec vidisse neque nosse poterant (Flacc. 68 qu. quidem -r. de orat. 2, 41 leg. 1, 23 fin. 3, 20 ac. 1, 18 Tusc. 1, 9 nat. deor. 1, 88 off. 1, 7. LVCR. 1, 675 nunc -r quoniam [3, 203. 3, 434. 4, 752]. VAL. MAX. 2, 6, 6 *al.*). Ov. trist. 2, 255 nil -r matrona legat, quia *eqs.* (TERT. resurr. 37 p. 79, 18).

b *secundaria* ***antecedit*** *(de collocatione v. p. 253, 84. seorsum afferre supersedimus exempla eius usus, ubi -r licet secundariae insertum nullo modo ad eam, sed ad primariam pertinet [ex. gr.* VARRO ling. 9, 93 *in servis bestiis pomis iudicandis sequimur similitudinem.* si -r idem sequitur in similitudine verborum quis, reprehendendus non est. CIC. inv. 2, 136 si quid -r. Tusc. 1, 14 cum -r]; *praeterea multa lubricae sunt et ambiguae interpretationis. cf. p. 270, 84)*: **α** *secundaria fere iterat assumptionem*: RHET. Her. 2, 21, 33 (*in exemplo*) quoniam -r hominem occisum constat esse, necesse est aut a praedonibus aut ab inimicis occisum esse (CIC. Font. 15 LIV. 29, 1, 8 QVINT. decl. 276 p. 126, 28. *cf.* -r quoniam: TERT. adv. Marc. 3, 7 p. 388, 11). RHET. Her. 4, 5, 8 si quis velit demonstrare artem nihil prodesse ..., non male utatur hoc argumento ... quod -r iuvat eorum rationem, qui omnino non probent artem, id non ridiculum est ipsum artis scriptorem ... comprobare? (CIC. inv. 2, 13 Verr. II 5, 74 dom. 101 Cael. 23 Cato 75 QVINT. inst. 5, 12, 10 TERT. apol. 21, 17 *al. cf.* FRONTO p. 9, 14 N. -r cuius ..., eiusdem). RHET. Her. 4, 23, 32 quae lepida et concinna, cito satietate adficiunt aurium sensum fastidiosissimum. quomodo -r, si crebro his generibus utemur, puerili videmur elocutione delectari, item, si raro interseremus ..., commode ... inlustrabimus orationem (*cf.* quemadmodum -r: CIC. inv. 1, 33. ut -r: CIC. orat. 9. 178 Tusc. 4, 80 Lael. 71. 91 *al.* [-r ut: VITR. 5, 3, 7. 6, 1, 1 PLIN. epist. 8, 10, 2]. qualis -r: CIC. fin. 5, 66. quam -r: AVG. civ. 14, 10 p. 26, 32 D. unde -r: DRAC. laud. dei 3, 476. *aliter p. 265, 46*). CIC. Verr. II 1, 80 causam huius tanti terroris occultas ... cum -r quae causa ... fuerit ... celarit, nonne causam hanc quam nos proposuimus ... istius taciturnitas ... confirmat? (rep. 6, 28 fin. 5, 93 div. 2, 57 off. 2, 40 APVL. Plat. 2, 17 MIN FEL. 6, 1 *al. cf.* -r cum: VITR. 2, 3, 4 TERT. adv. Marc. 1, 19 p. 315, 2 SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 55, 23 -r cum haec ita sint). CIC. Tusc. 1, 12 sint ... oportet, si miseri sunt; tu autem ... negabas eos esse ... si -r non sunt, nihil possunt esse (dom. 50 Phil. 3, 21 nat. deor. 1, 85 div. 2, 147 QVINT. inst. 12, 1, 42 VLP. dig. 2, 14, 7, 6. *cf.* -r si: TERT. apol. 25, 10 adv. Marc. 2, 5 p. 340, 8). *sim. c.* ***partic.*** *(cf. p. 271, 25)*: CIC. nat. deor. 3, 39 nec ratione -r utentem nec virtute ulla praeditum deum (*id quod antea demonstratum est*) intellegere qui possumus? VITR. 1, 4, 7 TERT. adv. Marc. 3, 10 p. 392, 10 carn. 11 p. 446 Oe. **β** *duae conclusiones in unam sententiam contractae sunt:* CIC. div. 2, 103 quod finitum est, ... habet extremum ... quod autem habet extremum, id cernitur ex alio extrinsecus ... at quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus ... nihil -r cum habeat extremum, infinitum sit necesse est (ac. 2, 31 off. 2, 82). Tusc. 3, 66 ratio ab sapienti viro non poterit *repellere aegritudinem?* quid est autem quod plus valeat ad ponendum dolorem, quam cum est intellectum ... frustra esse susceptum? si -r deponi potest, etiam non suscipi potest. **γ** *secun-*

[(Skutsch)-Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

daria vice sententiae per 'autem' inductae fungitur: Cic. Caec. 89 cum -r *eqs.* (Tert. adv. Marc. 1, 19 p. 314, 15. 1, 25 p. 326, 1 sed et cura accedet voluntati. quis enim volet quid ... et non curabit? -r cum et voluit et concupiit in hominis salutem, iam ... negotium fecit). Phil. 4, 15 *Antonius Catilinae* inferior ... ut -r Catilinam ... fregistis, sic *Antonium* ... oppressum audietis. fin. 5, 16 est ... perspicuum ... esse aliud artem ipsam, aliud quod propositum sit arti. quoniam -r, ut medicina valetudinis ..., sic vivendi ars est prudentia, necesse est eam quoque ab aliqua re esse constitutam et profectam (Vitr. 3 pr. 1 -r quoniam). 5, 67 proprium suum cuiusque (*virtutis*) munus est ... quando -r inest in omni virtute cura quaedam quasi foras spectans aliosque appetens atque complectens, existit illud, ut amici *alia* ... propter se expetendi sint. ac. 2, 106 falsum quod est id percipi non potest. si -r memoria perceptarum comprensarumque rerum est, omnia quae quisque meminit habet ea comprensa atque percepta. *δ c. secundaria finali* (*v. et p. 258, 75. 266, 23. 268, 78*): Cic. Tim. 41 (*deus summus loquitur*) tria genera ... reliqua sunt eaque mortalia ... quae si a me effecta sint, deorum vitam possint adaequare. ut -r mortali condicione generentur, vos suscipite ut illa gignatis (*gr. p. 41^{C}* ἵνα οὖν). Phil. 2, 11 ut -r intellegeretis qualem ipse se consulem profiteretur, obiecit mihi consulatum meum. Ov. met. 15, 760 ne foret hic (*Augustus*) -r mortali semine cretus, ille (*Caesar*) deus faciendus erat (Cypr. epist. 57, 5 p. 655, 5 Cod. Theod. 2, 1, 2 [*a. 355*] *al. cf.* -r ne: Cvrt. 4, 2, 2 -r ne quid inexpertum omitteret *eqs.* 6, 6, 12 Petron. 25, 7 Cod. Theod. 11, 16, 16 [*a. 385*]). Cvrt. 8, 13, 18 erat insula ... insidiis apta ... -r ut a custodia huius opportunitatis oculos hostium averteret, Ptolomaeum ... obequitare iussit procul insula *eqs.* Tac. ann. 5, 10 -r quo vera seu falsa anteiret *eqs.* Plin. epist. 1, 19, 2 Vlp. dig. 2, 13, 6, 1 Evtr. 2, 18, 2 *al.*

secundariae respondet adverbium: Cic. dom. 50 si -r rettulit falsum senatus consultum, tum est rogatio (Vlp. dig. 27, 9, 5, 9. *v. et p. 271, 9*). Vitr. 8, 3, 14 -r quod in campis Troianis proxime flumen armenta ... leucophaea nascuntur, ideo id flumen Ilienses Xanthum appellavisse dicuntur (Tert. adv. Marc. 4, 28 p. 516, 12). Gavivs Bassvs Gell. 5, 7, 2 quoniam -r indumentum illud oris ... resonare vocem facit, ob eam causam 'persona' dicta est. Gell. 1, 25, 16 quod -r ..., idcirco (Tert. adv. Marc. 3, 7 p. 388, 14 Dionys. Exig. Conc.^{S} I 5 p. 242, 5 Boeth. trin. 3, 28).

c -r *ponitur in apodosi* (*forma sententiae eadem fere est ac sub I B 2 p. 256, 8; at non inde fluxisse putamus infra laudata [nisi forte* Qverol. *l. 55], siquidem priora* [Cic. Lvcr.] *haud ita longe absunt ab anacolutho [p. 267, 8], cf.* ergo. *quaedam fort. sec. gr. [l. 53. 56. 64]. v. et p. 268, 6. 19. 26. non huc pertinere videntur*: Vlp. dig. 34, 1, 14, 3, *ubi* cum *delere solent.* Prvd. ham. 95, *ubi sic interpungas*: si duo sunt -r, cur non sint multa deorum milia?): si: Cic. inv. 1, 45 si (*Mi, sed J*) neque inimicitiae fuerunt nec ...: relinquitur -r (*cf. p. 256, 46*), ut ab hoc non sit occisus (*cf. 1, 84* si ...: necesse est ergo). 1, 59 (Quint. inst. 5, 14, 9) quodsi (Tert. adv. Marc. 1, 16 p. 311, 17 iam -r [*v. p. 129, 50*]. 4, 35 p. 542, 13). leg. 1, 45 si opinione universa virtus, eadem eius etiam partes probarentur: quis -r prudentem ... ex aliqua re externa iudicet? Lvcr. 4, 204 si, quae sunt penitus *eqs.*: quid quae sunt -r iam prima fronte parata? Herm. vulg. sim. 8, 7, 5 si ... egerint poenitentiam, in turri -r incipiunt habitare (*gr.* οὖν, Pal. et). Lact. inst. 1, 3, 22. 1, 16, 13 epit. 24, 2 ira 10, 48 *al.* Qverol. p. 19, 18 si nemo felix, nemo -r iustus. Vvlg. Matth. 12, 28 (εἰ ... ἄρα; *sic et* Conc.^{S} I 5 p. 253, 10 Cassiod. Didym. in I. Ioh. 5, 18 p. 78, 19). Mart. Cap. 8, 861 Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 88, 31 Conc.^{S} IV 2 p. 66, 38 Oribas. syn. 7, 9 (*om. gr.*) Rvf. podagr. 28 Rvstic. c. aceph. p. 1171^{A}. 1177^{C} *bis.* 1183^{D} *al.* cum: Decret. centon. Sentin. (Corp. XI 5749) 9 cum sit oportunum ... munificentiam ... remunerare: -r ... Coretium Fuscum *alios* ... tabulam aeream eis offerri ... innotescat (*cf.* 5750, 13). Lact. ira 10, 47 Evang. Nicod. 1 praef. (cod. B). *alia*: Vvlg. act. 16, 36 quia miserunt magistratus ut dimittamini, nunc -r exeuntes ite in pace ([οὖν]. Ps. Avg. quaest. test. I 95, 5 idcirco quia ..., -r. *cf. l. 70*). Epist imp. de Asia (Bruns fontes^{7} p. 270) I 8 quod (*seq. multa*) ..., -r cuncta ... perspeximus. Macr. Sat. 6, 7, 13 sicuti ..., inlaudatus quoque -r *eqs.* Mart. Cap. 7, 785 ut ..., -r eadem etiam *eqs.* Rvstic. c. aceph. p. 1193^{C} quoniam ... dicit ..., unam -r novit. *nota*: -r *et in protasi et in apodosi*: Rvstic. c. aceph. p. 1211^{A} quia (*cf. l. 63*) -r ..., filii -r naturae sunt duae.

B ***nexu plus minus laxiore:*** **1** *vario usu* (*plerumque per quandam incuriam sermonis cotidiani quasi psychologice conclusum esse videtur; cf. gr.* οὖν, *germ. 'also'*): **a** *ponitur post incisionem orationis c. respectu omnium antecedentium vel totius rerum status, saepe fere i. q.* nunc (*v. p. 262, 35. 41. 65*): *α in enuntiato recto*: Plavt. Aul. 263 nuptias num quae causa est quin faciamus hodie? ... ibo -r, parabo (Bacch. 902 abeo ad forum -r [Poen. 1150]. Mil. 812 ego eo intro -r [1121 Most. 848 Trin. 818]). Bacch. 599 abi et renuntia (*militi Bacchidem non ituram; 592*) ... tuo ego istaec -r dicam illi periculo. Mil. 765 haud centesimam partem dixi ... :: -r id quod agitur †hic primum praeverti decet. Cic. Verr. II 3, 37 'deportatum habeas ante Kalendas Sextilis'. deportabo -r. leg. 2, 4 qua re istum ubi tu es natus plus amabo posthac locum :: gaudeo -r me incunabula paene mea tibi ostendisse. fin. 3, 6 ad te mitto ... quia te habeo aequissimum ... studiorum *nostrorum* ... iudicem. attendes -r, ut soles, diligenter eamque controversiam diiudicabis. nat. deor. 3, 2. Att. 8, 1, 1 ipsam tibi epistolam *Pompei* misissem, nisi tam subito fratris puer proficiscebatur: cras -r mittam —, sed in ea Pompei epistula *eqs.* (12, 34, 1. 13, 41, 2). 9, 3, 1. 10, 13, 1 scribes -r. 12, 51, 2 tu id -r curabis. 9, 18, 1 ita (*post colloquium minus iucundum*) discessimus. credo -r hunc me non amare. 12, 4, 1. 12, 11 (*in fine*) sed adsum; coram -r (13, 6, 2. 13, 21a, 4. 16, 13c, 2). 13, 42, 2. 3. 14, 20, 2. 15, 10. 15, 15, 2. 16, 15, 6 adsum -r. epist. 7, 24, 1 amoris quidem tui, quoquo me verti, vestigia, vel proxime de Tigellio; sensi enim ex litteris tuis valde te laborasse. amo -r voluntatem. sed pauca de re: *eqs.* 12, 24, 3 *al.*

β c. imperativo (*futuro l. 26; coniunctivo l. 35. cf. p. 258, 56. hic illic [ex. gr. l. 18] ad augendam vim imperativi adpositum esse censet Langen, Beiträge p. 311*): Plavt. Amph. 628 rerum actutum nosces, quom illum nosces servom Sosiam: sequere hac -r me (Bacch. 108. Capt. 293 s. h. me -r). Aul. 720 dic -r, quis habet? (Merc. 727 Varro rust. 3, 16, 11 Rvstic. c. aceph. p. 1222^{A}). Bacch. 992 grandes satis sunt *litterae epistulae* :: animum advortito -r (Merc. 968). Mil. 928 culpam omnem in me imponito :: age -r intro abite (Bacch. 89 Merc. 377 Most. 308. Pseud. 1326 age sane -r [*v. p. 260, 29*]. Ter. Andr. 598 Tert. adv. Marc. 1, 9 p. 300, 28 Qverol. p. 18, 12 Boeth. trin. 2, 1. *v. et p. 271, 67*). Plavt. Mil. 1373 abi iam :: patiar quidquid est :: bene vale -r (Poen. 568. *cf.* Cic. off. 3, 121 vale -r [Avr. Fronto p. 28, 27 N. -r vale. *al.*]. Att 6, 2, 10 valebis [6, 5, 4 epist. 15, 18, 2]. 7, 5, 5 cura -r ut valeas [epist. 7, 4; *cf.* Att. 12, 33, 2 cura -r; *sc. ut v.*]. epist. 10, 26, 3 vince -r et vale). Most. 1102 (*v. app. crit.*). Poen. 1356 ite -r intro (Liv. 10, 4, 10). Stich. 145. Ter. Andr. 383 eiciat? :: cito :: cedo -r, quid faciam? Cic. Att. 13, 37, 4 (*in fine*) totum -r considera. epist. 4, 10, 1. 7, 31, 2 (*in fine*) veni -r, quaeso, *eqs.* (9, 18, 3). 9, 23. 10, 12, 5 perge -r, ut agis, *eqs.* 16, 7. Prop. 2, 1, 71 quandocumque -r vitam mea fata reposcent, ... siste *eqs.* (2, 13, 17). Ov. Pont. 3, 3, 83. Carm. epigr. 2106, 11 (*aet. August.*) felix nunc -r viv⟨as⟩. Petron. 94, 6 puta -r me furiosum esse, cede insaniae, id est ocius foras exi. Stat. Theb. 9, 894 Ivv. 12, 83 Plin. epist. 4, 6, 3. Itala Luc. 12, 35 (Iren. 4, 36, 3) sint -r lumbi vestri praecincti (*om. gr. et* Vvlg.; *sim.* act. 20, 28 [Iren. 3, 14, 2]). psalm. 117, 25 (Cypr. test. 2, 16 p. 82, 12) o domine salva -r, o domine dirige -r (*gr.* δή ... δή, *om.* Vvlg.). Lampr. Diad. 2, 1 habete -r ... pro imperio aureos ternos. Vvlg. exod. 4, 12 perge -r (וְעַתָּה, *LXX* καὶ νῦν; *sic* I reg. 29, 10).

γ in interrogatione (*saepe fere deliberantis [infra l. 63 sqq.], impatientis [l. 51], stupentis; [l. 50] quaedam eludunt interpretationem: l. 81. p. 263, 2. 7. in initio epistulae l. 59*): Ⓘ quid -r (*aliter p. 257, 20. nota iterationem*: Fronto p. 138, 1 N. [*legit Hauler*] quid igit⟨ur, q⟩uid -r, inquam *eqs. cf. l. 60*): *in dialogo*: Plavt. Amph. 382 quis tibi erust? :: quem tu voles :: quid -r? qui nunc vocare? (*sic ante interrogationem*: Bacch. 673 Men. 170 Mil. 532 Most. 667. Persa 528 quid -r? ... iam mihi credis? 825). Amph. 603 ut dudum ante lucem a portu me misisti domum — :: quid -r? :: prius *eqs.* (*sic* Most. 911 Rud. 1041 Stich. 624 Qverol. p. 35, 22). *in monologo*: Plavt. Amph. 492 resciscet tamen Amphitruo rem omnem. quid -r? nemo id probro profecto ducet Alcumenae. Qverol. p. 34, 10 hem quid -r? Vvlg. Ier. 46, 5. *in argumentando ante interrogationem* (*cf. l. 48. Kühner-Stegmann II 2 p. 498*): Cic. S. Rosc. 122 quid -r? Chrysogonus ... quaestionem de eis haberi non volt? div. in Caec. 33 Verr. I 20 II 5, 9 Caecin. 60 Flacc. 88 Phil. 1, 38 de orat. 2, 24. 231 Tusc. 1, 61. 5, 21 off. 3, 81 epist. 16, 18, 1 (*in init.*) Liv. 45, 23, 7. Fronto p. 138, 1 N. quid -r? quid? inquam *eqs.* 161, 19. 187, 8 Qverol. p. 11, 11 Hier. epist. 7, 2, 3 Boeth. cons. 1, 4, 62. Ⓘⓘ *aliae interrogationes*: Plavt. Epid. 151 patiar ego istuc quod lubet :: quid illa fiet fidicina -r? Merc. 418 quid illa nunc fiet? :: ... :: quid si -r reddatur illi unde empta est? (578. Most. 393 quid si [est *codd.*] -r abeamus hinc nos? 1093). Most. 580. Pseud. 756 quid nunc -r stamus? Truc. 205 ibo -r intro? (Cic. Mur. 89). Ter. Andr. 375 quid -r sibi volt pater? Phorm. 924 quid -r fiet? Eun. 46 quid -r faciam? Varro rust. 1, 2, 2 voltis -r *considamus*? (*cf.* visne: Cic. leg. frg. 5 Tusc. 5, 61 Liv. 8, 7, 7. *cf. p. 269, 8.* Cic. Tusc. 1, 77 num non vis -r). Cic. S. Rosc. 36 de hisce omnibus rebus (*adversariorum crimine audacia potentia*) me dicere oportere intellego. quid -r est? non eodem modo de omnibus *eqs.* (fin. 1, 17 Hyg. astr. 3, 11 p. 86, 12. *cf.* Qvint. decl. 254 p. 42, 25 quid est -r?). 107 qui sunt -r in istis bonis quibus partem Chrysogonus dederit? Q. Rosc. 42 si planum facio ... HS CCCIↃↃↃ a Flavio te abstulisse, numquid causae est quin ... abeas turpissime victus? quo teste -r hoc planum faciam? Verr. II 3, 39. dom. 116 quorsum -r haec oratio pertinet? (p. red. ad Quir. 5 de orat. 3, 91 Tusc. 1, 60 Cato 13. 44 epist. 11, 27, 6 Val. Max. 7, 4, 5 Prvd. apoth. 1035; *cf.* Att. 8, 2, 4 quo -r haec spectat oratio? [epist. 6, 6, 11 Tusc. 4, 77]). Sest. 98 Balb. 32 Lig. 7. Phil. 12, 23 Etruriam discriminat Cassia. scimusne -r ..., quibus in locis nunc sit Lentonis Caesenni VIIviralis auctoritas? Brut. 170 tum Brutus: quid tu -r, inquit, tribuis istis externis quasi oratoribus? top. 25 utrum -r hactenus satis est? (fin. 1, 28 Tusc. 1, 23 Apvl.

[(Skutsch)-Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apol. 39). rep. 1, 60 et illud vides ... consilio ... dominante nullum esse libidinibus ... locum :: sic ... est :: probas -r animum ita adfectum? fin. 2, 8 quid est -r, inquit, quod requiras? Tusc. 4, 9 sic prorsus intellego :: utrum -r mavis? statimne nos vela facere an quasi e portu egredientis paululum remigare? Att. 8, 11, 1 consumo ... omne tempus considerans quanta vis sit illius viri quem nostris libris ... expressimus. tenesne -r moderatorem illum rei p.? 15, 1 a, 1 PROP. 2, 6, 37. APVL. met. 1, 13 quin -r ... hunc ... discerpimus? (6, 5. 26. 7, 10. 22). ITALA Matth. 24, 45 = Luc. 12, 42 (Iren. 4, 26, 5) quis -r erit fidelis actor? (*ἄρα*, VVLG. putas).

b *peculiaria quaedam genera interrogationum:* *α in interrogationibus quae ἐν ἤθει fiunt (cf. p. 264, 29):* *irridentis*: PLAVT. Merc. 976 ille ... illam sese ancillam matri emisse dixerat :: propterea -r tu mercatu's, novus amator, vetus puer? CIC. dom. 110 'Libertas' inquit 'est'. eam (*om. P*) tu -r domi meae conlocasti, quam ex urbe tota sustulisti? *indignantis vel aegre credentis (l. 28. 29. 31. 32. cf. p. 264, 49)*: CIC. Verr. I 29 hoc Verrem dicere aiebant te ... opera sua consulem factum. duo -r consules et quaesitor erunt ex illius voluntate? II 1, 81 huic homini parcetis -r *eqs.* II 1, 113 'nec petitionem ... nec possessionem dabo'. eripies -r pupillae togam praetextam, detrahes *eqs.* II 5, 32 hunc tu -r imperatorem esse defendis, Hortensi? (Rab. perd. 24 dom. 44. 80. 118 Balb. 25; *cf.* dom. 5 hunc -r tu). Cluent. 129 leg. agr. 1, 1. Mur. 83 dom. 9. 77 potest -r damnati poenam sustinere indemnatus? 101. 106 Sest. 83. Cael. 39 dicet aliquis: 'haec -r est tua disciplina? sic tu *eqs.* prov. 15 hosce -r imperatores habebimus? nat. deor. 1, 67 quid ... mereas et Epicureus esse desinas? 'nihil equidem ... ut rationem vitae beatae veritatemque deseram.' ista -r est veritas? nam de vita beata nihil repugno. Att. 6, 2, 8. 8, 7, 1. 9, 7, 3 cum hocne -r ... esse vis? 9, 7, 5 promitto tibi ... tegulam illum (*Pompeium*) in Italia nullam relicturum. 'tene -r socio?' epist. 9, 26, 2 audi reliqua: infra Eutrapelum Cytheris accubuit. 'in eo -r' inquis 'convivio Cicero ille, *eqs.* Ov. met. 10, 626. SEN. Oed. 695 incognita -r ut nocens causa cadam? CVRT. 6, 11, 23 STAT. Theb. 12, 382 QVINT. decl. 311 p. 224, 18.

β in interrogationibus adversativis: PLAVT. Pseud. 1295 cur ego adflictor? :: quid tu, malum, in os -r (ergo in os *P*) mi ebrius inructas? RHET. Her. 4, 26, 36 ea *res* post ipsius oratoris correctionem magis idonea fit pronuntiatio⟨ne⟩. 'non -r satius esset', dicet aliquis, 'ab initio ... ad optimum ... verbum devenire?' CIC. Phil. 2, 112 non (nonne *D*) -r miliens perire est melius quam *eqs.* fin. 4, 2 obscura ... quaedam esse confiteor ..., sed inest in rebus ipsis obscuritas :: cur -r easdem res ... Peripateticis dicentibus verbum nullum est, quod non intellegatur? div. 2, 133 non potueras hoc -r a principio ... dicere? 2, 134. Att. 4, 2, 5 *queritur villas suas valde inliberaliter aestimatas esse.* dices: quid -r causae fuit? epist. 9, 10, 2. 15, 18, 1 *σπουδάζειν* sine periculo vix possumus. 'ridere -r' inquies 'possumus?' RVT. LVP. 2, 9 Demosthenes, cum ei quidam obiecisset matre Scytha natum, respondet: 'non miraris -r, quod Scytha ... tam bonus et clemens evaserit?' Ov. fast. 6, 37 an potuit Maio paelex dare nomina mensi, hic honor in nobis invidiosus erit? cur -r regina vocor principesque dearum? QVINT. decl. 244 p. 1, 15 'occidisti adulteros'. quis -r dubitat hoc ... a legibus permissum? VVLG. I Cor. 3, 5 cum ... quis dicat: ego quidem sum Pauli, alius autem: ego Apollo, nonne homines estis? quid -r est Apollo? quid vero Paulus? (*τί οὖν*).

γ in interrogationibus, quae responsum negativum expectant (disiunctivis infra l. 75. fere i. q. germ. 'etwa'): num (*cf. p. 258, 2*): CIC. Verr. II 5, 5 accepimus nullum in Sicilia fugitivorum bellum fuisse. 'at in Italia fuit'. fateor, et magnum quidem ... num -r ex eo bello partem aliquam laudis appetere conaris? Cluent. 92 dom. 124 Scaur. 5 Mil. 16. 78 num quis -r est tam demens, qui *eqs.* (Tusc. 3, 65 numquis -r quicquam decernit invitus? *cf.* QVINT. inst. 7, 1, 56 numquid -r). Phil. 11, 36 D. Brutum nonne omnibus sententiis semper ornavi? num -r reprehenditis? orat. 145 fin. 2, 55. Tusc. 1, 82 fac (*cf. infra l. 78*) ... sic animum interire ut corpus: num -r aliquis dolor ... post mortem ... in corpore est? Cato 76 sunt pueritiae studia certa; num -r ea desiderarent adulescentes? nat. deor. 1, 100. 3, 21 'nihil est mundo melius in rerum natura'. ne in terris quidem urbe nostra. num -r idcirco (*cf. infra l. 73. 82*) in urbe esse rationem cogitationem mentem putas? div. 1, 119. 2, 12. 13. 81. 95. 121. 139. off. 3, 19. CVRT. 6, 10, 18 'at enim Dymnus se occidit'. num -r facturum eum divinare potui? QVINT. inst. 1, 10, 29. 2, 16, 7. 12, 1, 8. decl. 310 p. 221, 2. 322 p. 269, 1. 342 p. 350, 22 AVG. civ. 1, 20 p. 35, 3 D. 16, 8 p. 136, 22 D. num -r istum (*duos tantummodo digitos habentem*) propter hoc (*cf. supra l. 68*) negabimus ex *Adam* ... esse propagatum? BOETH. cons. 4, 6, 104. utrum (*cf. p. 258, 7*): CIC. dom. 72 *exulis nomen est turpe* re vera, cum est poena peccati, opinione autem hominum etiam, si est poena damnati. utrum -r peccato meo nomen subeo an re iudicata? Sest. 123. Planc. 68 fac (*cf. supra l. 63*) me multis debere ...: utrum -r me conturbare oportet an *eqs.* fin. 4, 53 ais, si una littera commota sit, fore tota ut labet disciplina. utrum -r tibi litteram videor an totas paginas commovere? Cato 33 (*antea* num idcirco. *cf. supra l. 68*). nat. deor. 1, 119. div. 2, 49 QVINT. decl. 344 p. 358, 11. *alia*: RHET. Her. 4, 1, 2 *propria exempla ponere non oportere.* exempla testimoniorum locum optinent ... non -r ridiculus sit, si quis in lite ... domesticis testimoniis pugnet? CIC. Verr. II 5, 66 unus plures praedonum duces vivos cepit P. Servilius quam omnes antea. ecquando -r isto fructu quisquam caruit, ut videre piratam captum non liceret? Caecin. 93 ecquid -r interest ... inter haec interdicta? (Tusc. 2, 32 QVINT. decl. 287 p. 154, 15. *cf.* CIC. Phil. 2, 29 quid refert utrum voluerim fieri [*Caesarem interfici*] an gaudeam factum? ecquis est -r exceptis eis qui illum regnare gaudebant, qui illud ... fieri noluerit?). ac. 2, 16 fuerint illa vetera si voltis incognita: nihilne est -r actum, quod investigata sunt *eqs.* 2, 85 Lysippus ... centum Alexandros eiusdem modi facere non posset? qua -r notione discerneres? Cato 50 quae sunt -r epularum aut ... scortorum voluptates cum his voluptatibus (*studiorum*) comparandae? (64). QVINT. decl. 315 p. 241, 9 'fortiter fecisti ...' quid -r haec ad parricidium? TREB. Gall. 14, 10. EPIST. imp. Const. 12 p. 102, 15 -rne patitur numen, cum venerabilis corporis habitatio ad cognitionem suae sanctitatis ruit? (*ἆρ' οὖν*).

δ interrogatio fit ita, ut magis speciale responsum desideretur: PLAVT. Merc. 159 quid vis faciam? :: tun? id quod volo :: quid ⟨id⟩ est -r quod vis? CIC. ac. 2, 77 quid ergo id esset *quod percipi posset.* 'visum' credo. 'quale -r visum?' fin. 4, 55 consequentibus vestris sublatis prima tolluntur. quae sequuntur -r? 5, 83 quid me istud rogas? inquam. Stoicos roga. quid -r, inquit, eos responsuros putas? Tusc. 1, 32. 1, 67 *divina* e natura est humana mens. 'ubi -r aut qualis est ista mens?' (*cf.* 1, 70 in quo -r loco est?) nat. deor. 3, 6 a te ... rationem accipere debeo religionis ... tum Balbus: 'quam -r a me rationem ... desideras?' TERT. anim. 9 p. 311, 9.

c *res quae antea dicta est vel quam dictam factamve esse constat proponitur ('wird konstatiert') vel mutatis verbis (παραφραστικῶς) iteratur:* *α generatim (saepe cum indignatione vel luctu [l. 49. 53. 54. cf. p. 263, 16]; ironice l. 43. 61. in initio carminis l. 49. 55; cf. l. 47. cum futuro infra l. 59. in interrogatione l. 46. 50)*: CIC. Verr. II 1, 77 *quod Verrem* tibi quaestoris in loco constitueras, idcirco tibi amicum in perpetuum fore putasti? ... expertus -r es istius perfidiam tum cum ipse se ad inimicos tuos contulit *eqs.* II 2, 185. II 3, 213 ex omnibus (ne *add. pars codd.*) -r populi Romani ... imperatoribus M. Antonium delegisti. II 4, 90 dedit -r tibi nunc fortuna Siculorum C. Marcellum iudicem *eqs.* II 5, 50. II 5, 52 dices frumentum Mamertinos non debere ... te -r auctore et interprete ne foro quidem ... iuvare populum Romanum debuerunt. leg. agr. 2, 22. 72. Mil. 10 est -r haec ... non scripta, sed nata lex (*sc. vi vim defendere*). Sest. 78 victa -r est causa rei publicae (Phil. 8, 1 epist. 4, 7, 2 Ov. met. 12, 608. *cf.* AVR. Fronto p. 254, 8 N. vicimus -r, vicimus inquam). Deiot. 22 'fratres meos ... in vincula coniecit'. cum -r eos vinciret, quos secum habebat, te solutum Romam mittebat, qui *eqs.* Phil. 2, 94. Tusc. 2, 19 nihil -r hunc virum (*Philoctetam*) sagittae ... consolabantur *eqs.* Att. 9, 18, 3 vidisti -r virum, ut scripseras? 13, 2, 3 (*in initio epistulae?*) cras -r auctio Peducaei. epist. 9, 8, 1 (*Varroni missa cum libris ac.*) feci -r sermonem inter nos habitum in Cumano, cum esset una Pomponius *eqs.* PROP. 1, 8, 1 tune -r demens nec te mea cura moratur? 2, 8, 17 sic -r prima moriere aetate Properti? Ov. epist. 12, 163 (*Medea*) serpentis -r potui taurosque furentes, unum non potui perdomuisse virum. met. 13, 9 (*Aias loquitur in Ulixem*) tutius est -r fictis contendere verbis quam pugnare manu. trist. 3 3, 37 tam procul ignotis -r moriemur in oris. 3, 9, 1 hic quoque sunt -r Graiae — quis crederet? — urbes. LIV. 30, 30, 9 quod -r nos maxime abominaremur, vos ante omnia optaretis, in meliore vestra fortuna de pace agitur. VAL. MAX. 3, 1, 1 (*antea narratur Lepidi pueri fortiter factum*) praecurrit -r Lepidus aetatis stabilimentum *eqs.* 7, 2, 3. 7, 2 ext. 2. QVINT. decl. 269 p. 99, 23 sustinebitis -r tormenta, fidelissimi comites, sustinebitis quaestionem *eqs.* PLIN. paneg. 62, 2. TERT. apol. 35, 1 propterea -r publici hostes Christiani, quia imperatoribus neque vanos neque mentientes ... honores dicant *eqs.* ieiun. 13 p. 291, 20 carn. 17 p. 453 Oe. AMM. 26, 2, 7 HIER. epist. 15, 3, 1. 16, 2, 1 ego -r, ut ante iam scripsi ... nunc barbaro Syriae limite teneor. 23, 3, 1 nunc -r pro brevi labore aeterna beatitudine fruitur. *β in interpretatione vel paraphrasi scriptorum*: QVINT. inst. 12, 1, 27 'tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem conspexere, silent ...' (*Verg. Aen. 1, 151*). habemus -r ante omnia virum bonum, post hoc adicit et dicendi peritum: 'ille regit dictis animos' *eqs.* decl. 297 p. 174, 21 (*interpretatur lex*) illa -r fuit cogitatio: meruit quidem qui eruit oculos, ut et ipse perdat *eqs.* 317 p. 242, 7 quid tandem dicit lex? 'qui ab hoste provocatus non pugnaverit'. ab hoste -r, non a transfuga. GAIVS dig. 9, 2, 2, 2 ut -r apparet, servis nostris exaequat quadrupedes. VLP. dig. 29, 4, 6. 47, 6, 1. TERT. pudic. 17 p. 257, 3 (*antea afferuntur Pauli verba*) -r semel Christo mortuo nemo potest ... delinquentiae ... reviviscere. CYPR. epist. 11, 2 p. 496, 24 LACT. inst. 1, 6, 5 CLAVD. DON. Aen. 7, 616 p. 91, 30 HIER. epist. 55, 4, 4. 65, 3, 1 AVG. civ. 7, 17 p. 296, 1 D. 15, 18 p. 96, 19 D. '*Enos* speravit invocare nomen domini dei' ... in spe -r vivit homo filius resurrectionis. 16, 37 p. 184, 16 D. (*antea attulit gen. 27, 27 sqq.*) benedictio -r Iacob praedicatio est Christi in omnibus gentibus *eqs.*

d *ponitur in explicatione vel adnotatione (fere i. q. 'enim explicativum' [vol. V 2, 568, 37]; in infimae aetatis exemplis*

[(Skutsch)-Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[infra l. 27 sqq.] propria vis voc. -r *perquam evanida et paene oblitterata esse videtur; priora dubitamus an sint partim [ex. gr. l. 6. 12] per paulo remissiorem cogitandi usum emissa. vicina sunt, quae extant sub 2 c β* (II) *p. 269, 50)*: CIC. fat. 24 *Epicurei* non concederent omnia ... fieri causis antecedentibus; voluntatis enim nostrae non esse causas externas et antecedentis. communi -r consuetudine sermonis abutimur, cum ita dicimus velle aliquid quempiam aut nolle sine causa *eqs.* Att. 6, 2, 7 equidem omnia feci, quae potui aut in mea provincia perficere aut in regno experiri. omni -r modo egi cum rege et ago cotidie *eqs.* VITR. 9, 1, 13 *solis* radii in mundo uti trigoni paribus lateribus forma lineationibus extenduntur. id autem nec plus nec minus est ad quintum ab eo sign⟨um⟩. -r s i radii per omnem mundum fusi circinationibus vagarentur neque ... ad trigoni formam linearentur, propiora *signa* flagrarent (10, 3, 3). VELL. 2, 112, 6 Romani virtus militis plus eo tempore ⟨sibi⟩(?) vindica⟨vit⟩ gloriae quam ducibus reliquit ... iam -r in dubiis rebus semet ipsae legiones adhortatae ... invasere hostes ... *et* ex insperato victoriam vindicaverunt. COLVM. 4, 28, 1 tempus ... pampinationis antequam florem vitis ostendat maxime est eligendum; sed et postea licet eandem repetere. medium -r eorum dierum spatium, quo acini formantur, vinearum nobis aditum negat. IVV. 13, 101 ut sit magna, tamen certe lenta ira deorum est; si curant -r cunctos punire nocentes, quando ad me venient? APVL. Socr. 22 p. 170 mirandum est, quod ea quae minime videri volunt nescire, discere tamen neglegunt ... -r cotidiana eorum aera dispungas: invenies *eqs. ibid.* p. 171. TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 523, 17. VEG. mulom. 4 pr. 3 *sine bobus* nec terra excoli nec humanum genus sustentari ... poterunt. cuncta -r legumina sive frumenta bobus merito aratrisque debentur. FRG. epist. Pelagian. (ed. Morin, Rev. Bénéd. 34, 1922, 270) II 154 qualiter se agere debent *filii*, domestico matris informentur exemplo. nulla -r bonae vitae maior hereditas est. AVG. civ. 10, 12 p. 422, 15 D. CLAVD. MAM. anim. 1, 6 p. 43, 11 nec hoc idem manus et tactus. -r tactu *eqs.* ORIBAS. syn. 4, 24 haec periculosae sunt; ledunt -r renes *eqs.* (μὲν γάρ; *cf. p. 270, 8*). *ibid.* omnia -r dulcia ledunt (γάρ; *rec. La* enim; *sic et* 4, 3. 5, 27). *inducitur exemplum (fere i. q.* '*ex. gr.*'): CIC. de orat. 1, 175 quae potuit -r esse causa maior quam illius militis? *eqs.* orat. 103 at haec interdum temperanda et varianda sunt: quod -r in accusationis septem libris non reperitur genus *dicendi eqs.* top. 32 ego a vestris exemplis nisi necessario non recedam. solebat -r Aquilius collega et familiaris meus *eqs.* ac. 2, 84. Tusc. 1, 4 summam eruditionem Graeci sitam censebant in ... cantibus; -r et Epaminondas ... fidibus praeclare cecinisse dicitur, Themistoclesque *eqs.* div. 2, 55 TAC. ann. 1, 74. MART. CAP. 7, 754 planum numerum Graeci dicunt, qui a duobus numeris continetur ... -r si in alterum latus quattuor, in alterum tres porriguntur *eqs.* *inducitur comparatio (aliter p. 260, 58)*: CIC. fin. 2, 56 *pecunia* vel cum periculo est quaerenda vobis; est enim effectrix multarum ... voluptatum. ut -r illis, qui recta ... statuunt per se expetenda, adeunda sunt ... pericula decoris ... causa, sic vestris *voluptatum causa* (Phil. 2, 55 Tusc. 5, 16 nat. deor. 2, 154. 157 LIV. 1, 28, 9. *cf.* -r ut: TAC. ann. 4, 33 FLOR. epit. 3, 5, 14 APVL. apol. 31 MIN. FEL. 36, 6). CIC. fin. 3, 66 *ne* inter nos viles neglectique simus ... q u e m a d m o d u m -r membris utimur ..., sic inter nos natura ... coniuncti sumus (Tusc. 4, 22 CAECIN. Cic. epist. 6, 7, 3).

e -r *ponitur pro* autem (*cf. p. 270, 15*): ITALA I Tim. 6, 8 (Ps. Hil. libell. 10) habentes -r victum et vestitum his contenti simus (δέ, VVLG. autem). PRISC. rhet. 1, 2 p. 551, 13 (δέ). VVLG. Rom. 15, 25 cum in Hispaniam proficisci coepero, spero quod ... videam vos ... nunc -r proficiscar in Ierusalem (νυνὶ δέ). SEDVL. op. pasch. 1, 18 p. 187, 8 auctor -r ... supplicium non evasit (*carm. pasch. 1, 206* sed ... mox). CASSIOD. Didym. in II Ioh. 9 p. 86, 26 quoniam qui manet in doctrina habet patrem et filium, manserunt -r (δέ) in doctrina eius apostoli ..., qui suscipit eos ... per hoc ... habet inhabitantem in eis filium simul et patrem. ORIBAS. syn. 6, 8 [med.] quod si ventris paciuntur constriccionem, adhibendus est clystiris ex mulsa et oleo; omnem -r corpus ... rarefacere non oportit (δέ). 6, 43 [init.] asperam linguam infundere oportit ...; melius -r iubat si *eqs.* (δέ, *rec. La* autem).

2 *usu magis certo et ad informandam orationem spectante*: **a** *conclusio vel complexio fit longioris seriei sententiarum (saepe ante novi capitis initium, ex. gr. l. 84. p. 266, 9. 16. 27)*: VARRO ling. 5, 12 -r initiorum quadrigae locus et corpus, tempus et actio. 10, 35 -r ratio quam dico utrubique, et in his verbis qui imponuntur et in his quae declinantur, neque non etiam tertia illa *eqs.* 10, 62. rust. 1, 15 -r p r i m u m haec, quae dixi, quattuor videnda agricolae, de fundi forma *eqs.* (*cf.* primum -r: RHET. Her. 2, 12, 17 CIC. off. 1, 10). RHET. Her. 3, 6, 11 erit -r haec confirmatio ⟨et confutatio⟩ nobis in huiusmodi causa. 4, 10, 15 -r genera figurarum ex ipsis exemplis intellegi poterant. 4, 43, 56. 4, 44, 56 hoc modo -r septem partibus tractabitur. 4, 44, 58. CIC. inv. 1, 59 quinquepertitam -r hoc pacto putant esse orationem. 1, 67. 1, 86. 2, 61 tres -r haec constitutiones, quae partes non habent, ad hunc modum tractabuntur. S. Rosc. 52 (*ironice*). 92 v i d e o -r causas esse permultas, quae istum impellerent; videamus nunc *eqs.* (Verr. II 3, 221 v i d e t e -r, quam *eqs.*

[Caec. 8; *cf. p. 270, 19*]. II 4, 14 Cluent. 119. Sest. 126 v i d e t i s n e -r [rep. 2, 21. 47 fin. 4, 72 Tusc. 2, 53 *al.*]. har. resp. 50 Q. CIC. pet. 7 FRONTO p. 141, 13 HIER. epist. 32, 1, 3). Verr. II 2, 165 i a m -r est ita perspicuum ut negare non possis nullam tibi statuam voluntate ... datam (II 3, 152 tenetur -r iam ... avaritia. Manil. 46. LVCR. 1, 907 iamne vides -r [2, 277 *al.*]. 3, 237. QVINT. inst. 12, 10, 21 non -r iam. decl. 339 p. 340, 28). II 3, 178 tenetur -r aliquando, et in rebus ... manifestis tenetur. leg. agr. 2, 31 sunt (*Ee*, sint *cett.*) -r decemviri neque veris comitiis ... neque illis ... adumbratis constituti. v i d e t e nunc *eqs.* (dom. 14). Sest. 132 h a b e s -r, quod ex me quaesisti (Lig. 2 rep. 2, 49 leg. 2, 68 Brut. 116 TERT. nat. 1, 10 p. 76, 9). de orat. 1, 51 quidquid erit -r quacumque ex arte, ... orator id ... dicet melius ... quam ipse ille eius rei inventor. 2, 105. 247. orat. 14. 28. 42. 101 is erit -r eloquens, ut idem illud iteremus, qui poterit parva summisse ..., magna graviter dicere. fin. 4, 73 Piso -r hoc modo (*sc. dicebat*) ... nos paucis ad haec additis finem faciamus. Tusc. 1, 108 t o t u s -r hic locus est contemnendus (2, 53 off. 2, 60). Cato 34 nat. deor. 3, 15 div. 1, 66. fat. 30 o m n e s -r istius generis captiones eodem modo refelluntur (LVCR. 6, 816 Ov. Pont. 4, 10, 7 LIV. 45, 32, 6 COLVM. 9, 10, 2). off. 1, 78. Att. 2, 11, 2 haec -r (*sc. scire te volui*). 6, 3, 2 magna -r, ut vides, sollicitudine adficior. 6, 3, 3 hoc est -r eiusmodi. 6, 3, 9. 12, 12, 1. 13, 46, 1 epist. 7, 21. 13, 69, 2 ut -r eum recipias in fidem, ... te vehementer etiam atque etiam rogo. CIC. fil. epist 16, 21, 1. LVCR. 1, 328 corporibus caecis -r natura gerit res 4, 87. 5, 49 haec -r qui c u n c t a subegerit (Ov. trist. 4, 6, 17). NEP. Att. 3, 3. Ov. epist. 16, 131 prima mea est -r Veneri placuisse voluptas; proxima *eqs.* 17, 167 MANIL. 1, 202. VAL. MAX. 2, 7, 10 humanae -r imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas (*antea fabula narratur, quae id ipsum docet. sim.* 5, 6 ext. 4. 7, 5, 2. 8, 12, 1). SEN. dial. 2, 3, 5 hoc -r dico, sapientem nulli esse iniuriae obnoxium. 10, 10, 6 COLVM. 4, 25, 3 PLIN. nat. 2, 166. MART. 7, 47, 9 (*Licinius iam pro mortuo defletus vitae redditus est*) scis -r, quantas hominum mors falsa querellas moverit, et frueris posteritate tua. QVINT. inst. 12, 10, 69 decl. 249 p. 22, 24. 254 p. 41, 30 IVV. 11, 108 TAC. hist. 2, 84. 4, 70 APVL. flor. 16 p. 75 TERT. pudic. 20 p. 266, 11. HIL. in Matth. 14, 6 p. 998 [A] -r haec ut commemoravimus gesta sunt.

b *functio* ***anaphorica***: α -r *accedit ad quodlibet membrum anaphorice positum post interruptam orationem*: (I) *post digressionem (cf. p. 270, 11)*: VARRO ling. 5, 21 terra dicta ab eo ..., quod teritur. itaque tera in augurum libris scripta cum R uno .... -r tera terra *eqs.* 6, 56. CIC. Catil. 1, 9 dico te priore nocte venisse ... in M. Laecae domum ... fuisti -r apud Laecam illa nocte. Flacc. 37 haec quae est a nobis prolata laudatio obsignata erat creta illa Asiatica ... nostra -r laudatio ... consignata creta est. dom. 12 Sest. 32 Phil. 2, 41 de orat. 1, 207. 228 *Rutilius* Servium Galbam ... reprehendere solebat, quod ... reprehendebat -r Galbam Rutilius *eqs.* orat. 101 is est ... eloquens, qui ... is erit -r eloquens, ut item illud iteremus, qui poterit *eqs.* parad. 33. Tusc. 1, 3 serius poeticam nos accepimus. *seq. exempla.* sero -r a nostris poetae vel cogniti vel recepti. 1, 83 nat. deor. 1, 59 div. 1, 62 off. 2, 50. Att. 10, 9, 3 Melitam ... opinor capessamus ... Melitam -r, deinde quo videbitur. 12, 18, 1 de fano illo ... tantum quantum me amas velim cogites. equidem ... dubito ... de loco nonnumquam. velim -r cogites. 13, 49, 1 Atticae multam salutem, quam ego ruri esse arbitror, — multam -r salutem —, et Piliae. 16, 6, 1 perveni ... ad Siccam ... veni -r ad Siccam .... IX. kal. -r ad Siccam. SALL. Iug. 96, 1 L. Sulla quaestor cum magno equitatu in castra venit. *seq. de natura cultuque Sullae.* -r Sulla, u t i s u p r a d i c t u m e s t, postquam in ... castra Mari cum equitatu venit *eqs.* (CVRT. 9, 10, 24. *cf.* NEP. Hann. 3, 1 hac -r qua diximus aetate cum patre in Hispaniam profectus est. COLVM. 5, 1, 8 -r, u t d i x i m u s, *eqs.* [7, 3, 7 QVINT. inst. 3, 4, 12 TAC. hist. 5, 11 APVL. Socr. 11 p. 145]. *cf. infra l. 72*). Ov. fast. 6, 141 COLVM. 1, 2, 1. 2, 4, 3 PLIN. nat. 5, 100 IVV. 6, 92. FRONTO p. 57, 7 N. Cato quid dicat de Galba absoluto ... Cato -r *eqs.* p. 120, 18. VLP. dig. 4, 4, 3, 1. *et al.* *nota usum strictiorem*: LIV. 42, 11, 2 Attalum, regis Eumenis fratrem, legatum venisse Romam Valerius Antias ... scribit ... plures annales et quibus credidisse malis, ipsum Eumenem venisse tradunt. Eumenes -r ut Romam venit *eqs.* QVINT. inst. 2, 14, 5 (*an Graeco nomine utendum*) -r rhetorice (iam enim sine metu cavillationis utemur hac appellatione) *eqs.* 9, 2, 44. OPTAT. 1, 4 p. 6, 3 tamen, ut supra diximus (*cf. supra l. 59*), fratres sunt. frater meus -r Parmenianus *eqs.* (II) *post parenthesin (v. et p. 267, 8)*: CIC. Cluent. 12 Sassia, mater huius Habiti — mater enim (*seq. multa*) — e a -r mater Habiti *eqs.* (rep. 2, 4 Tusc. 2, 51 fat. 37). dom. 96 dicendum -r est id quod non dicerem nisi coactus — nihil enim umquam de me dixi sublatius ... — dico -r et quam possum maxuma voce dico. Sest. 87 Mil. 79 de orat. 2, 263. fin. 2, 29 voluptatem illam, qua sublata neget se intellegere ..., quid sit bonum — eam autem ita persequitur: ... — h o c -r, quod solum bonum ... novit, idem non videt ne expetendum quidem esse (5, 96). 2, 74. 4, 38 s i cultura vitium, cuius ... — sed sic intellegamus — licet enim ... fingere aliquid docendi causa — s i -r illa cultura vitium *eqs.* (ac. 2, 22 fat. 14 off. 1, 121). ac. 2, 18. Tusc. 4, 34 quando ... — pleraeque enim ... —

[(Skutsch)-Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quando -r virtus est adfectio animi. 4, 53 Att. 16, 3 1. epist. 1, 9, 23 scripsi etiam — nam ... — scripsi -r Aristotelio more. *al.* APVL. apol. 37 Sophocles poeta Euripidi aemulus et superstes — vixit enim ad extremam senectam — cum -r accusaretur a filio *eqs.* (*cf.* 49 Plato philosophus in illo praeclarissimo Timaeo caelesti quadam facundia universum mundum molitus, -r [⟨is⟩ -r *Ellis*] postquam *eqs.* flor. 22 p. 102 -r [⟨is⟩ -r *Rohde*] priusquam). EPIPHAN. Hier. epist. 51, 1, 5. (III) *post anacoluthon* (*antecedit parenthesis l. 11. 15. 18. v. et p. 261, 42*): VARRO ling. 8, 13 cum de his nomen sit primum — prius enim nomen est quam verbum temporale, et reliqua (*sc. partes orationis*) posterius quam nomen et verbum — prima -r nomina; quare *eqs.* orat. 46 quoniam, quidquid est ..., in eo aut sitne aut quid sit aut quale sit quaeritur: — ... quibus ut uti possit orator, ... a propriis personis et temporibus ... avocet controversiam; latius enim ...; — haec -r quaestio a propriis personis et temporibus ad universi generis rationem traducta appellatur θέσις (ac. 2, 97 nat. deor. 1, 45. 2, 65 epist. 15, 21, 2). Brut. 287. fin. 2, 107 nihilne te delectat umquam — video quicum loquar — te -r, Torquate, ipsum per se nihil delectat? 3, 17. 3, 21 summum ... bonum, quod cum positum sit in eo, quod ... — cum -r in eo sit id bonum, quo omnia referenda sint (3, 26). ac. 2, 21 Tusc. 1, 30. 3, 21. div. 2, 72 sed quia cum pascuntur necesse est aliquid ex ore cadere et terram pavire ... — cum -r offa cecidit ex ore pulli, tum *eqs.* fat. 8 quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios ... — quoniam -r, inquit, tantum natura a natura distat *eqs.* Att. 10, 3. VITR. 9, 8, 13 COLVM. 2, 17, 4. SIL. 12, 441 classem, quae condita portu astabat — namque angustis e faucibus aequor erumpit ... — inclusas -r ... claustris maris extulit astu ... carinas. FRONTO p. 45, 16 N. APVL. flor. 2 p. 8. 16 p. 62. Socr. 17 p. 158 *cum Agamemnon et Achilles dissident*, desideraturque vir facundia laudatus ..., qui ... permulceat, quis -r tali in tempore me⟨dius⟩ ad dicendum exor[ta]tus est? BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 15 p. 42, 12. 2, 3 p. 90, 9.

b *interrogatur 'ubi'*: LIV. 3, 28, 8 hic instabat nova pugna; -a nihil remiserat prior. SEN. nat. 5, 16, 2 'una Eurusque Notusque ruunt *et* Africus' et qui locum -a (in illa rixa *al.*) non habuit Aquilo. TAC. Germ. 34 Oceanum -a temptavimus. hist. 5, 18 solidum -a *esse sc. extremo paludis.* PLIN. epist. 2, 17, 18 hac vel -a. 8, 20, 7 modo hac modo -a. VOPISC. quatt. tyr. 8, 2 (illi *Σ*). ITIN. Alex. 21[in.] ipse Hammonis sacrum ..., ut -a sibi opinio patris staret, ... contendit.

2 *de modo*: SEN. contr. 9, 4 (27), 22[extr.] facile tyrannidem effugissem -a, qua frater effugerat (*qui se praecipitavit*). SEN. epist. 71, 5 si ... virtutem adamaveris ..., quicquid -a contigerit, id tibi, qualecumque aliis videbitur, faustum felixque erit. QVINT. decl. 246 p. 8, 29 illa potione consumptum tota civitas ad rogum tulisset ... -a dicerent homines 'non tulissemus haec, si vixisset'. *Bulhart.*

2. ?illa (hilla? *Linds.*) σκώληξ κλ[ε]ίνης GLOSS.[L] II Philox. IL 14. *Hesych.* ἴληοι (εἰλύιος, ἐλειός) 'σκώληκες ἐν ταῖς δρυσί' *confert Buecheler in Thes. gloss. s. v.*

illabefactus, -a, -um *ab* in *et* labefactus. *i. q. non labefactus, inviolatus*: Ov. Pont. 4, 8, 10 adfinia vincula ..., quae semper maneant -a, precor. 4, 12, 30 concordia ... venit ad albentis -a comas.

***illābor,** -āpsus sum, -ī *ab* in *et* labi. *scribitur* -bsus: *e. g. l. 60 sq.* -psurus: *p. 334, 15.* *inde a* CIC.

I *proprie de motione corporali*: **A** *de animantibus i. q. incidere, (furtim) intrare, infundi, delabi sim.*: GERM. 276 Ledae thalamis qui -psus adulter ... volucer (STAT. Theb. 1, 602 CLAVD. 15, 226). SEN. benef. 6, 34, 3 qui per fores ... non intrat, sed -itur. STAT. Theb. 1, 294 regnis ... -psus opacis *Mercurius* (*cf.* 7, 6 medium rapido Borean -ere saltu. CLAVD. rapt. Pros. 3, 3 *Iris* colorato Zephyros -psa volatu. 3, 330 *Ceres* iugis -itur Aetnae). 10, 278 hunc ... -psum clipeo. 12, 112 tristibus -ens (*fere i. nixa*) famulis iterumque resurgens *Argia*. CLAVD. 24, 367 antemnis -itur (*i. implicatur*) ebria serpens. PAVL. NOL. carm. 17, 105 ibis -ens pelago iacenti. PS. PHOEBAD. fid. 8 p. 45[B] cum -psus est in Mariam *filius* (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 140 p. 576[B] *et p. 334, 7*). *audacter*: LVCAN. 5, 281 (*de moriente*) coniugis -i lacrimis.

B *de rebus*: **1** *generatim i. q. incidere, inferri, delabi, irruere sim.*: CIC. nat. 2, 135 stomachus, quo primum -untur ea, quae accepta sunt ore. VERG. Aen. 2, 240 *machina* mediae ... -itur urbi. HOR. carm. 2, 17, 27 truncus -psus cerebro. 3, 3, 7 si fractus -atur orbis. SEN. nat. 3, 16, 4 hiatus, qui saepe -psas urbes receperunt. SIL. 14, 428 fervor per ... taedas -psus. STAT. Ach. 1, 138 tepet -entibus astris Pontus (*cf.* AVIEN. Arat. 1057 *Zodiacus* -ens pelago. 1623 -psum *Phoebum* [*cf. Arat. Phaen. 859* κατερχομένου]). SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 165 Palladium ... videbatur ponti -bsum. PRVD. cath. 4, 39 -psis (-bsis *A ut saepius*) dapibus (*cf.* 4, 87 escae. 5, 98 cibus). MART. CAP. 8, 838 Draco, qui inter utramque *Septentrionem* flexuosus -itur (*i. imminet*). EVSTATH. Bas. hex. 4, 4 p. 906[A] aer licet singulis corporibus sit -psus (διήρηται; *cf.* 8, 7 p. 954[A] per ... pectus). **2** *speciatim de liquidis i. q. influere, infundi*: SEN. dial. 6, 17, 3 -psum (in ipsum *A*) terris flumen *Alpheum.* LVCAN. 1, 475 qua Nar Tiberino -itur amni (*cf.* SIL. 4, 647. 8, 454 medios *fluvios Vmbriae* -itur *Tiberis*). PLIN. nat. 5, 113 -itur mari *Maeander* (TAC. hist. 5, 7). HIL. in Matth. 6, 6 pluviis -entibus (*cf.* AVIEN. orb. terr. 75 undis. 180 fluctu. PRVD. perist. 10, 1032 per frequentes mille rimarum vias -psus imber). AVIEN. ora 395 nostrum in orbem vis profundi -itur (*cf.* orb. terr. 173 unda lacunas. MEROB. pros. frg. 2 B 9 qua Salonas usque per anfractus terrae pronum pelagus -itur).

II *translate de infusione spirituali et figurali i. q. influere, (in animum) infundi, delabi*: **A** *generatim*: CIC. leg. 2, 39 pernicies -psa ⟨in⟩ civium animos. fin. 1, 39 quae *voluptas* quasi ... ad eos *sensus* cum suavitate afflueret et -retur (SIL. 15, 95. HIL. in Matth. 6, 6 blandarum et sensim -entium v. SYMM. epist. 4, 20, 1). SIL. 11, 400 -psos ... per viscera luxus. MIN. FEL. 26, 12 amorem ... -i pectoribus. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 176, 13 -psos ... curare languores. AVG. doctr. christ. 1, 13, 12 ut id, quod in animo gerimus, in audientis animum per aures carneas -atur (*cf.* MACR. somn. 2, 5, 13 BOETH. cons. 1, 4, 1). CASSIOD. in psalm. 17 div. in rorem misericordiae vox domini salvatoris -itur. GREG. TVR. glor. mart. 95 unum tantum murmur orationis caelo ab arcanis pectoris -batur. *nota: de sidere fere i. q. radios fundere*: AVIEN. Arat. 740 blandus ... -itur herbas Sirius. *de scriptore i. q. se insinuare, diffundi*: CASSIOD. inst. div. 28 p. 1143[A] Columella sexdecim libris per diversas agriculturae species ... -itur.

B *speciatim de inspiratione et descensione divina* (*cf. p. 333, 49; in invocatione l. 9. 12. 16. 18. 21*): VERG. Aen. 3, 89 da, pater, augurium atque animis -ere (GLOSS.[L] III Abstr. IN 131 infundere, influe[re]) nostris. GENNAD. dogm. 50 [83] daemones per energiam non credimus substantialiter -i animae *eqs.* PAVL. NOL. carm. 29, 3 tacito mea corda -ere flatu, *Felix.* HYMN. Ambros. I 7, 5 verusque sol -ere (AVG. in euang. Ioh. 19, 10 -entem cordibus nostris solem nostrum). PS. RVFIN. in Os. 6, 1 *deus* tribuendis copiis -atur instar imbris. PRVD. apoth. 58 deus -psurus in artus spiniferos (*sim.* 103). perist. 5, 565 paulisper huc -ere, *Vincenti.* cath. 7, 55 -psa terris ... veritas. psych. 818 hominis ... filius arce aetheris -psus. MART. CAP. 6, 574 ad proprium dignata -ere munus, *Pallas*, inspirans *eqs.* LEO M. serm. 75, 1 in apostolos ... spiritus sanctus -psus est. MAR. VICTOR aleth. 1, 214 caelo -psa patenti maiestas. ENNOD. dict. 2, 9 p. 432, 24 ad consecrationem operis tui plenus -ere, *domine.* GREG. M. moral. 17, 51 ad interna cordis ... -itur *hostis.*

structurae: *quaeritur 'quo'*: *dat.*: *passim inde a* VERG. (*v. p. 333, 54*). *acc.* (*cf. C. F. W. Müller, Synt. d. Nom. u. Akk. 137*): *l. 4. 12. p. 333, 44 sq. 68. 72. adde* PS. PROSP. carm. de prov. 227. ad: *l. 22. cf. p. 333, 78.* in *c. acc.*: *l. 15. 19. p. 333, 49. 72. 77. 83 sq. adde l. 16. p. 333, 53.* inter: *p. 333, 62.* usque: *p. 333, 73.* *'unde'*: *abl.*: *supra l. 17. 20.* ab: *supra l. 2.* *'qua via'*: per: *p. 333, 42. 65. 70. 73. 80. 83.* *'quam ad rem'*: *dat.*: *supra l. 14.* ad: *supra l. 18. 20.* *absol.*: *l. 12. p. 333, 56. 58. 61. 69. 79. 81.*

deriv.: illapsus.

illabōrātus, -a, -um *ab* in *et* laboratus. **1** *i. q. non cultus, inelaboratus, simplex*: *proprie*: SEN. epist. 90, 40 terra ipsa fertilior erat -a. QVINT. 12, 10, 79 (*in imag.*) fructus -i offerunt sese et omnia sponte proveniunt. *transl.*: SEN. epist. 75, 1 qualis sermo meus esset, si una ... ambularemus, -us et facilis (*opp.* accersitum, fictum. *cf.* QVINT. inst. 4, 1, 60 neque tamen deducta semper atque circumlita *debet esse oratio*, sed saepe simplici atque -ae similis). **2** *i. q. sine labore paratus, obvius*: QVINT. inst. 10, 1, 111 haec omnia, quae vix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt -a (*sc. in Ciceronis orationibus*). 12, 2, 2 scilicet ut ... virtutem ... obviam et -am ... habeamus. PANEG. 11 (3), 23, 2 nobis quoque, cum agrum non nostris manibus excolamus, haec -a nascuntur. AVG. c. Iul. op. imperf. 6, 27 p. 1567, 49 etiam in paradiso noluit *hominem* ... deus pabula examussim -a suscipere. THEOD. PRISC. eup. faen. 4 simplicem curationis viam -amque. -um est, quod: BOETH. mus. 1, 1 p. 179, 2 -um est ..., quod sensum percipiendis sensilibus rebus adhibemus (*opp.* non obvium). **3** *neutr. pro adv.*: PS. VARRO sent. ed. Germann 117 ex -o maxima attingere desiderat omnis otiosus (149).

illabōriōsus, -a, -um *ab* in *et* laboriosus. GLOSS. II 222, 8 ἀκάματος, -us, indefe[n]⟨s⟩us. *i. q. non laboriosus*: CLAVD. MAM. anim. 3, 16, 10 p. 187, 21 sine hoste pugnare cassa contentio est et virium frustratio, quod ita erit inglorium ut -um (*CG*, laboriosum *rell.*).

illabōro, -āre *ab* in *et* laborare. *i. q. sudare, laborare in alqa re*: TAC. Germ. 46 (*de Fennis*) ingemere agris, -are domibus. EVGRAPH. Ter. Eun. 312 si talis haec res est, ubi omnes tuos cogitatus possis intendere et plurimum -are (*syn.* laborandum). *O. Prinz.*

illāc *adv. ab* ille. GLOSS. ἐκεῖσε. ἐκείνῃ ἐπίρρημα. *de accentu cf. Fraenkel, Iktus u. Akz. 273.* *ante vocal. locis 3* (-c) + *9* (hac ... -c *sim.*), *ante cons. 17* + *20.* *codd. variant inter* -c *et*: illa: PLAVT. Most 931. 1044 Persa 679 Truc. 248 Manil. 1, 730. 3, 309 CELS. 7, 7, 14[A] PLIN. epist. 2, 17, 18. 8, 20, 7 TERT. resurr. 34 p. 74, 18 IVL. VAL. 1, 9 p. 20, 5 (illac *E, Kroll*, illa *P*, aliter *T*). illi(c): CIC. Att. 7, 3, 5 OV. met. **4, 435** MANIL. 3, 309 PS. CYPR. aleat. 6. illuc: Ov. met. **4, 435**. AVG. anim. 4, 17, 25 huc atque illuc. illo(c): Ov. met. 8, 186 SEN. nat. 7, 21, 2. *legitur inde a* PLAVTO, *non post* AVG., *ut videtur, certe deesse apud* GREG. TVR. *dicit Bonnet.* NOT. Tir. 8, 95. [*ex coni.*: STAT. silv. 4, 4, 8 (ille *M*, illic *ς*)]. [*it. francogall.* là, *hisp.* allá. *M.-L.*] *cf.* illactenus, postillac.

A *de loco*: **1** *subest notio directionis*: **a** *i. q. illa via* (*cf.* GRAMM. suppl. 155, 18 ad locum: huc illuc ..., per locum: hac -c): PLAVT. Asin. 742 angiporto -c per hortum circumi⟨i⟩t (Merc. 1009. Most. 931 per posticum. 1044 Persa 679 Truc. 248). Cist. 679 utrum hac an -c iter institerit ([Rud. 213]. Cas. 968 hac iter faciundumst, nam -c lumbifragiumst obviam [LVCR. 6, 994]. PANEG. in Mess. 96 sive hac sive -c veniat. Ov. epist. 10, 83 *venient* aut hac aut ... -c. CHIRON 92 ne ... nec hac nec -c exire possit). Ov. met. 4, 435 est via ... descendunt -c (SEN. dial. 5, 15, 4). 8, 186 ibimus (MANIL. 1, 730). APVL. met. 6, 29 ITALA Luc. 19, 5 (cod. d). **b** *interrogatur 'quo'* (hac -c, hac atque -c *sim. v. s. v.* hac): LIV. 10, 27, 9 -c fuga ... vertit, ubi ...; hinc *Mars victoriam nobis ostendit.* TERT. adv. Val. 26[in.] animali ... inter materialem spiritalemque nutanti et -c

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

debito, qua plurimum adnuerit (*Iren. 1, 6, 1* ἐκεῖσε χωρεῖν, ὅπου ἂν *eqs.*). 2 *interrogatur* 'ubi' (hac atque -c *sim. v. s. v.* hac). *i. q. ibi, illic*: COM. pall. inc. 74[b] hic ager est, ubi stas. pone versum -c mare est (*cf.* TERT. adv. Val. 8 p. 185, 23 hac Sermo et Vita decuriam Aeonum simul fundunt, -c Homo et Ecclesia duos amplius. Ps. CYPR. aleat. 6[extr.] hic concrepat aleae sonus, -c silentio operatur incestus; hic ... illic *eqs.* AVG. serm. 6, 4, 5 -c *vocatur deus* hoc *sc.* '*sum*' et ecce hac aliud nomen 'ego sum deus Abraham'). CIC. Att. 7, 3, 5 omnis *malos* ... -c (*i. cum Caesare*) facere, ... hic (*i. in Pompei partibus*) omnia facere omnis, ne *eqs.* (*v. Müller ad l.*).

B *de modo*: TERT. idol. 13[extr.] sive hac sive -c, reus es confusionis. resurr. 34 p. 74, 18 hac an -c hominem perditio depostulet. *Bulhart.*

illacerābilis, -e *ab* in *et* lacerabilis. *quod lacerari nequit*: SIL. 5, 138 spolium, quod rege ... caeso capiti -e (*OV*, illetabile *L*) victor aptarat.

illacessītus, -a, -um *ab* in *et* lacessitus. *i. q. non lacessitus*: TAC. Agr. 20 civitates ... castellis ... circumdatae tanta ratione curaque, ut nulla ante Britanniae nova pars ⟨pariter⟩ -a transierit. Germ. 36 Cherusci nimiam ac marcentem diu pacem -i nutrierunt.

illacrimābilis, -e *ab* in *et* lacrimabilis. GLOSS. II 218, 10 ἀδάκρυτος, -is, infletus. 1 *active de eo, qui non lacrimat*: HOR. carm. 2, 14, 6 si trecenis ... plācas -em Plutona tauris. 2 *passive i. q. indefletus, indeploratus*: HOR. carm. 4, 9, 26 omnes -es urgentur ignotique longa nocte. AVSON. 253, 3 perpetuum mihi ver agit -is urna. HEGES. 1, 45, 10 neminem futurum in universa Iudaea ..., cui mors eius esset -is.

*illacrimo (-or: *l. 29*), -āvī, -ātum, -āre *ab* in *et* lacrimare. *depon.* -ari: CALL. dig. 1, 18, 19, 1; -atum: IVST. 11, 12, 6. *cf. infra l. 53. de formis contractis v. Neue-Wagener IV*[3] *p. 172; adde e. g.* LIV. 45, 4, 2 PLIN. epist. 3, 7, 13. GLOSS.[L] III Abstr. IN 139 -vit: in fletum erupit. *inde a* CIC.

I *proprie de affectu (fere de hominibus; de dis: infra l. 40. 59. 63; de bestiis: infra l. 57; de rebus: infra l. 49) i. q. in lacrimas effundi, deflere*: **A** *absol.*: CIC. Cato 27 *Milo Crotoniates* dicitur -ans ... dixisse *eqs.* (*cf.* VERG. Aen. 9, 303. 11, 29 PROP. 2, 1, 77 *al.*). HOR. sat. 2, 5, 103 si paullum potes -are, est gaudia prodentem voltum celare. SEN. Tro. 615 maeret, -at, gemit *Andromacha*. VAL. FL. 3, 716. SIL. 2, 676 arma viri ... imponit tumulo -ans *Tiburna*. 3, 440 supremum -ans *Hercules*. 5, 204 Venus. 6, 394. STAT. silv. 1, 2, 124 nec virides satis -are sorores *Heliades*. Theb. 3, 546 quid furtim -as (*PΣ*[1], lacrimas *ω*)? TAC. hist. 3, 84 laniata veste ... ducebatur *Vitellius*, multis increpantibus, nullo -ante. ANTH. 409, 2 -ans cineri munera mitte meo, *Corduba*. HIL. in psalm. 68, 12 Lazarum excitaturus -at *Iesus* (*cf. Vulg. Ioh. 11, 35* lacrimatus est). HEGES. 1, 36, 2 subito. PRVD. perist. 10, 707 minaces verberantium genas -asse (*cf.* ENNOD. epist. 2, 1, 1 p. 38, 11 lumina. VEN. FORT. carm. 4, 7, 1 oculi. *cf. infra l. 72. 78*). *add. abl. loci*: VERG. georg. 1, 480 maestum -at templis ebur aeraque sudant. STAT. silv. 5, 1, 163 anxius omnibus aris -at. *abl. modi*: SIL. 1, 604 talibus -ant ... querelis *legati*.

B *add. causa -andi*: 1 *dat.*: CIC. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 21), 23 -a (*cf. Soph. Trach. 1070* οἴκτιρον) patris pestibus, miserere (*syn.* **flebunt**). **nat. deor. 3, 82** ***Socratis*** **morti -are (*P*, -ri *AVB*) soleo Platonem** legens (LIV. 40, 56, 6. TAC. ann. 14, 10 [morte *M*]. IVST. 11, 12, 6 [morte(m) *codd.*]. *cf.* TAC. ann. 12, 47 caedibus parentum). NEP. Alc. 6, 4 ut nemo tam ferus fuerit, quin eius casui -arit (casum lacr. *codd.*). OV. trist. 5, 8, 6 mala ... nostra, quibus possunt -are ferae. LIV. 45, 4, 2 sorti (-is *V*) humanae. SIL. 2, 476 -at ... nequiquam casibus urbis *Hercules*. 2, 619 sceleri. SVET. Vesp. 15 iustis suppliciis -vit etiam et ingemuit *Vespasianus*. CALL. dig. 1, 18, 19, 1 (*vix abl.*) neque precibus calamitosorum -ari *iudicem* oportet (*opp.* excandescere). PANEG. 8 (5), 7, 1 *regionibus*. AVSON. 220, 2 -ans bustis funeris ipsa (*sc. Virtus*) mei. 2 *abl.* (*cf. l. 60*): LIV. 25, 24, 11 Marcellus ... -asse dicitur partim gaudio (*cf. infra l. 69*) tantae perpetratae rei, partim vetusta gloria urbis. AMBR. exc. Sat. 1, 11 *dominus* nostro, non suo -vit adfectu (*seq.* lacrimavit in). 3 *acc.* (*cf.* ingemiscere *sim.*; *v. et supra l. 55*): AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 8 Christus ... crucifixus -bat populum. 4 *praep.*: prae: HEGES. 1, 36, 2 ut prae gaudio (*cf. supra l. 64*) populum crederet -asse. in *c. abl.*: ENNOD. epist. 1, 14, 3 p. 25, 10 in cuius aegritudine quamvis cuncta -ret ecclesia. *adde* OROS. hist. 3, 20, 5 in relatu tanti mali ... numquid -vi oculis? pro: ENNOD. opusc. 2, 63 p. 307, 12 pro quo orbis -at. 5 *enunt.*: *acc. c. inf.*: TAC. ann. 2, 71 si quos ... invidia erga viventem movebat, -bunt quondam florentem ... cecidisse. AMBR. obit. Valent. 3. quod: PLIN. epist. 3, 7, 13 Xersen ... -asse, quod tot milibus tam brevis immineret occasus.

II *translate de stillicidio i. q. defluere, stillare* (*cf. supra l. 49*): CELS. 2, 6, 3 oculi ... lumen refugiunt et -ant (*cf. supra l. 48*). COLVM. 10, 25 fons -et putei non sede profunda. GARG. MART. med. 44 gummis gutta, quam persici truncus -at (*sim.* 52). AMBR. hex. 3, 15, 63 diversum ... lacrimarum genus virgulta ferularum ... quadam vi naturae secretioris -ant. CASSIOD. var. 12, 4, 5 distillat *uva* gemmis comparem liquorem, iucundum nescio quid -at.

syn.: distillare, flere, lacrimare, sudare. *opp.*: excandescere.

illacrimōsus, -a, -um *ab* in *et* lacrimosus. *i. q. indefletus*: AMM. 14, 11, 24 Barbatio ... damnatus ... Caesaris mānibus anima -o obitu parentavit. *O. Prinz.*

illāctenus *ab* illac *et* tenus. GELL. 16, 19, 11 navitas precum eius ... commiseritum esse -s (illatenus *X*), ut ei necem adferre ... temperarent *eqs.* *cf.* illatenus. *Bulhart.*

1. illacto, -ātum, -āre *ab* in *et* lactare. *i. q. lacte alere*: VEREC. in cant. 4, 2 populus ..., qui est in vulva ecclesiae et eius uberibus -tus (*ibid.* nutriuntur).

2. illacto *v.* illecto.

illaedibilis, -e *ab* in *et* laedere. *quod laedi nequit*: ISID. ord. creat. 10, 9 corpus ... immortale et invulnerabile et -e.

illaesibilis, -e *ab* in *et* laedere. *i. q. inviolabilis*: TERT. adv. Val. 27 p. 203, 23 Soter quidem permansit in Christo impassibilis, -is, inadprehensibilis. LACT. ira 17, 14 *ira* in deo esse non potest, quia -is est (*opp.* fragilis).

illaesio *v.* illisio.

illaesūrus, -a, -um. [*per analogiam ad* illaesus '*non laesus*' *adiectum. J. B. H.*] *qui non laedet*: DRAC. laud. dei 2, 177 Africus ... -us adest.

*illaesus, -a, -um *ab* in *et* laesus. *scribitur in codd. interdum* -les- *ut* SEN. dial. 1, 2, 6 *al.* inl-: INSCR. christ. Diehl 1781. *figura q. d. litotes: l. 79. p. 337, 4; pro subst.: l. 36. p. 337, 25.* *inde a* TIB. *et* OV. [*ex falsa coni.*: NAEV. trag. 18.]

I *proprie de integritate corporis et rerum corporearum*: **A** *generatim i. q. invulneratus, inoffensus, incolumis sim.*: 1 *de animantibus eorumque corporibus et membris*: TIB. 3, 9, 18 -us abibit ... aper. EPIST. Sapph. 168 -o corpore pressit aquas *Deucalion* (PLIN. epist. 6, 16, 20 [*syn.* integrum]. SVET. Claud. 16, 3. TERT. anim. 58 p. 395, 1 [*opp.* afflicto]. CLAVD. DON. Aen. 9, 490 p. 253, 24 [*opp.* lacerum]. AVG. pat. 8, 8 -o et intacto c.; *cf. l. 73. p. 337, 9*). OV. fast. 6, 499 excipit -os (*sc. Inonem et Melicertem*) Panope. met. 12, 489 artus (*syn.* inperfossus, incruentatus). SEN. epist. 66, 25 ut magis diligas integrum omnibus membris et -um *virum* quam debilem aut luscum. PLIN. nat. 15, 136 gallinam (*cf.* PALLAD. 1, 26, 2 *turdi*). 23, 56 *homo* sentiebat ictum *aspidis*, alias -o similis. SIL. 5, 125 ad moenia Romae -us contendat iter *Poenus*? (*cf.* SALV. gub. 7, 53 *gentes* -ae a nobis ... cuncta vastaverunt. CORIPP. Ioh. 6, 393 gens ... multos ... -a per annos). 13, 14 miles ... -e. STAT. Theb. 12, 38 quibus est -a domus (*i. familia*; *cf. infra l. 60*). 12, 257 -as si reddis coniugis umbras. MART. 14, 200, 2 leporem. FIRM. math. 1, 9, 1 ille occasum patitur -us. HIL. in Matth. 16, 2 integer et -us ... evadit *Ionas*. VEG. mil. 3, 24 p. 118, 8 absque vulneribus *beluae* capiebantur ⌊-ae⌋ (*secl. Lang*). VVLG. sap. 19, 6 ut pueri tui custodirentur -i (ἀβλαβεῖς). II Macc. 12, 25 -um (*cf. gr.* ἀπημάντους) eum dimiserunt. CLAVD. 21, 344 cultoribus. AVG. civ. 1, 3 p. 8, 20 D. propter eum *Christum* -i ab hostibus fuerant. 1, 6 p. 11, 9 D. ut quisquis ad ... templum fugisset, haberetur -us (*i. inviolabilis*; *cf.* DRAC. Romul. 5, 143). gest. Pelag. 14, 32 p. 87, 12 manu. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 9 p. 100, 13 -a facies (*syn.* non laesa). *al.* *in imag.*: PASS. Paul. 10 ut valeatis ab igne ... orbi superventuro salvi et -i permanere.

2 *de rebus*: SEN. nat. 2, 26, 5 rupes ... partim -ae ..., partim exesae. 2, 31, 1 loculis integris et -is (*syn.* inviolato. *cf.* OPTAT. 2, 19 p. 54, 7 *ampulla chrismatis*). LVCAN. 9, 347 pars ratium ... -a (*cf.* AVIEN. carm. ad Flav. 7. CLAVD. DON. Aen. 10, 300 p. 332, 20 *syn.* innocuae). STAT. silv. 2, 3, 50 senecta. Theb. 6, 99 brumae ... -a cupressus. MART. 1, 6, 2 (*de Ganymede*) -um timidis unguibus haesit onus. 7, 2, 7 *lorica*. PAVL. coll. Mos. 10, 9, 1 -is extrinsecus horreis. SER. SAMM. 481 -a haec *virga* ferro terraque intacta geratur. IVVENC. 1, 718 illa domus pluviis ventisque -a manebit (*cf. supra l. 40*). PALLAD. 1, 19, 3 cetera *frumenta* -a durabunt (*cf.* 7, 9 semina). 3, 25, 18 mela (*cf.* 10, 27 uvas. *al.*). 12, 7, 12 radix ... integra et -a. OPTAT. 7, 1 p. 166, 23 membranae aut libri ... debent -a servari (*cf. p. 337, 22*). PRVD. perist. 1, 109 rapinam (*syn.* salva). SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4 pars cetera pratorum, quae manebat -a (*i. non depasta*). CARM. de pond. 134 -o quod dis erat ... dicatum. CASSIOD. in psalm. 129, 1 venter ... reddidit pabulum -um (*i. inconfectum*), non solita iniuria decoctionis absumptum. COD. Iust. 1, 27, 1, 8 (*a. 534*) provincias ... firmas et -as. INSCR. christ. Diehl 1781 (*Romae*) catenas. *al.*

B *speciatim*: 1 *de valetudine i. q. sanus, salvus*: OV. met. 2, 826 -as vitiatis addere partes. SEN. dial. 6, 22, 2 tot morbos ita evadere, ut ... -um perferret formae decus. MART. 9, 90, 14 -um iuvenem. TAC. ann. 6, 26 integro statu, corpore -o moriendi consilium cepit. SVET. Tib. 68, 4 valetudine prosperrima ..., prope -a. FRONTO p. 79, 26 N. quom te salvom et -um dei praestiterunt. CAEL. AVR. acut. 3, 21, 217 viribus. 2 *de statu vel poena i. q. impunitus, indemnis*: TAC. hist. 1, 73 *Crispinilla* apud Galbam ... -a. TERT. apol. 27, 2 -i abire (AMM. 29, 2, 17. MIRAC. Steph. 2, 5, 1 *syn.* absoluto). CYPR. GALL. iud. 136 nec tamen -a procedunt facta. CASSIOD. in psalm. 118, 137 si peccator iugiter floreret -us. COD. Iust. 12, 37, 16, 4[a] milites ... indemnes ... atque -os. 3 *de quantitate i. q. intactus, totus*: TER. MAVR. 2830 -um revocabit *versus* hexametrum. COD. Theod. 12, 3, 2 pr. possessionem. COD. Iust. 1, 2, 14, 2 (*a. 470*) patrimonium (*syn.* intacta).

[O. Prinz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *translate de integritate animi et rerum incorporearum*: A *de hominibus i. q. dolore vacuus, incorruptus sim*: SEN. epist. 9, 19 quanto hic mirabilior vir, qui per ferrum et ruinas et ignes -us et indemnis evasit. rem. fort. 16, 9 neminem -um fata transmittunt (*cf.* TERT. anim. 58 p. 395, 10 *anima* et in carne et -a si velit dolet et laesa si velit gaudet). SIL. 13, 536 Cereris iustissima turba ... fraudum -a veneno (*cf.* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 31, 4 nos -os [ἀνεπηρεάστους] ab omni fraude servari). 17, 31 -i (*i. casti*) ... corporis (*cf. p. 336, 28. 73*). HIL. syn. 2 gratulatus sum ... incontaminatos vos et -os ab omni contagio ... haereseos perstitisse (92. *cf.* CONC.^{S} I 5 p. 170, 14 a peccatorum iaculis -um ... et integrum).
B *de rebus i. q. inviolatus, incolumis, purus*: SEN. dial. 1, 2, 6 felicitas. TAC. hist. 1, 30 fides famaque -a ... mansit. ann. 3, 34 coniugia. CALL. dig. 50, 13, 5, 1 existimatio est dignitatis -ae status (ARNOB. nat. 5, 41. *cf.* VLP. dig. 3, 3, 25 -a existimatione). APVL. Plat. 2, 17 -is potioribus *rebus*, quae ad ipsam attinent animam. TERT. adv. Marc. 1, 19 p. 315, 8 evangelii ... pacem, quam retro -am et inconcussam ... ratio servavit. CYPR. GALL. deut. 14 amore. CYPR. hab. virg. 22 duret solida et -a virginitas (OPTAT. 6, 4 p. 150, 20 AVG. serm. 191, 1, 2 *al. cf.* HIER. epist. 54, 1, 1 -o pudicitiae nomine. PAVL. PELL. 323 pudore). ANTH. 418, 6 -um semper carmina nomen habent (*cf.* PRVD. c. Symm. 1, 648 -us maneat liber). HIL. syn. 2 -am imperturbatamque constantiam (*cf.* SALV. eccl. 2, 63 perseverantiam). 39 intemeratae et -ae fidei. COD. Theod. 2, 19, 2 disciplinam -am inoffensamque servasse. *al.* *neutr. pl.*: SIDON. epist. 1, 10, 1 statuistis de amicitia mea vel praesumere tuta vel -a credere.
structurae: *dat.*: *p. 336, 56.* ab: *l. 10. 11. p. 336, 38. 47. 51. adde* GREG. M. moral. 30, 59. *abl.*: *l. 7. p. 336, 59 sq.; aliter p. 336, 34.*
syn. et appos.: imperfossus, imperturbatus, incolumis, inconcussus, incontaminatus, incruentatus, indemnis, innocuus, inoffensus, intactus, integer (*adde* COD. Iust. 1, 27, 2, 4^{b}), intemeratus, inviolatus (*adde* BOETH. cons. 2, 4, 4 W.), salvus, solidus. *opp.*: afflictus, corruptus, exesus, lacer, laesus, vitiatus, vulneratus (IORD. Get. 205).

illaetābilis, -e *ab* in *et* laetabilis. GLOSS. ἀχαρής. GLOSS.^{L} III Abstr. IN 135 -is: semper tristis (*cf.* III Abol. IN 157). *vox a* VERG. *ad vertendum gr.* ἄχαρις, ἀχάριστος *ficta* (*cf.* SERV. auct. Aen. 12, 619). *i. q. tristis, funestus sim.*: VERG. Aen. 3, 707 Drepani me portus et -is ora accipit. 12, 619 confusae sonus urbis et -e murmur. SEN. Tro. 861 hymen funestus, -is. STAT. Theb. 3, 706 grave et -e munus, ut timeam doleamque, rogo. 5, 633 onus -e. AMM. 23, 2, 7 -e portentum (*cf.* 23, 5, 6 omen). SEDVL. op. pasch. 3, 11 -is multitudo discurrens crebris clamosa doloribus aedes confuderat.

illāmentābilis, -e *ab* in *et* lamentabilis. *i. q. non miserabilis*: AVELL. p. 697, 4 nec ... est apud eos lapsus -is, quibus est igniculus caritatis.

illāmentātus, -a, -um *ab* in *et* lamentatus. *i. q. indeploratus*: VVLG. II Macc. 5, 10 ipse et -us et insepultus abiicitur (ἀπένθητος).

illapido, -ātum, -āre *ab* in *et* lapidare. *i. q. lapidosum reddere*: FIRM. math. 4, 8, 1 illis intra cutem malignus humor semper -at⟨os⟩ (*em. Skutsch*) articulos obligat[i].

1. illāpsus, -ūs *m. ab* in *et* lapsus.
a *proprie i. q. infusio*: COLVM. 2, 2, 11 ne praecludatur umoris -us atque exitus. SIDON. epist. 9, 14, 5 repentino procellarum pastus -u *rivulus*. FAVST. REI. grat. 2, 1 p. 60, 21 ad copiosi imbris -um ... cespes multiplicatur. PS. PETR. CHRYS. serm. 143 p. 583^{C} (*in imag.*) caelestis ... imber virgineum in vellus placido se fudit -u. *i. q. ingressus, lapsus*: SIL. 3, 463 gregis *elephantorum* -u fremebundo territus *Rhodanus*. PAVL. NOL. epist. 24, 7 nisi ... propulsu pedum et remigio brachiorum et lateris -u torrentis impetum scindat *natator*. **b** *transl. i. q. inspiratio, descensio* (*praecipue de deo et spiritu sancto*): AMBR. epist. 45, 10 delectatio sicut serpentino -u humanis irrepsit affectibus. PS. AVG. serm. 182, 4 Paulus ... tantae maiestatis locupletatus -u (*cf.* CASSIAN. c. Nest. 2, 6, 1 gratiam ... Christi ... -u divinitatis infusam). PETR. CHRYS. serm. 145 p. 590^{A} (*de partu Mariae*) hic non humanus lapsus est, sed est divinus -us. 157 p. 616^{C} spiritus sanctus ... toto se fudit -u (*cf.* FAVST. REI. spir. 1, 7 p. 111, 7. 1, 11 p. 122, 9 columbae caelestis -u).

2. illāpsus, -a, -um *ab* in *et* lapsus. [*loc. dub.*: PROSP. carm. de ingrat. 553 -um (illaesum *var. l.*).] *i. q. non lapsus, inconcussus*: CYPR. ad Donat. 5 p. 7, 3 si iustitiae viam teneas -a firmitate vestigii tui (*cf.* AVELL. p. 15, 14 si quis ipso iam lapso staret integram fidem vindicans -a firmitate vestigii).

illaqueātio, -ōnis *f. ab* illaqueare. *i. q. implicatio*: ISID. epist. 6, 3 de similibus quoque -bus idem videtur.
(**illaqueātus** '*non laqueatus*' *falsa interpretatione, ut vid.*: PAVL. FEST. p. 113 M. -um alii pro vincto utuntur, alii pro soluto).

$^{\times}$illaqueo, -āvī, -ātum, -are *ab* in *et* laqueare. -ta *neutr. pl.*: *p. 338, 4.* NON. p. 6 inlicere est proprie -are. *cf. l. 78. inde a* PACVVIO.
1 *proprie i. q. illigare, vincire, laqueis captare*: AMM. 20, 11, 15 prominentem eius *arietis* ferream frontem ... arte subtili -tam altrinsecus laciniis retinuere. SERV. georg. 1, 139 'laqueis feras captare' ... id est -are feras incurvatis arboribus (*cf.* VVLG. Is. 51, 20 oryx -tus [ἡμίεφθον, תּוֹא מִכְמָר]. PRVD. cath. 3, 41 callidus -at volucres aut pedicis dolus aut maculis). CASSIOD. in psalm. 139, 6 *laqueus* nodosis quibusdam sinibus -ta concludit. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 131 peducas: laquei sunt, quo pedes -antur. *nota i. q. se suspendere*: HEGES. 4, 9, 4 ipsi se -bant miserabiliore ... exitu, quam si *eqs.*
2 *translate et in imagine*: **a** *in malam partem i. q. irretire, seducere, dolo capere* (*animantes; rarius res: infra l. 14. 22. 24. 31. 35; absol.: l. 18*): PACVV. trag. 210 cur -etur hic? CIC. har. resp. 7 -tus iam omnium legum periculis *Clodius* (*syn.* inretitus, implicatus). HOR. carm. 3, 16, 16 munera navium saevos -ant duces. PS. QVINT. decl. 3^{b}, 6 his inductus miles illecebris et avaritiae suae nihilominus -tus decipula. DIOM. gramm. I 334, 35 erroribus -tus multiplicatur *dualis* (*cf.* PS. AVG. serm. ed. Mai 12, 4 ut in errores et in haereses schismatis -etur *a diabolo captus.* AVELL. p. 170, 11 haeresibus. *al.*). PS. CYPR. merced. 3 qui in deliciis ... mundi huius occupatus et obsidione perniciosa diabuli -tus *est* (*cf.* AVG. in psalm. 30, 1, 9 [*absol.*]. 124, 10 [*syn.* inescatur]). LACT. ira 24, 8 CHALC. comm. 300. HIL. trin. 7, 3 aut in defossa incidere aut plagis -ari. AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 36, 1 non *eum* petulantis oculus meretricis -at (Noe 10, 34 *syn.* ligaverint). Hel. 1, 1 *temptator* cibum velut escam laquei praetendit, ut sic -ret adpetentiam corporalem. HIER. in Ephes. 6, 11 p. 671 V. cum aliquem -arit inimicus, ut recipiat se. VVLG. Ier. 50, 24 -vi te et capta es, Babylon. AVG. in euang. Ioh. 18, 1 animas (epist. 79 p. 346, 20). serm. 21, 3 male amando quod amas -aris peccato (*cf.* GREG. M. moral. 14, 14 in peccato vitam -at *diabolus*). *al.* PS. AVG. serm. 279, 3 inhonestis te consiliis ... ad impudicitiae flagitium perpetrandum ... seductor -at. BACHIAR. repar. laps. 12 Salomon ... vinculo libidinis -tus. POMER. 2, 21, 2. CASSIOD. hist. 7, 13 muliebribus verbis -tus *est Valens* (*syn.* seductus, irretita). *al.* GREG. M. moral. 1, 50 opus bonum in fine actionis -at *diabolus*. 26, 5 qui se mendacio -ant. PS. PRIMAS. in I Tim. p. 665^{A} ne per illum *episcopum* diabolus multos -et (in laqueo teneat *Pelag. p. 486, 1 S.*).
b *in mediam partem i. q. implicare*: PS. CYPR. laud. mart. 1 intra se ipsa -ta oratione. *i. q. occupare*: HIL. in psalm. 68, 19 cum -ti captique sint scriptis, intelligentiae tamen carent sensu *Iudaei*. *i. q. obligare*: VVLG. prov. 6, 2 -tus es verbis oris tui et captus propriis sermonibus (παγὶς ... ἰσχυρὰ ἀνδρὶ τὰ ἴδια χείλη).
structurae: *abl.*: *passim.* ad: *supra l. 27.* in *c. acc.*: *supra l. 14* (*abl. pro acc.*: *supra l. 26*). intra: *supra l. 34.* *seq.* ut: *supra l. 23.* *refl.*: *supra l. 6. 32.*
syn. et appos.: capere, laqueis captare, decipere, illicere, implicare, inducere, inescare, irretire, ligare, occupare, seducere, vincire.

illargio, -īre *ab* in *et* largire. *i. q. largiri*: CATO or. frg. 25, 2 pecuniam -bo (largibo *Jordan*) tibi.

illassābilis, -e *ab* in *et* lassare. *i. q. infatigabilis*: CONC.^{S} IV 2 p. 102, 6 habebit ad omne genus poenae -em (ἀκάματον) patientiam.

illātābilis, -e *ab* in *et* lātus, *latare. GELL. 1, 20, 9 γραμμή, inquit *Euclides*, est μῆκος ἀπλατές, quod exprimere uno Latino verbo non queas, nisi audeas dicere '-e'.

illatebro, -āre *ab* in *et* latebrae. *i. q. occultare*: QVADRIG. hist. 22 (Gell. 17, 2, 3) arma plerique abiciunt atque inermi -ant sese (in latebras se -ant *Non. p. 129*). *cf.* GELL. *et* NON. (GLOSS. V 643, 23) *ad l.* *O. Prinz.*

illātenus *adv. ab* illā *et* tenus. AVR. Fronto p. 231, 3 N. illud quid est, quod ... manum condoluisse dicis? -s dolueris ..., si me compotem voti ⟨di⟩ boni faciunt (*i. iam non*). APVL. apol. 82 mulieris litteras -s qua dixi legendas praebebat, cetera supra et infra scripta occultabat (*i. eatenus tantum*). *Bulhart.*

?**illātīcius,** -a, -um *ab* illatus. *i. q. oblaticius*: COD. Theod. 6, 2, 22 a conlatione glebalis auri vel in⟨latic⟩ịi tituli (*cf. P. Maas, Gött. Gel. Anz. 168, 1906, p. 648*^{3}).

$^{\times}$illātio, -ōnis *f. ab* inferre, illatus. *scribitur* inl-: ACT. Arv. a. 219 B 39 *al.* CORP. VI 10562. *notatur* inlat.: *infra l. 74.* GLOSS.^{L} II Philox. IN 273 -o: ἐπιφορά, εἰσφορά. *inde a s. III in.*
1 *proprie*: **a** *strictiore sensu de actu inferendi*: ACT. Arv. a. 219 B 39 ⟨piaculum factum ... in luco deae Diae o⟩b ferri -em *eqs.* (a. 221, 8 [*opp. 15* elationem]. *cf. et a. 184 III 20* ob ferri inlatum [*fort. error lapicidae*] *et v. s.* elatio *vol. V 2, 324, 17*). *i. q. elatio, sepultura*: VLP. dig. 11, 7, 2, 3 de ea ... -e praetor sensit, quae sepulturae causa fit. 11, 7, 4 ut, etiamsi in legatum locum sit illatus ab herede, -e tamen testatoris *locus* fit religiosus. CORP. VI 10562 in eo mon(umento) itu(m), act(um), amb(itum), ⌊inlat(ionem) mort(ui habere), mort(uum) inferre⌋ (inlat(ionem), mort(uum), mort(uam) inferre *Bruns, Fontes*^{7} *p. 384*). *i. q. ingestio*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 89 nervositas ... -e cibi gravata.
b *latiore sensu*: α *i. q. collatio, pensio, tributum sim.* (*de hominibus v. p. 339, 5; de rebus naturalibus v. p. 339, 6*): VOPISC. Aurelian. 9, 2 provinciarum -bus. SYMM. epist. 5, 20, 2 post -em pretii. rel. 30, 4 -um documenta. 37, 3 -o solemnis inpendii. ANON. de mach. bell. 5 functionis. COD. Theod. 1, 2, 9 -is forma. 1, 12, 8 auri -e multetur (6, 22, 2 *al.* COD. Iust. 1, 33, 3 *al.* *cf.* COD. Theod. 11, 1, 32 -em omnem auri vel argenti. 16, 5, 54, 7 *al.*). 2, 30, 1 (= Iust. 8, 16, 7) [*O. Prinz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tributorum (11, 1, 2 CASSIOD. var. 11, 35, 3. *cf.* COD. Theod. 11, 22, 5 tributaria ... -o [*syn.* praestationes]. Iust. 10, 22, 3). 5, 15, 20 (= Iust. 11, 65, 4) numerum trinae -is (CASSIOD. var. 2, 24, 3 *al.* [*v. Mommsen in ind. p. 546*]. *cf.* CASSIOD. var. 11, 15, 2 prima. *al.*). 7, 13, 8 nobilioris tironis. 8, 5, 13 specierum largitionalium. 9, 17, 2 pr. -e multae (VICT. VIT. 3, 13). 11, 16, 18 carbonis (*cf.* CASSIOD. var. 1, 25, 2 tegularum annua -e). 12, 6, 18 quadrupli. 16, 2, 40 (= Iust. 1, 2, 5) canonicam -em. *al.* COD. Iust. 11, 48, 23 pr. capitali -i. *al.* CASSIOD. hist. 9, 32 p. 1148^B -em novam imponere (*syn.* vectigal). var. 2, 16, 4 (*syn.* tributa *ut*: 4, 38, 1 *al.* functionis: 7, 45, 1). 12, 16, 1 -um fiscalium. Ios. antiq. 17, 2 p. 480 ed. Bas. 1524 immunem ... terram et nullis -bus obnoxiam (ἄπρακτον). *al.* ALC. AVIT. epist. 10 p. 44, 18 *al.* *adde*: PS. MAR. VICTORIN. phys. 5 necesse est eos *deos* minus et amplius inferre cognosci. ex qua -e maior minorque per potestatem suam invenitur.

β i. q. **oblatio, sacrificatio**: ITALA exod. 30, 13 (Lugd.) dimidia ... pars didraghmi -o (εἰσφορά) domino. 30, 14. 16 sumis pecunias -is (*Vulg.* quae collata est) a filiis Istrahel (*syn.* oblationem). ARNOB. nat. 4, 30 -o sanguinis et cruoris. PS. ORIG. tract. 10 p. 107, 13 ex -bus pecudum (*syn. p. 106, 20* oblatio).

γ i. q. **libellus, petitio**: AVELL. p. 46, 4 petentum laudanda -o est, qui *eqs.* (*cf. p. 45, 12* petitionem quae est oblata).

2 *translate*: **a** *de malis, raro de bonis (v. infra l. 24) illatis*: PAVL. sent. 5, 4, 1 -e stupri. HERM. Pal. mand. 8, 3 iniuriarum. PS. RVFIN. in Os. 2, 14 p. 977^C prosperorum. 4, 14 p. 986^B calamitatis. 6, 1 p. 993^A poenarum. AVG. epist. 7, 3 ipsa huius falsitatis -o sive, ut expressius dicatur, impressio. serm. 280, 3, 3 mortis. CASSIOD. Didym. in Iac. 1, 17 p. 4, 20 Z. malorum. PASS. Theclae B 35 p. 100, 6 dolorum. *al.*

b *in logicis i. q.* **conclusio**, ἐπιφορά (*cf.* PS. APVL. herm. p. 271 dico ... -em vel illativum rogamentum, quod ex acceptionibus colligitur et infertur. MART. CAP. 4, 405 ex duobus sumptis ratione sibimet nexis conficitur -o. quae -o sumptum propterea dici non potest, quia *eqs.* 4, 406): PS. APVL. herm. p. 271 in conclusionum -bus. p. 272 (*opp.* coniugatione). *ibid.* ratiocinatio ista, quae acceptionibus et -e constat. p. 274 dedicativam non, sed abdicativam fieri -em (*cf. ibid.* particularem ... -em. p. 275 reflexam. p. 279 universalem. *al.*). p. 277 -is conversione (*cf.* p. 278 cum contrario -is). *et passim.* PRISC. gramm. III 100, 17 hae *coniunctiones* (*sc.* 'ergo' *sim.*) ... per -em colligunt supra dictum (*cf. l. 52*). AVG. c. Iul. 3, 8, 17 inanis ... tua remansit -o, qua concludis *eqs.* nat. et grat. 54, 63 ratiocinationem eius non necessaria -e conclusam. BOETH. cons. 4, 4, 10 W. (*syn.* conclusioni).

c *apud rhetores de parte inductionis*: CASSIOD. rhet. 11 p. 499, 5 *sqq.* (= ISID. orig. 2, 9, 6) *syn.* assumptio (*v. vol. II 935, 51*). p. 499, 8.

d *fere i. q.* **demonstratio**: CONC.^S I 5 p. 345, 27 eundem et agnominaverunt patrem omnipotentem, ut cum patre simul et filii manifestaretur -o (ἵνα συνεισφέρηται τῷ πατρὶ δήλωσις υἱοῦ).

e *de iureiurando i. q.* **delatio**: COD. Iust. 4, 32, 26, 5 (*a. 528*) in quo casu sacramenti etiam -em locum habere sancimus.

illātīvus, -a, -um *ab* illatus. [*dub. emend.*: SERV. auct. Aen. 3, 303 ex ⌊inlatinis⌋ intellegitur, *ubi* ex inlatis *Heraeus*, ex -is *Löfstedt, Beitr. 116*]. *i. q.* **collectivus, ratiocinativus** (PRISC. gramm. III 101, 6 dicuntur ... eaedem *coniunctiones* [*sc.* 'ergo' *sim.*] -ae, quod praepositis aliis inferuntur [*syn.* collectivae, rationales]. GRAMM. suppl. p. 182, 27): DIOM. gramm. I 416, 18 sunt item praeterea, ut ait Plinius, -ae hae *coniunctiones*, 'quamquam, quamvis, etsi, tametsi' (*cf.* PALAEM. Char. gramm. p. 291, 24 B.). GRAMM. suppl. p. 182, 26 'ergo, itaque, igitur' coniunctiones -um (*v. d. Vliet, Mnemos. 26, 1898, 340*, in Latinum *codd.*) habent sensum (*cf. l. 52sqq.*). PS. APVL. herm. p. 271 -um rogamentum (*cf. l. 30*). *inde subst.* **illātīvum**, -ī *n.*, *i. q. illatio*: PS. APVL. herm. p. 272 ex hac coniugatione ... primi modi fit -um, si directim, universale ..., si reflexim, particulare.

illātor, -ōris *m. ab* inferre. CLEDON. gramm. V 58, 35 fero non facit infertor (*sed v. s. h. v.*), sed -r. *de eo qui infert*: OP. imperf. in Matth. 25 p. 763 si quis furibundus scindat *vestimentum*, -em quidem iniuriae sentit homo, damnum autem non patitur in natura. BOETH. cons. 4, 4, 36 W. miserior ... tibi iniuriae -r quam acceptor esse videretur. GLOSS.^L III Abstr. LE 19 letifer: mortis -r. *f.* **illātrīx**, -īcis: IVLIAN. Aug. c. Iul. 4, 8, 50 sequitur, ut pudicitia virginalis sit felicitatis -x.

illātro, -āre *ab* in *et* latrare. [*var. l.*: PELAG. in Phil. 3, 2 p. 405, 1 S. lacerantes (*codd. plerr., Souter*; inlatrantes *V*, latrantes *Cas.*)] *i. q.* **(al)latrare**: LVCAN. 6, 729 perque cavas terrae ... rimas manibus -at *Erictho*. SIL. 13, 845 iuxta ... -at ieiunis faucibus Orthrus. DRAC. laud. dei 2, 487 quis canis -et, ... si *eqs.*

illātum, -ī *n. v.* infero.

illātus, -ūs *m. ab* inferre. *i. q. illatio*: PS. RVFIN. in Ioel 3, 4 p. 1054^A quod qualem ... creet dolorem, -u vicissitudinis sentietis.

illaudābilis, -e *ab* in *et* laudabilis. GLOSS. V 553, 24 -is: vituperabilis (*cf. p. 340, 15*). *i. q. laude non dignus*: STAT. silv. 5, 5, 33 iuvat -e carmen fundere et incompte miserum laudare dolorem.

illaudandus, -a, -um *ab* in *et* laudandus. *i. q. non laudandus*: STAT. Theb. 8, 591 vix ... illi (*sc. Deiphylae*) -a (*P*, illudenda *cett.*) tulissem *arma Atyos* CARM. adv. Marc. 3, 181 plebis facta -a.

illaudātus, -a, -um *ab* in *et* laudatus. **1** *i. q.* **laudis expers, inglorius, nefarius** (GELL. 2, 6, 10 qui omni in re atque omni tempore laude omni vacat, is '-us' est isque omnium pessimus deterrimusque est *eqs.* [= MACR. Sat. 6, 7, 13]. 2, 6, 14 [= MACR. Sat. 6, 7, 15]. SCHOL. Hor. carm. 4, 9, 31 inornatum: -um): VERG. georg. 3, 5 quis ... -i nescit Busiridis aras? (*cf.* GELL. 2, 6, 3 *sqq.* [*sim.* MACR. Sat. 6, 7, 5 *sqq. cf.* 3, 5, 9]. SERV. *ad l. v. infra l. 17*). SIL. 14, 632 in morem pecudum effudere cubilibus atris -am animam. PLIN. epist. 9, 26, 4 admirante nullo -us inglorius subit portum *gubernator*. AVSON. Mos. 96 tibi (*sc. barbo*) contigit ... non -a senectus. SYMM. epist. 1, 6, 2 qui opibus -us iuvatur *eqs.* VAL. CEM. hom. 14, 6 notari actus suos aestimat *vir humilis*, si -us abscedat. CASSIOD. in psalm. 44, 12 -am non relinquere *filiam*, quae *eqs.* *add. dat.*: STAT. Theb. 11, 11 facta *Capanei* ... ipsi non -a Tonanti. **2** *i. q.* **illaudabilis** (GELL. 2, 6, 17 '-us' autem est quasi inlaudabilis, qui neque mentione aut memoria ulla dignus neque umquam nominandus est [*sim.* MACR. Sat. 6, 7, 16]. SERV. georg. 3, 5 '-ti' participium est pro nomine, ut sit illaudabilis *eqs.* [*cf.* SERV. Aen. 7, 11 ISID. orig. 10, 131]. GLOSS.^L III Abstr. IN 130 -us: vituperatione dignus): CLAVD. 5, 226 alternamque fidem non -a lacessit seditio.

illaudo, -āre *ab* in *et* laudare. *i. q. laudare*: ACT. Petr. 17 p. 65, 1 tu autem accipies tamquam inspiciendo et -ando opus artificis.

illautus, -a, -um *v.* illutus. *O. Prinz.*

ille**, -a, -ud *pron. demonstr.* [*fort. cf c.* ollus, *osc.* úlleis '*illius*' *etc.*; *alii ex* *is-le *derivant, v. Brugmann, Demonstrativpron. 1904, 96. J. B. H.*] ***de notione: CHAR. gramm. p. 392, 13 B. 'hunc' et 'istum' in proximo notat, '-um' ostendit quidem longe stantem, sed in conspectu, 'eum' absentem refert. PRISC. gramm. III 142, 30 '-e' spatio longiore intellegitur, 'iste' vero propinquiore. II 578, 24 '-e' demonstrativum *est ut* 'viden tu -um?', relativum *ut* 'sic Iuppiter -e monebat' (III 143, 15 cum est relativum, potest tam de absente quam de praesente accipi ut 's. I. -e m.' et 'tune -e Aeneas?' *cf.* 500, 29 potest ... cum significantia aliqua proferri ut ... 's. I. -e m.'). 577, 20 tertia ... persona modo demonstrativa est ut 'hic, iste', modo relativa ut 'is, ipse', modo praesens iuxta ut 'iste', modo absens vel longe posita ut '-e'. ***de scriptura***: **eille** (*cf.* VEL. gramm. VII 77, 3 '-i' apud *Nisum* in utraque syllaba per e et i scribuntur, quod vitiosum): CORP. XI 2535 (*saec. II*) eil. le. **ile**: CORP. III 11882^a V 8747 VIII 19525^a X 3824. 8249, 5. 18 INSCR. christ. Diehl 4554 Not. d. scavi 1914 p. 370, 18. 25. 1916 p. 305 a 3 TAB. devot. Audollent 111, 10. 190, 15. 219 A 1 ilu (*i. -um*). *ibid.* 2 *et* 13 ilos (8 illos). 13 iloro (8 illoro). 303 I 5. **ille**: CORP. VIII 23774 CARM. epigr. 1988, 30. **el(l)-**: CORP. XIII 7645 (*christ.*) qui visit conelo annus dodece. TAB. devot. Audollent 104, 3. 190, 14. **-ut** (*cf.* GRAMM. suppl. 297, 16. 300, 2 per d): *in lapidibus*: DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532) 2, 22 CORP. II 6278, 8 (*a. 176*). III 12043, 20. X 7295, 4 CARM. epigr. 1901, 1 *et in libris hic illic ut in cod. Bemb.* TER., *in palimps. Vatic.* CIC. Verr., *in palimps. Bob.* FRONTONIS (*cf.* VARRO rust. -ut *13^ies*, -ud *11^ies*) *al.*; *cf. Neue-Wagener II^3 425.* ***dat.*** **-ei**: INSCR. christ. Diehl 4554 fecit sibi et ilei (*fem.*). *cf.* RHET. Her. 4, 55, 68 *Marx ex* -e *M.* ***acc.*** **-an**: TAB. devot. Audollent 266, 2. ***abl.*** **-u**: INSCR. christ. Diehl 4555 cun -u. ***pl. nom.*** **-ei** (*cf.* LVCIL. 371, *v. vol. V 2, 1, 13*): CARM. epigr. 56, 3 illei; *in libris trad.* SALL. rep. 1, 1, 5. 2, 6, 3 *et hic illic in codd.* CIC. ***gen.*** **-oro**: *v. supra l. 42.* ***acc.*** **-us**: CHRON. Alex. chron. I p. 100, 85. ***abl.*** **-eis**: CORP. I^2 756, 3 VI 32323, 92. 105. 117 (*praeterea trad.* SALL. [*?*] rep. 2, 10, 1). ***formae*** (illic *sim. v. p. 370, 10*): **le**: CORP. VIII 19525^b ut facia lum mortu (19525^a ilum). ***nom.***: *masc.*: **-us** ... -a ... -um: VIRG. gramm. p. 45, 3 H. *v. l. 72.* *neutr.* (*nom. et acc.*) **-um** (*falso trad.* PLAVT. Amph. 922 Most. 191 Poen. 695 CIC. S. Rosc. 54 *al.* SEN. contr. 9, 3 [26], 13 SEN. epist. 96, 4 *et* 124, 23 *BA, al.*): ITALA Matth. 18, 32 (cod. e). Luc. 20, 35 (cod. a). Ioh. 2, 19 (Ps. Cypr. mont. 4) fanum -um. 2, 20 fanum istud ... -um. 7, 7 (*ibid.* 2). Marc. 5, 43 (cod. e). IREN. 2, 19, 1 PS. CYPR. rebapt. 1^in. COMM. apol. 268 (*et 4^r*). PANEG. 9 (12), 22, 6. ITIN. [Silv.] 19, 18 ad -um palatium superiorem, quod. HIL. myst. 1, 6, 2 FILASTR. 136, 1 CHIRON 470. VVLG. Marc. 4, 35 (*Amiat.*). Ioh. 6, 39. 21, 6 (*Fuld.*). DIDASC. apost. 64, 12 CONC.^S I 3 Rustic. p. 14, 26 I 4 p. 240, 29. 244, 27 (*l. 42* -ud). I 5 p. 72, 23 ORIENT. comm. 2, 249 VICT. VIT. 2, 74 GREG. TVR. Franc. 7, 22 p. 303, 23. 7, 36 p. 317, 1 glor. conf. 62 p. 784, 30 Andr. 36 Mart. 2, 6 ANTHIM. 25^extr. 37 VEN. FORT. vita Germ. 75, 201. THEOD. MOPS. (*v. ind. 3*). ASSVMPT. Moys. 9, 43. ***gen.***: **-i**: VIRG. gramm. p. 45, 3 H. quaedam nominativum et genetivum habent ut illus -ius, illa[s] -ae, illum -i (gramm. suppl. 196, 6). *cf.* CHAR. *infra l. 80*: *parum certa exempla* (*aliter* CATO or. frg. 40, 8 ecquis -i modi [*cf. p. 342, 48*] esse vult?; *v. Sommer l. c. 444*); *falso trad.* VARRO Men. 323 -i animi nostri (illae *Oehler, Heraeus*). *dubites de his*: ROMVL. fab. 10 vicini qui erant furi frequentabant -i (*an dat.?*) nuptias. GREG. TVR. Mart. 4, 31 asino illi (*sed cf. Bonnet, Lat. de Grég. 386*). *de* PROP. 4, 10, 43 *cf. Löfstedt, Syntact. I 183 sq.* **-ae**: CHAR. gramm. p. 201, 21 B. -e -ius, -a -ae et -ius (*cf.* 206, 11. 18). VIRG. *v. supra l. 72* (*ap. scriptores non exstare videtur; nam* CATO iur. civ. Fest. 157, 4 M. forma ... eius est ... adsimilis -ae *dat. esse potest; dub. trad. vel coniect.* GELL. 1, 12, 12 APVL. met. 11, 23). **-eius** (*v. Sommer l. c. 430*): CORP. VI 14484, 14 amator.

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-aeus: CORP. XIII 5312 soror. *dat.:* **-ae:** PLAVT. Pseud. 783 Stich. 560 CATO *v. p. 340, 82.* agr. 153. 154 CORP. I[2] 2135 IV 1824 VI 11706. 12735 CARM. epigr. 947, 4. 1324, 2. 1988, 18 (20 -i). TAB. devot. Audollent 230 A 2. **-ai:** INSCR. Not. d. scavi 1916 p. 305 a 3 ilai. **-o** (EXPLAN. in Don. gramm. IV 546, 25 dativo -i vel -o. *dub.*: QVINT. decl. 338 p. 330, 11 *A*): APVL. apol. 99[in.] OPTAT. app. 2 p. 202, 1. 9. 13 SERM. Arrian. frg. I 17 p. 625[C]. FVLG. aet. mund. 3 p. 140, 16 -o ... isto. 10 p. 165, 17. AVG. in psalm. 35, 5[med.] -o strepitu. VICT. VIT. 3, 21 CORP. III 12484. *?* **-ui:** CORP. X 2564 quoi non licuit in suis manibus ultimum -ui spiritum ut exciperet (*v. Sommer l. c. 430; nisi est error lapicidae pro* illiu⟨s⟩). **-bus:** EXPLAN. in Don. gramm. IV 545, 12 illibus; quam declinationem Plautus crebro utitur (*at non exstat*). *de usu casuum et formarum nota:* **voc.:** CIC. Flacc. 102 o nox -a (103 PANEG. 10 [4], 26, 1) ... o Nonae -ae Decembres. 103 Phil. 10, 8 TIB. 2, 3, 74. 2, 4, 2 PROP. 1, 10, 4 VAL. FL. 4, 329. 8, 10 o mihi si ... genitor nunc -e (mille *Heinsius*, ipse *Schenkl*) ... amplexus ... dares. HOMER. 983. VITAE patr. 5, 14, 5 *et* 5, 7, 10 *v. p. 355, 53. cf.* DIOM. gramm. I 330, 10 -e -ius -i -um o ab -o. *-ud pro abl.*: GREG. TVR. Franc. 2, 38 in itinere -ud (*B 3. 4. 5*). *pro masc.: id.* glor. conf. 12 ad locum -ud (*1 a*). *de* **prosodia:** *in iamb. et troch.: de formis bisyllabis bimoris ultimi scripserunt Sommer, Hb.*[2] *431 sq., Krit. Erläut. 115 sqq.; Ed. Fraenkel, Iktus u. Akz. 116*[3]*. 118*[1]*, de trisyllabo* -ius *Marx ad Plaut. Rud. p. 244.* *in hexam. et pentam.*: **illīus:** *in 1. pede 11*[ies]*, in 2. 27*[ies]*, in 3.* LVCR. 4, 885, *in 4.* OV. met. 4, 155. **illius:** *in 4. pede* LVCR. 1, 671 AETNA 392 TIB. 2, 6, 31 OV. ars 1, 575 rem. 475 met. 4, 47, *in 5.* LVCR. 2, 769 OV. met. 6, 323. **illĭus:** *in 1. pede 60*[ies]*, in 4. hex.* LVCIL. 158 HOR. epist. 2, 2, 99 VAL. FL. 5, 587. 7, 128, *pent.* OV. am. 1, 4, 34 epist. 20, 40 ars 3, 678 rem. 418 EPICED. Drusi 34; *in 5. 19*[ies]. *legitur per totam Latinitatem, mirum quam raro apud* VITR. (*5*[ies]). *de frequentia v. ALL 11, 1900, 369. 375.* NOT. Tir. 5, 43 *sqq. al.* [*val.* el, *it.* egli, *francog.* il, *hisp.* el. *M.-L.*] [*falso trad.: pro:* ipse: CIC. Mil. 43. ullus: CIC. fin. 2, 29 *al.* unus: LVCR. 4, 553. IIII: CAES. civ. 3, 111, 3. 3, 7, 2 (*af*). *deletur* PLAVT. Most. 362. *ex coni. pro:* idem: PLAVT. Mil. 88. ilico: Most. 337. ira: PROP. 3, 22, 22. *loc. corrupto:* PLAVT. Capt. 2 CIC. Att. 5, 4, 1. 9, 15, 4. 10, 18, 1. 15, 8, 2 CATVLL. 64, 16 LVCR. 4, 290 LYGD. 4, 26 OV. fast. 3, 644 SEN. clem. 1, 19, 8 dial. 6, 22, 5. 6, 25, 3 nat. 2, 13, 2. 3, 23. 7, 32, 3 epist. 86, 14.] *scripsit de usu huius vocis ultimus George L. Trager, The use of the Latin demonstratives, New York 1932.*

CONSPECTVS MATERIAE

Pars prior: vice pronominis:
I ***demonstrativi:*** **A** *demonstrativi artiore sensu: p. 341, 57.* **B** *anaphorici: p. 342, 37.* **C** *praeparativi: p. 347, 82.* **D** *determinativi: p. 349, 13.*
II ***personalis:*** *p. 349, 71.*
III ***i. q. talis, tantus:*** *p. 354, 55.*
IV ***indefiniti:*** *p. 355, 3.*
Pars altera: vice articuli: *p. 355, 81.*
iuncturae: *p. 360, 10.*
syntactica et stilistica: *p. 362, 45.*

PARS PRIOR: *vice pronominis.*

2 *usus latior*: a *de spiritibus diabolicis sim.*: (*cf.* LACT. inst. 2, 14, 5 hi sunt -i spiritus, malorum quae geruntur auctores, quorum idem diabolus est princeps): α spiritus: TERT. apol. 23, 14 *daemones* renuant se -os spiritus esse. idol. 1$^{\text{extr.}}$ daemoniis et -is sp. (15 p. 48, 11). pudic. 9 p. 236, 32 porcis ... -is scilicet sp. ITALA I reg. 16, 14 (Filastr. 98, 6) *opp.* sp. domini, sapientiae. CYPR. ad Don. 5 p. 7, 16 -os et erraticos sp. FIRM. err. 13, 4 -i daemonum sp. LVCIF. non conv. 12 p. 26, 27 non sp. sanctus ... sed -us ille diabolicus. VVLG. Matth. 12, 43. apoc. 16, 13 sp. tres -os in modum ranarum. CIL III p. 961, 2 *et* 12 (= INSCR. christ. Diehl 2389 a) -issime spirete tartaruce. *et saepius.* *peculiariter fere i. q. diabolus* (*cf. supra l. 48*): TERT. anim. 57 p. 392, 25 quid novi aemulatio veritatis a sp. -o? pudic. 5 p. 227, 17 ibidem sunt idololatriae, ubi -i sp. res est. AVG. in evang. Ioh. 97, 3 *al.* *fere subst.*: TERT. bapt. 5 p. 205, 13 studium diaboli recognoscimus res dei aemulantis ... -us (*cf. p. 501, 3*) emundat, perditor liberat. β daemon(ium): VVLG. Luc. 4, 33 homo habens daemonium -um (RVFIN. Orig. in num. 13, 5 p. 114, 27 B. spiritus maligni et d. -a [*opp.* sanctorum spirituum]. *al.*). RVFIN. hist. mon. 29 p. 454^{A} daemon -e (AVG. civ. 21, 6 p. 499, 28 *opp.* sancti angeli. PASS. Matth. 17 p. 238, 22 [*gr.* ἀφανεῖς]). γ *varia*: IVVENC. 2, 46 *mulierem* cui mentem spiritus ater -a inplebat lacerans virtute furoris. AVG. civ. 9, 15 p. 388, 1 D. -issima dominatione *malorum angelorum*. VITAE patr. 3, 35 p. 761^{C} -issimas daemonum impugnationes (*ibid.* p. 762^{B} -issimi daemones). PALLAD. hist. mon. II 14 p. 369^{B} -issimae cogitationes et somnia quae inmittunt nequissimi daemones. b *ad cultum idolorum sim. vel ad haeresim pertinet* (*de dis paganorum: l. 80. 83. 84*): CYPR. epist. 70, 1 p. 768, 1 quomodo ... mundare ... aquam potest *haereticus* qui ipse -us est (*cf.* LVCIF. non conv. 13 p. 28, 23 te -um per haeresim tuam effectum). NOVATIAN. cib. Iud. 3 p. 958^{A} fideles, qui mundi; ... Iudaei et haeretici, qui sunt inquinati; ethnici, qui sunt ... -i (*cf.* PRVD. ditt. 188 gentes). LVCIF. non parc. 31 p. 276, 25 animus *haeretici* (*cf.* AVG. civ. 7, 21 p. 300, 1 D. anima *pagani*). *nota de dis Romanorum*: AVG. civ. 6, 9 p. 263, 16 D. -i spiritus ... pro diis habentur a Romanis (8, 24 p. 360, 18 [*syn.* idola]. *al.* *cf.* 7, 33 p. 315, 29 -issimos daemones. *al.*). *et al.* *adde*: TERT. idol. 22$^{\text{in.}}$ benedictionem (*per deos nationum datam*). spect. 8 p. 10, 5 nomina (num- *Isid.*) -a *deorum*. OPTAT. 3, 8 p. 90, 19 -is

[*Labhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fumabant arae nidoribus (cf. p. 91, 14). 6, 4 p. 152, 1 *vos haeretici* consecratos deo sparsistis -is cineribus crines *virginum*. HIER. in Is. 28, 10 p. 320^B haeresis. VVLG. Ier. 19, 13 domus *in quibus idolis sacrificatur*. RVFIN. hist. mon. 7 p. 413^C -us idolorum cultus. *al.*

masc. subst.: ITALA Tit. 1, 15 (Aug. c. Faust. 6, 3 p. 286, 25) -is (μεμιασμένοις, *Vulg.* coinquinatis) ... et infidelibus nihil est mundum. OPTAT. 1, 10 p. 13, 7 *de haeretico* (RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 51, 35 [*cf. p. 52, 39* sordidis]). HIER. hom. Orig. in Is. 1, 1 p. 242, 10 B. *de leprosis*. VVLG. Sirach 29, 21 (*coniunct.* peccator). AVG. serm. ed. Mai 116, 4 adulteros, fornicatores, -os. *neutr. fere subst.*: SEN. nat. 3, 26, 7 omne -um stercorosumque (VVLG. act. 10, 14 *coniunct.* commune. *al. cf.* AVG. nupt. et concup. 2, 26, 42 p. 296, 13 *coniunct.* stupra). TERT. coron. 10 p. 440, 1 Oe. -a omnia -is, nihil autem -ius idolis (cult. fem. 2, 1 p. 714, 11 Oe. *coniunct.* profanum. *al.*). OPTAT. 3, 4 p. 85, 15 nonnullis male viventibus et -a loquentibus. VVLG. I Macc. 1, 51 in omnibus -is et abominationibus (ἐν παντὶ ἀκαθάρτῳ). *et al.*

syn. et app.: *ad I A*: fetidus, fetulentus, foedus, luteus, lutulentus (APVL. apol. 7), sordidus, stercorosus, taeter. *ad I B et II*: communis, ignominiosus, impudens, impurus, incircumcisus, inquinatus, luteus, maculatus (VVLG. deut. 12, 15), pollutus, profanus, pudendus, sacrilegus (OPTAT. 6, 1 p. 143, 14), spurcus (MVTIAN. Chrysost. hom. 25, 3), turpis. *opp.*: mundus, purus, sanctus.

deriv.: immunditas, immunditia (-ies), immundo.

adv. **immundē:** OBSEQ. 55 quod -e ... templa foedarentur. PS. AMBR. serm. 29, 2 -e viventes. *cf. p. 501, 5.*

2. immundus, -ī, *m.* [*lusorie ab* in *et* mundus, *cf. gr.* κόσμος ἄκοσμος *et* incultus. *J. B. H.*]. TERT. cult. fem. 1, 4 p. 706, 13 Oe. cultum dicimus quem mundum muliebrem vocant, ornatum quem -um muliebrem convenit dici (*cf. p. 522, 18 sq.*).

inhumanus: **immūnificus** GLOSS.^L II Abav. IN 165. [PLAVT. Trin. 350 *P e gloss. interlin. ad vocem q. c.* immunis (*cf. p. 505, 38*).]

immūnio, -īvī, -īre. *ab* in *et* munire, *cf. gr.* ἐντειχίζω. DOSITH. gramm. VII 434, 22 -o ἐντειχίζω. GLOSS.^L III Abstr. IN 149 -it: valde munit. *i. q. in alqo loco vel apud alqm munire*: TAC. ann. 11, 19 ne iussa exuerent *Frisii*, praesidium -vit *Corbulo*.

***immūnis,** -e. [*ab* in *et* munis, *cf.* moenia, munus *et* communis, *ubi plura. J. B. H.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 143 munem ... officiosum, unde e contrario -is dicitur qui nullo fungitur officio. ISID. orig. 14, 8, 33 *amoena loca dicta ait* Verrius Flaccus, quod sine munere sint ... quasi amunia, hoc est sine fructu, unde nullus fructus exsolvitur. inde etiam nihil praestantes -es vocantur (*sim.* SERV. Aen. 5, 734, *fonte non indicato. cf.* ISID. orig. 9, 4, 21 *al.*). *scribitur*: immoene: PLAVT. Trin. 24 (immene *P* [*cf. ALL 10, 1898, 560*], immune *A*) *e* PS. PLAC. Gloss.^L IV I 28. im-: CIL III p. 1968 n. XXVIII ([*a. fere 98*]. immún-: VI 10323, 3). *al.* (*cf.* QVINT. inst. 1, 7, 8). imun-: CIL III 7449, 9 (*a. 155*). *al.* in-: CIL IX 4399, 4 (inmún-: VI 10363, 3). *al.* inmones (*nom. sg.*): INSCR. christ. Diehl 3879^b (*s. VI/VII*). i? *p. 504, 59. 60 (bis)*. *de formis: nom. sg.* -es: *l. 47.* *abl.* -e: CIL VIII 2618 b (*a. 211/12*) *ter. al.* *deest compar. et superl.* NOT. Tir. 38, 11. *inde a* PLAVTO, ACC., *dein* RHET. Her., CIC. *al.* [*falso trad.*: GLOSS. III 483, 60 -is: μέριστος, *ubi legend. vid.* immanis: μέγιστος (*cf.* GLOSS.^L II Philox. IM 29. 30). *prob. emend.*: BELL. Afr. 33, 1 civitate libera et -ique (*Löfstedt, Stud. 33*, etiam undique *codd.*). COLVM. 9, 15, 1 *p. 505, 56.* DRAC. Or. 611 (-e *Buecheler, Leo*, inmane *codd.*)]

***I proprie** et technice i. q. muneribus vacuus, sine muneribus* (*de re v. Ruggiero, Diz. epigr. IV s. v.*):

A *absol. et significanter*: **1** *in iure publico de muneribus civilibus tam personalibus quam fiscalibus* (GLOSS. II 249, 45 ἀτελής, ὁ μὴ ὑποκείμενος τέλει): **a** *de sociis civitatibus vel coloniis privilegiatis quae populo Romano nullum stipendium pendunt* (*opp.* stipendiarius): CIC. Verr. II 3, 13 sine foedere -es [civitates] ac liberae *civitates* (II 3, 92 Segestam ... -em c. [II 5, 125]. CAES. Gall. 7, 76, 1 civitatem eius [*i. Commii*] -em esse iusserat *Caesar* [*cf. Meusel ad l.*]. BELL. Afr. 7, 1 *coniunct.* liberam. LIV. 37, 55, 6 *opp.* vectigales). II 4, 21 populos. II 5, 58 quod tam -e municipium, quod ... tam commoda vacatione omnium rerum sit usum quam Mamertina civitas? LIV. 33, 32, 5 senatus Romanus ... liberos, -es, suis legibus esse iubet Corinthios *eqs.* (*cf.* 44, 7, 5 -es ... ac suis legibus victuros *Agassenses*. 45, 26, 13 non solum liberos, sed etiam -es fore Issenses *eqs.* PLIN. nat. 4, 8 Amphisa. *al.*). 34, 57, 10 *urbes Asiae* (*opp.* stipendiarias). PLIN. nat. 3, 12 sunt reliquae coloniae -es (3, 19. 24. CIL VIII 8931, 6 col(onia) ... Sald(ensium) VII -is [*cf.* INSCR. Dessau 649, 8 col(oniae) ... Sald(ensium) legionis VII -is]. *al.*).

b *de singulis civibus sim. (de piratis: l. 81), qui vacatione munerum vel omnium vel quorundam (plerumque e contextu apparentium, ut: p. 504, 5) fruuntur*: PLAVT. Trin. 354 is est -is, cui nihil est qui munus fungatur suom (*nota lusum verborum cum v. 350, infra p. 505, 38*). CIC. Font. 17 cum -is nemo fuerit (*antea* coacti sunt *vias* munire omnes. *cf.* CIL XIV 4012, 4 -is cum sim, ex voluntate mea ... clivom stravi). off. 3, 49 piratas -es, socios vectigales habemus. SALL. Iug. 89, 4 *Capsae* cives apud Iugurtham -es, levi imperio et ob ea fidelissumi habebantur. OV. Pont. 4, 9, 102 extant decreta quibus nos (*i. Ovidium*) laudat et -es publica cera facit (4, 14, 53 solus ... sum vestris -is in oris). LEX met. Vipasc. (CIL II 5181) 57 ludi magistros a proc(uratore) metallorum -es es⟨se placet⟩ (*cf.* COD. Theod. 13, 3, 1 medicos, grammaticos et professores litterarum -es esse cum rebus *suis* ... praecipimus). PLIN. paneg. 38, 2 ut ... in hereditate filii pater esset -is (*sc. vicesimae; cf. p. 505, 18*). ITALA deut. 24, 5 (Lugd.) si ... quis acceperit uxorem de recenti, non exiet in bellum et non iniungetur ei ulla res; -is erit (ἀθῷος, *aliter Vulg.*) CIL II 4514, 9 (*s. II ex.*) L. Caecilius ... adlectus ... inter -es (*subst., ut*: V 4910, 5 [= INSCR. Dessau 847] Vindol(icis) -is Caesaris [*v. Dessau ad l.*]). PAVL. NOL. epist. 16, 6 p. 120, 25 (*trop.*). CYPR. GALL. num. 9 quos iam grandior aetas exhibet -es trepidi sub cura duelli (*i. vacuos a militia*). COD. Theod. 6, 26, 15 quotiens ... procedit indictio, *scriniarii* ... -es ac segreges habeantur. 7, 13, 7, 1 senatores ... qui primo anno ... tironem dederint, insequenti vice habeantur -es. 7, 20, 8 *veterani servulos* -es perpetuo possideant. 12, 1, 115 clerici ... si ... -es cupiunt permanere *eqs.* (16, 2, 19 *clericus* cum patrimonio suo in perpetuum habeatur -is. *cf.* CIL IX 4207, 6 sacerdoti et pontifici. *al.*). 13, 5, 18 navicularios. 13, 10, 2 plebs urbana ... minime in censibus ... conveniatur, sed ... -is habeatur (*ibid. iterum*). *al.*

c *de rebus ut agris sim., patrimonio sim.* (*plerumque de praestationum vacatione* [*opp.* vectigalis]; *de hospitii vacatione: l. 32 sq.; c. dat. comm.: l. 23*): CIC. Verr. II 2, 166 agros -is liberosque (II 3, 91 Halicyenses, quorum incolae decumas dant, ipsi agros -is habent. LIV. 21, 45, 5 agrum ... -em ipsi, qui accepisset, liberisque. *al. cf.* CIC. leg. agr. 3, 9 *praedia* [*opp.* illa quae pensitant]. Phil. 2, 43 duo milia iugerum [3, 22]. epist. 13, 76, 2 *possessionem*. PAVL. dig. 50, 15, 8, 7 solum. COD. Theod. 7, 20, 3 *vacantes terras*. 11, 3, 1 [*a. 319* = Iust. 4, 47, 2] *fundos* [*hinc* GLOSS. III 452, 9 = 482, 29 ἀσυντελῆ χωρία ?]). COD. Theod. 7, 20, 3 centum follium summam. 13, 1, 11 clerici ... -em usum conversationis exerceant. 13, 6, 7 pr. (*a. 375* = Iust. 11, 3, 2) residuo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum est, otioso et -i servando. COD. Iust. 12, 40, 10, 1 (*Valentin. et Marcian.*) domos (*syn.* nullis hospitiis praegravatam). *nota: fere i. q. integer*: IAVOL. dig. 38, 2, 34 scriptus ... patronus debitam sibi partem *hereditatis* -em habet. *meton. de capitatione*: COD. Theod. 7, 13, 6 pr. uxoriam ... capitationem (uxorem ... a capitatione *Momms.*) ... praestet -em *tiro*. 8, 1, 3 praecipimus ... capitationem eorum qui censiti sunt haberi -em. *ibid. iterum.* *de tempore* (*cf. l. 62. p. 505, 12*): SIDON. epist. 4, 24, 5 tribueret heredibus *debitoris defuncti* annui luctus tempus -e.

2 *in re militari (saepe subst.), de militibus (nota de re: l. 64) qui aliqua vacatione munerum graviorum fruuntur* (GLOSS.^L II Philox. IM 52 ἀνέπαφος, ἀλειτούργητος; *cf.* TARR. PAT. dig. 50, 6, 7 quibusdam aliquam vacationem munerum graviorum condicio tribuit, ut sunt *eqs.* [*seq. enumeratio -ium*]. *v. Ruggiero, Diz. epigr. IV 38, ubi exempla plura*): CIL VI 228, 2 (*a. 205*) Aur. Geminianus im(munis). III 1038, 4 (*intra a. 211 et 222*) M. Aurelius Crescentinus immu(nis) leg(ionis) XIII (III 14358^{2a}, 3 [*a. 222?*]. *al.*). 3565, 11 -es et discent(es). VI 3236, 4 eques singulari (*sic*) ... -is tur(mae). INSCR. Eph. epigr. IX 302, 5 militi -i (*nisi ad I A 1 ref.? v. Eph. epigr. l. l.*). *et al.* ex -i: CIL III 6178, 1, 9 (*a. 134*) Iul. Proculus exim-m(uni). *al.* VIII 2618 b (*a. 211/12*) ex -e (*ter*). *accedit altera dignitas*: bucinator: INSCR. RevA. IV 12 (1908) p. 474 n. 272. consularis: CIL XIII 7277, 3 (*a. 183*). 5170, 3 (*a. 219*). INSCR. Dessau 2407 -i⟨s⟩ consularis. *al.* librarius: CIL VI 3401, 6 (= XIV 2255 *aet. Sept. Sev. et M. Aurel.*) imm(unibus) libr(ariis) et exactis. III 885, 2 *al.* speclariarius: INSCR. Dessau 9094, 13. venator: CIL III 7449, 9 (*a. 155*). VI 130, 2 (*a. 241*). *dub.*: CIL VI 32533 b, 28 (*a. 209*) p(raetorius?) ... im(munis). II 4166, 4 c(orniculario?) i(mmuni?). III 3446, 6 ex i(mmuni?) c(onsularis?). 8672, 4 v(enator?) i(mmunis?). 12559, 1 im(munes?) d(uplarii?). *al.* (*v. p. 403, 39*). *meton. de tempore quo milites muneribus vacant*: SEN. dial. 9, 17, 7 nox -is est ab expeditione redeuntium. *nota de re*: INSCR. RevA. VI 2 (1933) p. 401 n. 120 -e in r(ationem) val(etudinarii) leg(ionis) II ad(iutricis) (*de dolii quodam genere, cf. Germania 17, 1933, 237*).

3 *in collegiis sim.* (*plerumque subst.; spectat ad onera collegialia*): CIL VI 950, 7 (*a. 97*) Ti. Claudius Felix et P. Lollius Paris allectores, cultores Silvani, idem immun(es) (*cf.* DONATIO Monim. [CIL VI 10231] 9 -es et curator et plebs universa collegi *Silvani*). LEX coll. Aesc. et Hyg. (CIL VI 10234) 10 imm(unibus) sing(ulis). (12 *bis*). CIL XIV 367, 4 (*a. 182*) P. Horatio Chryseroti, ... quinq(uennali) et -i Larum Aug(usti). V 4048, 8 L. Valerius Ursio, L. Valerio Asinioni ... et sibi -es recepti in colleg. fabrum. VI 33883, 3 Herculanio Tauro, honorato, -i, mesores machinari frumenti publici. XII 1815, 7 (*in colleg. utricul.*). XIV 256, 159 (*in corp. fabr. naval.*). *dub.*: INSCR. RevA. 1930, 2 p. 346 n. 32 (*Bonnac, a. 226*) Septi. Mucianus imm(unis) fig(linae?) (*ibid. iterum*).

B *indic. genus muneris a quo aliquis vel aliquid vacat*: **α** *gen.*: CIC. Verr. II 5, 58 *Mamertini* omnium rerum -es fuerunt ..., ut populo Romano nihil darent. OV. met. 4, 5 -es ... operum famulas dominasque suorum. LIV. 7, 7, 5 -es ... operum militarium erant *milites* (*cf.* TAC. ann. 1, 36 ceterorum -es [*subst.*], nisi propulsandi hostis). 38, 44, 4 dum eorum (*sc. portoriorum*) -es Romani ... essent. *adde*: PAP. Berol. 628^v II 10 optamo (Octaviae *ci. Dar.*) legis cives Romani

[Labhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sint -es. *β abl.*: LIV. 1, 43, 8 una centuria facta est -is militia. COD. Theod. 6, 2, 14 omnes ... glebali iubemus praestatione reddi -es. 6, 24, 8 senatoriis functionibus. 7, 13, 7, 3 ut *milites* ... -es propriis capitibus mox futuri sint. 7, 13, 18 iuniorum conlatione. 12, 1, 56 qui ... militare munus adamaverunt ..., erunt curia -es (16, 2, 21 curiis). 13, 10, 6 simili devotione. 16, 2, 36 pr. auraria pensione. COD. Iust. 1, 2, 22 *al.* *γ ab*: SVET. Claud. 25, 3 si *Seleucus* ... Ilienses ab omni onere -es praestitisset (COD. Theod. 13, 5, 5 pr. ab omnibus oneribus et muneribus [13, 5, 7] ... securos, vacuos -esque. 15, 2, 1 [*a. 330* = Iust. 11, 43, 1]. *al.*). PAVL. dig. 39, 4, 9, 8 fiscus ab omnium vectigalium praestationibus -is est (COD. Theod. 12, 1, 50, 1 *al.*). PAPIN. dig. 22, 1, 3, 1 post rem iudicatam tempus (*cf. p. 504, 39*) a fructibus dependendis -e est. HERMOG. dig. 50, 4, 17, 1 -is (*subst.*) ab honoribus et muneribus civilibus (COD. Theod. 6, 35, 1 [*a. 314* = Iust. 12, 28, 1] a cunctis m. sordidis et personalibus [11, 16, 5 *a. 343* = Iust. 11, 75, 1 *de privatis rebus*]. 13, 3, 2 *coniunct.* obsequiis. *al.*). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 2, 18 a sigillis. PAP. Oxyrh. VIII 1114, 15 (*a. 237*) hereditatem esse ... -em a vicensima. COD. Theod. 6, 2, 22 a conlatione glebalis auri (13, 3, 19. *cf.* 13, 1, 1 ab huius conlationis obsequio). 6, 26, 1 (*a. 362* = Iust. 12, 19) ab ... hac necessitate (16, 2, 40. *cf.* 6, 35, 11 [*a. 381* = Iust. 12, 28, 3] ab ... iniunctis). 6, 37, 1 ab ... indictionibus (COD. Iust. 12, 52, 3 pr. [*a. 444?*] *al.*). 12, 1, 121 patrimonium -e a curialibus nexibus. 13, 3, 16 (*a. 414* = Iust. 10, 53, 11) ab omni functione omnibusque muneribus publicis (13, 10, 4 *al.*). 13, 5, 7 ab administratione ... tutelae. 15, 3, 3 a viarum munitione. 16, 2, 14, 4 (*a. 357* = Iust. 1, 3, 2) -es ... ⌊a censibus et separati⌋ (*om. Iust.*) ab huiusmodi muneribus (*cf.* 16, 5, 52, 1 ab ... censura). NOVELL. Valent. 36, 6 huic officio vacantes a ceteris habeantur -es. COD. Iust. 12, 40, 9, 4 (*a. 444*) a pensione ... portionis tertiae (*cf.* 10, 35, 3). *al.* *liberius c. generalibus notionibus*: COD. Theod. 7, 10, 1 pr. ab eorum usurpatione, qui in his ... manere consueverant, sacrae domus serventur -es. 13, 3, 10 ut etiam uxores *medicorum* ... ab omni inquietudine tribuantur -es et a ceteris oneribus publicis vacent (*cf.* 6, 26, 7 ab omni publica molestia [7, 8, 16 pr.]).

II ***translate*** (*sc. usu non technico*):

A *vi primitiva integra, de quodvis munus praebentibus*:

1 *fere i. q. minime munificus*: **a** *in malam partem fere i. q. ingratus*: PLAVT. Trin. 350 civi -i (*nota lusum verb. c. 354, v. p. 503, 77*) scin quid cantari solet? (*cf.* ISID. orig. 10, 140 -is, minime munificus, ut est in proverbio veteri: '-em cives odere sui'. *v. Otto, Sprichw. 172*). ACC. trag. 364 o ingratifici Argivi, -es (*Schol. Cic. Bob.*, inanes *codd. Cic. Sest. 122*) Grai, inmemores benefici (SCHOL. Cic. Bob. p. 137, 1 St.: -es ingratos significat *eqs.*). *audacius de re*: PLAVT. Trin. 24 amicum castigare ob meritam noxiam -e est facinus (*minus bene* PAVL. FEST. p. 109: pro improbo. PS. PLAC. Gloss.L IV I 28: improbum, culpandum). CIC. Lael. 50 non ... est inhumana virtus neque -is neque superba. **b** *de eo, qui donum vel symbolam non confert, i. q.* ἀσύμβολος: HOR. carm. 3, 23, 17 -is aram si tetigit manus (*cf. Bentley ad l.; falso* PORPH.: subaudiendum extrinsecus 'scelerum' *eqs.*). 4, 12, 23 non ego te meis -em meditor tingere poculis. epist. 1, 14, 33 quem *virum* scis -em Cinarae placuisse rapaci. GELL. 7, 13, 2 ne omnino, ut dicitur, -es et asymboli veniremus.

2 *i. q. nullo officio, opere sim. fungens*: VERG. georg. 4, 244 -is ... sedens aliena ad pabula fucus ([NON. p. 30: sine officio, sine munere. SERV.: a labore scilicet]. *cf.* COLVM. 9, 15, 1 ut ait Vergilius *de fucis*, 'ignavum pecus' et -e [etiam rure *codd.*], sine industria favis assidens). OV. met. 7, 229 neque eras -is, Enipeu, ... necnon Spercheides undae contribuēre aliquid. FLOR. epit. 1, 23, 2 quod, omnibus *artubus* opere fungentibus, solus venter -is ageret. TER. MAVR. 46 nil (*in corpore*) -e relinquitur (*antea* cunctis visceribus ... occultus trepidat labor). *audacius* (*per meton.; cf. p. 504, 35*): MANIL. 4, 393 pro pretio labor est; nec sunt -ia tanta (*sc. ausa*). SEN. Herc. f. 214 numquid -is fuit infantis aetas? (*de Hercule*). TERT. adv. Marc. 2, 11 p. 350, 19 statim sudor et labor panis, sed ante ex omni ligno victus -is et alimenta secura.

B *latiore sensu, tam de animantibus quam de rebus, i. q. expers, vacuus, liber sim.*: **1** *generatim* (*hic illic apparent notiones secund. s. 2 enumeratae, e. g. p. 506, 48*): **a** *absol. et localiter* (*praeter l. 73 [de amore]*): SEN. Herc. f. 957 -e caelum est, dignus Alcide labor. FLOR. epit. 3, 10, 9 nec Rhenus ergo -is, nec enim fas erat ut liber esset receptator hostium. CLAVD. carm. min. 37, 1 clauditur -is convexo tegmine rivus *eqs.* rapt. Pros. 1, 225 nulla sit -is regio nullumque sub umbris pectus inaccensum Veneri.

b *c. struct.* (*cf.* BEDA gramm. VII 275, 21 -es periculi et -es a periculo): *α gen.*: VERG. Aen. 12, 559 urbem -em tanti belli atque impune quietam (OV. am. 2, 14, 1 quid iuvat -es belli cessare puellas? PRVD. c. Symm. 2, 729. *cf.* HEGES. 1, 12, 1). OV. epist. 14, 8 -es caedis habere manūs (*cf.* VELL. 2, 7, 2 iuvenis ... -is ... delictorum paternorum. STAT. Theb. 5, 123 nec vos -is scelerum securave cogo [PORPH. Hor. carm. 3, 23, 17 *l. 49*]. SEN. dial. 7, 26, 5 animus vitiorum -is. PS. RVFIN. in Os. 3 p. 981D gentilium profanitatum. *al.* PRVD. apoth. 899 exsortem dic esse animam crucis atque doloris, si culpae -em vacuamque a crimine nosti. *al.*). met. 3, 11 bos ... nullum passa iugum curvique -is aratri (CYPR. Gall. exod. 855 *de iuvenco.* [*syn.* expers]. *cf.* 376 curvi ... -is [-es *codd.*] a. labor). 8, 690 vobis -bus huius esse mali dabitur (PS. QVINT. decl. 9, 8. AMM. 19, 12, 16 -em eum (*sc. imperatorem*) fore malorum communium [*cf.* GLOSS. III 450, 75 = 482, 62 -em fore: ἀβλαβῆ ἔσεσθαι]). 9, 253 aeternum ... et expers et -e necis (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 358 leti. *al.*). 13, 293 -em ... aequoris arcton (fast. 4, 575 liquidique -ia ponti ... proxima signa polo. *cf. Hom. Od. 5, 275* ἄμμορός ἐστι [*sc.* ἄρκτος] λοετρῶν Ὠκεανοῖο). EPICED. Drusi 55 luctūs. VAL. FL. 1, 77 *Gloriam* viridem ... -emque senectae. FLOR. epit. 4, 12, 46 gentes ... -es imperii *Romani* (4, 12, 60). TERT. pall. 4 p. 932, 7 Oe. cultri vertex *equorum* solus -is (*i. 'solus intonsus'*). PANEG. 10 (4), 23, 4 vulnerum. AMBR. Hel. 13, 49 iniuriae (*opp.* exsors ... palmae). hex. 6, 4, 22 periculi (HEGES. 5, 50 p. 405, 29 U.). in psalm. 118 prol. 3, 1 litterarum elementa ... non sunt ... interpretationis (-ne *AOR*) vacua atque -ia. *al.* HEGES. 3, 7 miseriae (*gr. 3, 63* συμφορᾶς ἀπείρατος). ANIAN. Chrysost. hom. 4, 4in. (ἀπηλλαγμένον). PS. RVFIN. in Os. 6, 11 damnationis. PRVD. ham. 654 *animam* -em ... expertemque nefandi auditus. PAVL. NOL. carm. 6, 152 -is thalami coitusque ignara *Maria*. EVSTATH. Bas. hex. 8, 5 -is bonitatis exsorsque. *al. cf. infra l. 26.* *localiter c. gen. animant.*: AMBR. Cain et Ab. 1, 8, 32extr. nullum locum -em sui relinquens *deus*.

β abl.: VELL. 2, 35, 2 omnibus humanis vitiis -is (*sc. Cato* [*cf.* LVCAN. 2, 257 corrupti moribus aevi]. EVSTATH. Bas. hex. 1, 1in. *cf.* VELL. 2, 46, 2 *Crassus* vir ... sanctissimus -isque voluptatibus. AMM. 26, 10, 13 culpa [PELAG. in II Corinth. 7, 11 p. 271, 18 S. *var. l.* a c.]. AMBR. in psalm. 118 serm. 17, 17, 2 corpus *Christi* ... peccatis [-ti *O*] -e. HIER. hom. Orig. in Ier. 1 p. 595A *delicto*. CASSIAN. conl. 4, 15, 1 genitali [a g. *var. l.*] pollutione. *al.*). 2, 115, 2 gentis integras -esque ... clade belli (LVCAN. 8, 704 *cladibus* -es ... annos. *al. cf.* VELL. 2, 120, 3 exercitum -em tanta calamitate servavit). SEN. Ag. 69 caeruleis -is aquis ... Bootes (LVCAN. 9, 542 sidus ... -e mari. *cf. l. 6 sq.*). Oed. 52 nec ulla pars *segetis* -is exitio vacat (*cf.* PS. QVINT. decl. 12, 15 mortibus). Phaedr. 1054 metu. epist. 85, 3 animum -em esse tristitia. OCTAVIA 414 vomere (vulnere *codd.*) -em ... terram. PLIN. nat. 11, 115 malo (*i. morbo ut*: 28, 80. *cf.* 17, 225 caprificus omnibus [*sc. morbis*] -is est). STAT. Theb. 6, 152 furiis. silv. 2, 1, 222 -is fatis *Glaucias*. TER. MAVR. 112 -ia rictu patulo tenere labra (*ad litt.* a *pronuntiandam*). NEM. ecl. 1, 2 raucis -ia *sunt* rura cicadis. AMM. 24, 6, 11 sagittarum periculo. CLAVD. 21, 310 nube soporis -es oculi. PAVL. PELL. 320 poena. *v. et l. 14.*

γ ab: SEN. contr. 2, 5, 16 aliquod tempus -e a legibus miseriae faciunt. 10, 3, 5 nihil ... -e a victoris ira ... fuit (*cf.* SALV. gub. 3, 13 ab iracundia). VELL. 2, 14, 3 *domus* libera a conspectu -isque ab omnibus arbitris (hominibus *var. l.*). 2, 126, 3 pax ... angulos a latrociniorum metu servat -es (SEN. clem. 1, 19, 5 nullum momentum -e a met⟨u⟩ habeat *furor*. *al.*). VAL. MAX. 7, 3 ext. 8 ab hoc iniuriae genere (*i. ab incendio. cf.* SEN. dial. 12, 2, 7 ab hac iniuria. *al.* *aliter*: COD. Theod. 9, 8, 1 ab iniuria laesi pudoris -em *tutorem* [*de vacatione culpae, cf. p. 507, 20 sqq.*]). SEN. Thy. 49 non sit a vestris malis -e caelum (epist. 95, 18 *al. cf.* PALLAD. hist. mon. I p. 280D [ἀκατάτριπτος]). nat. 6, 1, 12 ullam terrarum partem exceptam -emque ab hoc periculo (CYPR. epist. 58, 6 p. 661, 26 *al.*). epist. 74, 22 tutos a fortuna et -es. PLIN. nat. 2, 135 a fulminum casu. 32, 37 a dolore (CLAVD. DON. Aen. 1, 195 p. 45, 6). TERT. anim. 7 p. 308, 16 incorporalitas ... *est* -is et a poena et a fovella (AMBROSIAST. in Rom. 2, 3 *al. cf.* COD. Theod. 7, 10, 1, 1 a condemnatione. 9, 7, 1 [*a. 326* = Iust. 9, 9, 28] a [ab *Iust.*] iudiciaria severitate. SALV. gub. 3, 13 a reatu. *al.*). ITALA Matth. 27, 24 (Ps. Cypr. adv. Iud. 4) ⌊-is et innocens⌋ (ἀθῷος ἀπό, *Vulg.* innocens) sum ab huius sanguine (LACT. epit. 58, 4 *al.*). Ios. 2, 17 (Rufin. Orig. in Ios. 3, 5 p. 306, 25 B.) -es (ἀθῷοι, *Vulg.* innoxii) sumus ab hoc iuramento tuo (AVG. quaest. hept. 1, 67). CYPR. hab. virg. 11 p. 195, 13 ab omni contactu iniuriae saecularis (mort. 8 p. 301, 9. *localiter*: CAEL. AVR. chron. 4, 3, 34 nulla pars ulcerum ... a medicaminis c. videtur -is). epist. 30, 3 p. 551, 5 a scelere (*syn.* alienus. ARNOB. nat. 7, 41 p. 274, 19 *opp.* obnoxius. *cf.* EDICT. imp. Diocl. II 21 ab eiusmodi noxa [CASSIAN. conl. 23, 18, 3]. CONSVLT. Zacch. 1, 14 p. 17, 26 M. ab omni -is delicto [AVG. pecc. mer. 3, 10, 18med. *al.*]. RVFIN. Orig. in gen. 5, 3in. a peccato [AVG. pecc. mer. 5, 10 p. 135, 22]. AVG. civ. 21, 27 p. 548, 23 D. a criminibus [AMBROSIAST. in Rom. 7, 20 *al.*]. c. Petil. 2, 96, 221 p. 240, 16 *al.*). laps. 4 p. 239, 28 a persecutionis incursu (MART. CAP. 1, 15). *al.* ARNOB. nat. 7, 4 p. 240, 11 ab anxietate maeroris. 7, 47 p. 282, 3 civitas intacta ... flatuque a noxio -is semper innocuaque praestari. LACT. inst. 3, 16, 10 ab hac calumnia (LEX Visig. 5, 6, 6). *al.* PS. HIL. libell. 19 p. 947D ab osculo (*cf.* FVLG. RVSP. epist. 3, 10 p. 328A [*trop.*] ab omni stupro ... infidelitatis -ia *membra*. AVG. civ. 22, 17 p. 594, 11 D. a concubitu et a partu. *al.*). CLAVD. DON. Aen. 2, 761 p. 250, 11 a bello. 3, 45 p. 269, 9 locus -is a vulnere (AVELL. p. 106, 20). *al.* VEG. mil. 4, 35 caesa materies -is servatur a carie. AMBROSIAST. in Rom. 5, 12extr. a *morte*. AVG. civ. 20, 20 p. 455, 8 D. ab illa sententia (*sc.* 'terra es' *eqs.* LEX Visig. 3, 5, 3). nupt. et concup. 2, 3, 8 p. 259, 16 a *vinculo servitutis* (CASSIAN. c. Nest. 5, 15, 2). *al.* CASSIAN. inst. 5, 34 *oculi* a suffusione ... caecitatis -es (*inde* GLOSS.L Corp. I 55 -es: mundi). *al.* *et al. cf. supra l. 25. 28.*

[Lubhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

δ singularia: inf. pass.: SEN. Herc. O. 1612 quid sub hoc mundo Hercules -e vinci liquit? de: GREG. TVR. Franc. 4, 12 extr. de omnibus scripturis tam ecclesiasticis quam saecularibus adplene -is (*i. imperitus*) fuit *Cautinus.*

2 *notiones secundariae (abs. vel c. ellips. subst.):* **a** *de vacatione damni, poenae sim. (hic illic fere i. q. impunis):* MANIL. 4, 459 nec Cancri prima -is, nec tertia pars est (*postea* nec ter quinae clementior usus). VELL. 2, 119, 2 cum ne pugnandi quidem egrediendive occasio . . . data esset -is, castigatis etiam quibusdam gravi poena *eqs.* SEN. dial. 6, 9, 1 nihil nobis mali . . . proponimus, sed ut -es ipsi . . . alienis non admonemur casibus *eqs.* 6, 12, 4 ne deos quidem fabulae -es reliquerunt *eqs.* SIL. 16, 693 Carthago -is nostros secura labores audiet . . . et portis bellabit apertis? ITALA prov. 6, 29 (Ps. Cypr. singul. cler. 2) qui introit ad uxorem proximi sui, non erit -is (οὐκ ἀθῳωθήσεται, *at Vulg.* mundus). SOL. 27, 16 *mulier* obtestata occursantes feras -is (impunis *SA*) rediit. VVLG. Sirach 7, 8 nec enim in uno *peccato* eris -is (ἀθῷος). Ier. 25, 29 et vos quasi innocentes et -es eritis? non eritis -es *eqs.* CLAVD. 5, 25 ne qua maneret -is regio, cladem divisit in orbem *Aeolus.* NOVELL. Iust. 90, 3 si . . . astu appareant malignantes . . . neque -es eos derelinqui. **b** *de vacatione culpae vel reatus:* RVFIN. Orig. in num. 10, 1 p. 69, 17 B. *apostolus* nullum reliquit -em, dum aliis fornicationis, aliis . . . superbiae crimen adscribit. *fere i. q. innocens (cf. p. 506, 58. 60):* PALLAD. hist. mon. II 19 p. 377^A -is . . . sum (*gr. p. 165, 26* ἀναίτιος γάρ εἰμι).

structurae: gen.: p. 504, 79 sqq.; 505, 75 sqq. (gen. gerund.: p. 504, 82). dat. comm.: p. 504, 24. abl.: p. 505, 1 sqq.; 506, 22 sqq. ab: *p. 505, 7 sqq.; 506, 41 sqq.* (ab *c. abl. ger.: p. 505, 12).* de: *l. 2. inf. pass.: l. 1.*

syn.: liber, otiosus, vacuus. alienus, expers, exsors. *opp.:* stipendiarius, tributarius, vectigalis. *deriv.:* immunitas.

adv. **immūne:** GREG. M. epist. 6, 63 ne -e (ut minime *var. l.*) ad Romanam potuisset urbem accedere *eqs.*

***immūnitās,** -ātis *f. ab* immunis. PAVL. dig. 50, 16, 18 *munus dicitur* onus, quod cum remittatur, vacationem militiae munerisque praestat, inde -em appellari. im-: CIL XII 3637, 7 *et* 10 (*a. fere 73*) immúnitát-. XIII 6740a, 2 (*s. II/III*). *al.* in-: CIL VI 10332, 11. em- (?): *v. s.* emunitas *vol. V 2, 544, 64 sqq. abl. (?) sg.* -i: CIL XIV suppl. Ost. 5340, 5 (*v. p. 508, 15*). *gen. pl.* -ium: CIC. Phil. 2, 35 (*l. 60*). COD. Theod. 13, 10, 8 *l. 84* (*at* COD. Iust. 10, 25, 1 -um). GLOSS. ἀτέλεια, ἀλειτουργησία, κουφισμός. II 583, 45 libertas vel gradūs vel a reddendo tributum publicum. *inde a* CAES. (*? v. l. 44*) *et* CIC. (*13^ies, plur. 6^ies*), *dein* LIV. *al.* [*emend. prob. pro impun- (cf. p. 508, 54):* VAL. MAX. 1, 1, 19 *p. 508, 58 sqq. loco interpolato:* CAES. Gall. 6, 14, 1.]

I *proprie et technice: in iure publico i. q. excusatio sive vacatio munerum civilium tam personalium quam fiscalium (de vicesima: p. 508, 38 sqq. adde in collegio sim.: l. 55. p. 508, 11; in re militari (cf. p. 504, 41):* VEG. mil. 2, 19 p. 53, 12. *de ratione, quae inter voces* excusatio vacatio -s *intercedit, v. Karlowa, Röm. Rechtsgesch. I 1885, 610 sqq.):*

A *abs.:* CIC. Font. 27 M. Fontei calamitate, in qua *Gallia* . . . prope suam -em ac libertatem positam esse arbitrabatur (LIV. 38, 48, 4. SEN. benef. 5, 16, 6 ius integrum libertatemque cum -e. CVRT. 5, 3, 15). Phil. 1, 3 num -es datae *sunt*? (epist. 12, 1, 1 LIV. 38, 39, 7 *al.* CIL VI 10332, 11 ei . . . in perpetuom -s data est [*pertinet ad sacra sociorum*]. FRG. Vat. 149 quibus . . . -s dari solet, etiam vacatio a tutelis datur. *al. cf.* SVET. Galba 15, 2 *Galba* donari gratiā passus est vectigalia, -es [CIL III 5232, 3]. PANEG. 11 [3], 8, 3 *liburnae* -es, privilegia, pecunias largiuntur. *al.*). Phil. 1, 24 -bus infinitis sublata *sunt* vectigalia. 2, 35 -ium (*V*, -is *D*), vectigalium flagitiosissimae nundinae. 2, 91 -is tabula. 2, 92 neque solum singulis venibant -es, sed etiam populis (12, 12. *cf.* 3, 10 quam hic -em . . . non vendidit? [3, 30]). 5, 11 -es in aes . . . iubebat incidi *Antonius.* SEN. benef. 5, 16, 6. TAC. hist. 3, 55 his tributa dimittere, alios -bus iuvare (*cf.* COD. Iust. 10, 53, 3). ann. 12, 61 -e Cois tribuenda (MOD. dig. 50, 6, 5 *al. cf.* CALL. dig. 50, 6, 6, 4 praestatur. *al.*). SVET. Galba 15, 2 (*opp.* vectigalia). *al.* CALL. dig. 27, 1, 17, 1 plenissima (COD. Theod. 16, 2, 7 *al. cf.* FRG. Vat. 134 multifariam. *al.*). VLP. dig. 50, 15, 3, 1 -s cum persona extinguitur (*al.*). PAVL. dig. 27, 1, 34 uti -e (COD. Iust. 10, 53, 1. *cf.* COD. Theod. 7, 13, 6, 1 gaudere. *al.*). EPIST. imp. Sev. et Car. ad Tyr. (CIL III 781) 26 fructum -is. ARNOB. nat. 4, 36 p. 170, 27 instituuntur et munera, ab officiis otium publicis, -s et vacatio (*an ad I B 3 ref.?*). PS. ASCON. div. in Caec. p. 191, 2 St. multis . . . -bus contra fas remunerati *Mamertini* (*cf.* COD. Theod. 13, 10, 8, 1 [*a. 383* = Iust. 10, 25, 1] iniusta. 15, 1, 5 adversus fas elicitas. COD. Iust. 8, 11, 1 [*a. 338*] inlicitas). VVLG. I Macc. 10, 34 dies sollemnes . . . sint omnes -is et remissionis. COD. Theod. 5, 15, 14 susceptos . . . fundos post emensa -is spatia . . . retinendos. 6, 24, 11 *hi* qui -em sibi laboribus redemerunt (*cf.* 11, 13, 1 *al.*). 7, 20, 8, 2 perpetuam (*cf. l. 55. p. 508, 29*). 12, 17, 1 pr. (*a. 324* = Iust. 10, 52, 6) promissa legibus -e servanda (COD. Iust. 10, 44, 1 [*Alex. Sev.*]). 13, 3, 16 (*a. 314* = Iust. 10, 53, 11) haec quae *medici* . . . consecuti sunt privilegia -esque (*cf.* 13, 5, 3). 13, 10, 8 pr. (*a. 383* = Iust. 11, 48, 9) specialiter datae (*cf.* 13, 10, 8, 1 [*a. 383* = Iust. 10, 25, 1] abolita specialium -ium [*v. supra l. 39*] gratia. *al.*). COD. Iust. 11, 59, 3 (*a. 364*) quicumque . . . praedia meruerint sub certa -e. *al.* CIL II 2129, 6 compluribus -bus et beneficiis honoratus. XI 3126, 16 ob honores et -es (*cf.* XIV 107, 3). *al. adde:* CIL III 8088, 5 immun. ordin. (*i.* immun(itate) ordin(aria) *Momms.*, im(munitate) mun(erum) ordin(ariorum) *Domaszewski*). *usu latiore: de quibusvis privilegiis:* AMBR. epist. 18, 11 habeant . . . Vestales -em suam (*enumerantur privilegia ut* infulae *al.*).

B *c. struct.:* **1** *gen.:* **a** *possess. vel subi. (cf. l. 52 sqq.): hominum sim.:* CALL. dig. 50, 6, 6, 13 naviculariorum. COD. Theod. 14, 6, 2 eorum, quos coctio calcis manet, et vecturariorum. CIL V 4341, 11 collegii nostri. CAES. AREL. testam. 105 ecclesiae. *rerum (adde infra l. 35):* CALL. dig. 50, 6, 6, 5 navium maritimarum. SERV. auct. ecl. 9, 1 agrorum (*cf.* COD. Theod. 13, 5, 14 iugorum). COD. Theod. 11, 7, 6 (*a. 349* = Iust. 10, 19, 4) rei privatae nostrae. CIL XIV suppl. Ost. 5340, 5 Hermogeni . . . -i (*v. p. 507, 38*) musii fulto (*H. fuit* τῶν ἐν τῷ Μουσείῳ σιτουμένων ἀτελῶν. *cf. Wickert ad l.*). **b** *obi. (cf. infra l. 56; gerund.: l. 18. 22. 31):* VLP. dig. 49, 18, 4 pr. viae sternendae. 50, 5, 2, 6 civilium munerum (*antea* excusationem a muneribus civilibus. CHAR. dig. 50, 4, 18, 29 [*syn.* vacationem]. *al. cf.* CIL III 6294, 7 m. public(orum) [COD. Iust. 10, 42, 3]. COD. Theod. 12, 1, 99 [*a. 383* = Iust. 1, 9, 5] curialium munerum. *al.*). PAVL. dig. 39, 4, 9, 8 solvendi publici vectigalis (EXVP. 5 -es vectigalium. *cf.* COLL. Mos. 16, 9, 3 decimae [*cf.* COD. Theod. 13, 1, 14 quindecim solidorum]. COD. Theod. 13, 5, 32 [*a. 409* = Iust. 11, 2, 4] tributariae pensitationis. INST. Iust. app. 7, 9 tributorum. *al. nota:* COD. Theod. 11, 12, 2 capitationis indulgentiam -emque). PAP. Berol. 628^v II 9 omnium rerum (IVST. 11, 1, 10 -em cunctarum r. praeter militiae vacationem. *cf.* COD. Theod. 8, 5, 36 necessitatum). COD. Theod. 6, 26, 13 praeturae (*antea* a praetura. *cf.* 16, 8, 2 perpetua decurionatus -e). 6, 27, 22 in priore dignitate permaneant, cuius -em amplexi sunt. COD. Iust. 1, 3, 51. 12, 40, 10 pr. domos hospitum -e securas. CIL VI 712, 7 sacrum faciend⟨i⟩ (*cf.* 2186, 4 [*a. 109; suppl. Momms.*]). *nota in imag.:* SEN. epist. 96, 2 omnia . . . quae expavescimus, tributa vitae sunt: horum . . . nec speraveris -em nec petieris. **c** *qual.:* COD. Theod. 5, 11, 8 triennii (5, 14, 30. COD. Iust. 11, 59, 1 earundem possessionum tr. -e percepta). 11, 20, 5 pr. unius anni. 13, 11, 13 biennii.

2 in *c. abl.:* TAC. ann. 13, 51 edixit princeps, ut . . . militibus -s servaretur, nisi in iis quae veno exercerent. PLIN. paneg. 37, 6 eandem -em (*sc. vicesimae*) in paternis bonis filio tribuit *Traianus* (*cf.* 38, 6 eandem -em parentes in liberorum bonis obtinere). COD. Theod. 13, 1, 2 in pecuniarum certo numero -em . . . consecutos.

3 ab: CALL. dig. 50, 6, 6, 3 a muneribus publicis (VLP. dig. 50, 5, 2, 8 a civilibus -m. [50, 6, 1 pr. PAP. Lips. 44 II 9 a m. c. personalibus. *al.*]). PAVL. dig. 49, 18, 5, 1 ab exactione tributorum. COD. Iust. 5, 62, 1 (*a. 204*) a tutelis (FRG. Vat. 138 a t. et curis).

II *tropice et translate i. q. libertas, vacatio, exceptio sim. (hic illic vi primitiva integra i. q. cuiusvis muneris vacatio, ut: l. 49. 55. 57; sensu morali: l. 51):* **A** *abs.:* TERT. coron. 3 p. 423, 1 Oe. die dominico ieiunium nefas ducimus . . . eadem -e a die paschae in pentecosten usque gaudemus. CASSIAN. inst. 5, 12, 1 gloriosam coronam et -is privilegio decoratam (*opp.* corruptibilem. *inde* GLOSS. V 424, 58 -is: castitatis). **B** *c. struct.:* **1** *gen.:* **a** *subi. (cf. l. 8 sqq.):* TERT. apol. 46, 3 cur . . . quibus (*i. philosophis*) comparamur de disciplina, non proinde adaequamur de licentia et -e (impunitatem *P*) disciplinae? orat. 21 *ii*, qui . . . virginibus indulgent capitis -em (*sc. a velando*). **b** *obi. (cf. l. 16 sqq.):* CIC. ac. 2, 121 ecce . . . Strato, qui det isti deo -em — magni quidem muneris (*postea* negat opera deorum se uti ad fabricandum mundum [*ironice*]). VAL. MAX. 1, 1, 19 ut . . . eversis iam arboribus poenas lueret *Turullius* et adhuc superantibus -em (imp- *codd.*) consimilis iniuriae pareret. TERT. virg. vel. 17 p. 909, 1 Oe. cum sint vel ex . . . infelicitatis . . . -e felices *feminae.* EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962^A nec ulla diligentiae sibi (*i. rebus humanis*) competentis -s est (*gr. p. 200^B* οὐδὲ τῆς ἐπιβαλούσης αὐτοῖς ἐπιμελείας ἄμοιρα). FAVST. REI. spir. 2, 4 p. 138, 20 peccatorum abolitio et -s erogatur. de: COD. Iust. 6, 22, 12 de inofficiosi querella -em (*de testamento*). ne: LACT. ira 10, 28 *philosophi* deos aiunt incorruptos . . . esse solisque dant -em, ne concursu atomorum concreti esse videantur. *cf.* emunitas. *Labhardt.*

immūnītus, -a, -um. *ab* in *et* munitus. *i. q. non munitus:* **1** *de rebus:* **a** *de via non strata:* CIC. Caecin. 54 si via sit -a, *lex* iubet qua velit agere iumenta. *ibid. iterum.* **b** *de locis munimentis carentibus:* OV. met. 10, 169 Sparten (*cf. adn. crit.*). LIV. 22, 11, 4 oppida castellaque. *neutr. plur. pro subst.:* VVLG. gen. 42, 12 -a terrae huius considerare venistis (עֶרְוַת *i.* '*nuditatem*'). **2** *de hominibus i. q. non tutus, non defensus:* PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 19 *ignavos* tendere extra vallum iussit, ut -i assuescerent periculis. APVL. met. 8, 5 inermes atque -i tegumentis frondis *abscondimur.* AVG. c. Petil. 3, 40, 47 (*trop.*) -us iacet *Petilianus*, non inveniens, quid respondeat (*cf. antea* munimenta). *adde:* POMER. 3, 8, 1 *superbia* advenienti *diabolo* -um pectus . . . pandit.

immurmurātio, -ōnis *f. ab* immurmurare. *fere i. q. murmuratio:* AMBR. epist. 63, 56 (*cf. p. 509, 8*) -o orta populi, quod per sacerdotes perisset populus (*syn.* admurmuratio). ENNOD. opusc. 4, 32 p. 390, 25 mugitus ursi aliarumque beluarum minax -o.

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***immurmuro,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* murmurare. *inde a* VERG. (*infra l. 19*) *fere apud poetas dactylicos; in sermone pedestri inde a* PANEG. (*l. 21*).

i. q. murmurare in aliqua re vel in (ad), contra (infra l. 8) aliquid (c. dat.: passim; abl.: infra l. 14. 43; in *c. abl.: infra l. 41;* adversus: *l. 9*): **A** *intrans.*: **1** *animantes (bestiae: l. 11. 16 sqq.)*: Ov. met. 3, 646 increpor a cunctis, totumque -at agmen (*i. contra me murmurat; cf.* AMBR. epist. 63, 55 -rent improbantes . . . iudicium dei. 63, 57 -verunt adversus fratrem Moyse. *ibid.* quotidiano -at convicio. *al.* CASSIOD. in psalm. 26, 19). MANIL. 5, 382 *cycnus* secum (*cf. l. 13*) . . . -at intus (*cf. Housman et van Wageningen ad l.*). VAL. FL. 7, 312 *Medea* manibus . . . -at uncis. SIL. 5, 332 *Appius* admorsae -at hastae. 7, 146 *Hannibal* ita secum -at (*sequuntur verba*). STAT. Theb. 1, 532 *rex* tacita . . . -at aure (tacitae . . . auri *Klotz, sed cf. infra l. 43*). PS. RVFIN. in Am. 3, 4 p. 1086^A *leo* praeda semper potitus -at. AVG. civ. 19, 12 p. 374, 32 D. *tigris* filiis suis mitis -at (serm. 349, 2). in psalm. 39, 1 (*c. metaph.*) *draco* astuto sibilo -ans (*sc. homini*). SIDON. epist. 1, 2, 4. **2** *res*: VERG. georg. 4, 261 *apes* susurrant, . . . ut . . . silvis -at auster (*cf.* AMM. 22, 16, 14 ventos). Ov. met. 6, 558 *lingua abscisa* iacet terraeque tremens -at. PANEG. 6 (7), 12, 8 (*in imag.*) residuus undarum pulsus -at (*cf.* AMBR. hex. 5, 13, 41 fluctus. HIER. adv. Iovin. 2, 9 rivus. CORIPP. Ioh. 1, 170 unda. *cf. infra l. 43*). AMBR. hex. 4, 8, 33 carmen. PS. AVG. serm. ed. Mai 57, 4 avium -at sonus. SIDON. epist. 2, 10, 4 cantilenae culmus -et. CASSIOD. var. 4, 50, 4 *Vesuvii* hiatus -at, ut *eqs.*

B *transit.*: **1** *animantes (bestia: infra l. 30)*: **a** *acc. (effect.; singulariter c. obi. rei affectae: infra l. 36)*: Ov. met. 11, 567 dum natat . . ., nominat Alcyonen ipsisque -at undis. STAT. Theb. 11, 63 terrae . . . -at . . . nomen. SCHOL. Pers. 3, 81 cogitationes atque inventiones suas susurro -antes. AMBR. hex. 6, 4, 24 (*metaph.*) *canis* velut epilogo quodam miserabile carmen -ans (HEGES. 3, 2, 1 p. 184, 26 U. *app.* incantare [PASS. Petr. Paul. brev. 8]. *cf.* HEGES. 1, 41, 9 funesta -at). AVG. catech. rud. 10, 15 mutilata verba -are *infantibus*. MACR. Sat. 6, 7, 1 (*syn.* insusurrantem). FVLG. RVSP. epist. 3, 18 menti laudem propriae virtutis -are. GREG. TVR. Iul. 46^a incantationes. *nota*: COD. Theod. 9, 38, 6 (*a. 381*) diris -ta secretis . . . venena. **b** *pro obi. sunt enunt.*: *enunt. interrog.*: Ov. met. 11, 187 *famulus*, Midae quales aspexerit aures, voce refert parva terraeque -at haustae. GREG. M. moral. 25, 31 de vita . . . pastoris -et, cur *eqs.* quod: RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 151, 28 -at auribus omnium, quod . . . deceat. *oratio directa* (*cf. l. 13*): AVG. serm. 361, 4, 4 in auribus christianorum -are non cessant: 'manducemus *eqs.*'. 361, 7, 7. MART. CAP. 7, 725 v. 10 aetheria Cylleni -at aure. **2** *res*: CASSIOD. var. 8, 32, 3 *aquae* nescio quid -ant. *metaph.*: AVELL. p. 737, 21 vox . . . auribus meis indesinenter -at, quia *eqs.* GREG. M. moral. 3, 64 quidquid apud se carnale insolenter -at.

[**immūsicus,** -a, -um. TERT. apol. 1, 8 quanto magis hos Anacharsis denotasset imprudentes de prudentibus iudicantes, ⌊quam -os de musicis⌋ (⌊ ⌋ *om. cod. Fuld.; interpolationem evicit Löfstedt, Tert. apol. textkritisch unters., 1915, 74 sq.; vix recte def. Thörnell, Eranos 16, 1916, 111 sq.*).]

immusulus (-ūs-?), -ī *m.* [*orig. inc. J. B. H.*] PAVL. FEST. p. 113 *quae volucris appellatur* ita, quod subito et inexpectata se immittat. *descript.*: inm- *plerumque trad.* emu-: *v. l. 59. 60.* -usi-: PLIN. nat. 10, 20 *cod. a.* -ussi-: ARNOB. nat. 2, 59. 7, 16. -ussu-: PAVL. FEST. 3 *et* 112 *cod. T*; 113 *codd. fere omnes.* SERV. auct. Aen. 1, 394. *cf. l. 59.* GLOSS.^L II Philox. IM 51 εἶδος ὀρνέου. IN 145 -us (inemistultus *cod.*) ὄρνεον βασιλικόν, ὄρνις βασιλικός. I Ansil. EM 172 -us (emuss- *codd.*) rex`aviolus (regaliolus *Goetz*) in auspiciis. GLOSS. II 515, 5 -us (emusc- *cod.*) τὸ οἰωνοσκοπικὸν ὄρνεον. *describitur*: PAVL. FEST. p. 112 us avis genus, quam alii regulum, alii ossifragam dicunt. p. 113 ales ex genere aquilarum est, sed minor virium, quam aquilae *eqs.* PLIN. nat. 10, 20 -um aliqui vulturis pullum arbitrantur esse. . . . Masurius . . . -um . . . pullum aquilae, priusquam albicet cauda. *inter aves rapaces enumeratur*: ARNOB. nat. 2, 59 p. 95, 12. 7, 16 p. 250, 16. *inter aves augurales nominatur*: PAVL. FEST. p. 3 alites volatu auspicia facientes ista . . .: buteo, sanqualis, -us, aquila, vulturius (*sim.* FEST. p. 197 SERV. Aen. 1, 394). PLIN. nat. 10, 20 -um augures Romani magn⟨a⟩ i⟨n⟩ quaestione habent.

1. immūtābilis, -e. *ab* immutare. *i. q. (im)mutatus*: PLAVT. Epid. 577 (*loco mutilo*) scio, quid erres: quia vestitum atque ornatum -em habet haec (immutatilem *falso Hanssen, Philol. 47, 1889, p. 278*).

2. *immūtābilis, -e. *ab* in *et* mutabilis. *compar.*: *p. 510, 35. 62.* SYNON. Cic. Char. gramm. p. 425, 20 B. (*v. p. 480, 19*). GLOSS.^L II Philox. IN 302 ἀμετάπτωτο⟨ν⟩, ἀμετάγνωστον. GLOSS. III 423, 7 ἀναλλοίωτος. *inde a* CIC. [*coni. dub.*: QVINT. inst. 5, 10, 74.]

i. q. non mutabilis: **A** *de rebus (raro corporeis, e. g. p. 510, 15. 25. cf. etiam p. 510, 72 sqq. seq.* ad: *p. 510, 17.* ex . . . in: *p. 510, 9)*: **1** *generatim*: CIC. Scaur. 16 argumentum . . ., quod . . . est proprium rei . . ., rerum vox est, . . . veritatis nota; id . . . maneat -e necesse est (*sim. de cogitatorum necessitate*: ac. 2, 23 *scientiam* stabilem . . . et -em esse [SEN. epist. 88, 28]. LIV. 22, 39, 10 ratio [SEN. epist. 66, 32 FIRM. math. 4, 22, 20. *cf. infra l. 32*]. SEN. epist. 95, 57. VLP. dig. 30, 4 *rerum* vocabula -ia sunt, hominum mutabilia. PELAG. in II Cor. 1, 19 veritas. CLAVD. MAM. anim. 2, 2 p. 103, 12 *al.*). rep. 3, 33 omnes gentes et omni tempore una lex et sempiterna et -is continebit (CVRT. 5, 11, 10 APVL. mund. 35 [*gr. p. 400^b, 14* ἀκίνητος]. PS. APVL. Ascl. 40 [*syn.* inaversibilis, immobilis, insolubilis]). ac. 1, 29 fatalem et -em continuationem ordinis sempiterni (*sim. de fato, causarum conexione sim.* [*cf. l. 5 et 26 sq.*]: nat. deor. 2, 90. fat. 14, 18 nec magis -e ex vero in falsum 'necatus est . . .', quam 'necabitur'. 20. 28. SEN. dial. 11, 8, 3 fatum et -is causarum . . . series. nat. 2, 35, 1. epist. 88, 15 [*syn.* inevitabilis]. QVINT. inst. 7, 4, 27 APVL. Plat. 1, 12 IVVENC. 4, 656 AVG. civ. 17, 17 p. 241, 25 D. *al. adde*: STAT. Theb. 1, 212 -e sanctis pondus adest verbis *Iovis*. TERT. idol. 9 p. 38, 9 stellarum nos -i arbitrio agi. IVST. 12, 13, 5 praedicta.). LVCR. 1, 591 *volucres* -is materiae . . . corpus habere debent (*sim. de constantibus progeniei formis*: VVLG. IV Esdr. 6, 44 flores colore -i. EVSTATH. Bas. hex. 7, 2 p. 938^B -is ad aliam naturam *progenies piscium* [*gr. p. 152^B* ἀπαράλλακτος . . . πρὸς *eqs.*]). VITR. 1, 2, 7 ea caeli regio (*sc. septentrio*) . . . est certa -is⟨que⟩ die perpetuo (1, 4, 2). SEN. contr. 7, 8, 7 *optio* -is est, simul emissa est (*de iure ut*: VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 [*cf.* LACT. inst. 2, 6, 15]. GAIVS inst. 4, 11 VLP. dig. 40, 7, 9, 1 causa. 40, 7, 3, 3 condicio. COD. Iust. 11, 62, 11 [*a. 412*] ius [INST. Iust. 1, 2, 11]. *cf. l. 4*). SEN. dial. 7, 5, 3 *beata* vita est in recto certoque iudicio stabilita et -is. PLIN. nat. 11, 168 *equus* septimo *anno* omnes *dentes* habet et renatos et -es. VAL. FL. 2, 55 micat -e caelum. QVINT. inst. 2, 13, 1 leges -i necessitate constrictas (TAC. ann. 6, 22 PORPH. Hor. carm. 3, 24, 5 *al.*). LACT. inst. 5, 19, 28 religiones . . . firmae atque -es (5, 19, 30). HIL. coll. antiar. p. 98, 16 OPTAT. 5, 4 p. 126, 22 *al.* AVG. civ. 14, 9 p. 24, 26 D. amor. 17, 7 p. 222, 4 D. *divisio populi Israel* aeterna atque -is (17, 24 p. 255, 1). EPIST. pontif. 319 Migne 20 p. 612^B (*c. a. 410*) *in Christo* -i quadam ratione et inseparabili facta est unica unitas. CAEL. AVR. acut. 2, 18, 106 dolor. CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 184, 27 purum et -e nostrum propositum (*gr. I 1, 4 p. 4, 30* ἀμετάτρεπτον). CASSIOD. anim. 3 p. 1288^D *animae* tunc multo clariores et -iores efficiuntur, cum *eqs. al.* *in gramm.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 6, 18 *e semivocalibus* -es quattuor, l m n r, dictae sunt, quia . . . in omnibus declinationibus manent nec mutantur (*sim. al. cf. VI 32, 10* ἀμεταβόλας). *in musica*: MART. CAP. 9, 957 *enarmonion* ab -bus sonis cingitur. *pro subst.*: IVNIL. 2, 8 quot sunt -ium genera? :: duo: dilectio dei et dilectio proximi.

2 *speciatim apud philos. de rerum natura, mundi principio sim.*: CIC. rep. 3, 3 numerus, res . . . una -is et aeterna (Tim. 8 re stabili et -i [*gr. p. 29^B* βεβαίου . . . καὶ ἀμεταπτώτους]. *al.*). ac. 2, 118 Melissus hoc *principium esse mundi dixit*, quod esset infinitum et -e (*cf. Meliss. frg. 7, 2 D.* οὔτε μετακοσμέοιτο *eqs.*). Tim. 7 *mundus* ad id est effectus, quod . . . aeternitate -i continetur (*gr. p. 29^A* κατὰ ταὐτὰ ἔχον. AVG. civ. 12, 16 p. 537, 8. 12 D. *cf.* CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 30, 35 sempiternitas). nat. deor. 2, 49 alterum *genus siderum* spatiis -bus *commeans* (*cf.* 2, 95 ratos -isque cursus *astrorum*. FIRM. math. 8, 5, 2). LVCR. 1, 790 (= 2, 751) -e . . . quiddam superare necesse est (*de primordiis; postea* nequeant convertier). SEN. epist. 58, 18 (*v. p. 494, 25*). APVL. mund. 3 . . . natura (*gr. p. 392^a, 32 B.* ἄτρεπτον καὶ ἀνετεροίωτον. TERT. adv. Val. 29 p. 205, 11. RVFIN. Adamant. 1, 28 p. 61, 2 B. [ἀμεταβλήτους]. *al.*). Plat. 1, 9 *mundi partem* -em, constantem (*cf.* MACR. somn. 1, 11, 6). MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 9 (*syn.* inversibilia). FAV. EVL. p. 3, 31 RVFIN. Adamant. 3, 4 substantias (ἀτρέπτους. 3, 7 [ἄφθαρτοι]. *al.* BOETH. arithm. 1, 1 p. 7, 27 *al.*). AVG. conf. 1, 6, 9 *apud deum* rerum omnium mutabilium -es manent origines. MACR. somn. 1, 11, 5 *al.*

B *de animantibus*: **1** *de hominibus fere i. q. constans*: CIC. rep. 1, 49 concordi populo . . . nihil esse -ius, nihil firmius. PANEG. 11 (3), 26, 5 -is est amicus. LACT. inst. 6, 25, 14 *christianus* idem sit semper et stabilis et -is et inconcussus. VVLG. Iob 15, 15 inter sanctos eius nemo -is (*LXX aliter*). **2** *de deo*: **a** *de deo ipso*: TERT. adv. Hermog. 39 p. 169, 9 *deus* aeternus . . . ac per hoc -is et indivisibilis. adv. Prax. 27 p. 280, 27 *app.* informabilem. LACT. inst. 2, 8, 44. CANDID. epist. p. 7, 7 W. (*verba Arrii; cf. Theodoret. 1, 5, 3* ἀνολλοίωτος, *Cassiod. hist. 1, 1, 5* ⟨in⟩convertibilis). CANDID. gen. div. 1 (*syn.* inversibile). SYMB. Hil. syn. 29 *al.* OPTAT. 5, 10 p. 140, 17 (*ad Gal. 3, 27*) *Christus* tunica semper una et -is. AVG. serm. 284, 1 de fonte -i descendit patientia. *al.* **b** *de dei natura, actibus sim.*: LACT. inst. 1, 11, 8 divinum imperium . . . semper -e est. EVSEB. epist. Candid. epist. p. 9, 5 W. *deum filium* factum substantia et -i et ineffabili natura ([*Theodoret. hist. 1, 6, 4* ἀναλλοιώτῳ, *Cassiod. hist. 1, 16* inconvertibili]. AVG. civ. 16, 29 p. 172, 18 D. CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 144, 35 inconvertibilis est et -is verbi n. [*gr. I 1, 2 p. 95, 29* ἀναλλοίωτος]. *al.*). AMBR. Abr. 2, 11, 86 substantia (RVFIN. Clement. 3, 4 AVG. anim. 4, 12, 18 CONC.^S I 5 p. 326, 16 rec. Q [*rec. B* indemutabilis. *cf. Migne gr. 26 p. 1060^A* ἀναλλοίωτος]). RVFIN. Adamant. 4, 16 -e est verbum dei (ἄτρεπτος. CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 202, 36 [*gr. I 1, 4 p. 30, 3* ἀναλλοίωτον]). AVG. civ. 12, 15 p. 533, 18 D. -i aeternoque consilio. 12, 18 p. 541, 8 D. voluntate. *al.* SIDON. epist. 6, 7, 2 *al.*

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. sumptum facere, erogare in aliquid: I *in re pecuniaria* (*absol.: infra l. 22. 26. 49 al., audacius: infra l. 48 sq.; c. dat. rei: infra l. 41. 44; personae: infra l. 45. 47. 50. 51*): PLAVT. Stich. 717 (*in versu corrupto*) accipe (*sc. vinum*), inquam. non (*an in legendum?*) hoc -et (-it *C*) publicum. CIC. Quinct. 12 nescio quid -it et in commune contulit (*cf.* PAVL. dig. 17, 2, 65, 13). Verr. II 3, 121 sibi et populo Romano ... serere, -ere, laborare. II 3, 227 ad incertum casum ... certus quotannis labor (*cf. infra l. 68 sqq.*) et certus sumptus -itur (PAVL. sent. 5, 37, 1. LACT. inst. 1, 20, 22 fingendis ... imaginibus. *al.*). II 4, 68 ut operam, curam (*cf. l. 61 sqq.*), pecuniam -ant in eas res (II 5, 51 [*v. infra l. 69*]. CVRT. 4, 8, 13 in bellum. POMPON. dig. 24, 1, 31, 9 in opsonio. VVLG. IV reg. 12, 11 in fabris. COD. Theod. 2, 31, 1 pro praediis. *al.*). II 5, 47 quod tu de tua pecunia dicis -sum (LIV. 6, 15, 10 de vestro [*cf.* de suo: GAIVS dig. 44, 7, 5 pr. PAVL. dig. 24, 1, 28, 6 *al.*]). off. 2, 83 ut, cum ego emerim, aedificarim, tuear, -am, tu me invito fruare meo? R. GEST. div. Aug. 16 quam in rem sestertium q⟨uater m⟩illiens circ⟨cite⟩r -i. Ov. met. 6, 463 totum ... -ere regnum. LIV. 39, 5, 10 senatus Fulvio, quantum -ret, permisit. SEN. contr. 1, 7, 7 in me. VAL. MAX. 4, 7 pr. (*opp.* petere). *al.* SEN. dial. 5, 5, 4 avaritia adquirit et contrahit ...: ira -it (incendit *A*). *al.* CVRT. 10, 2, 27 COLVM. 4, 3, 3 *al.* PETRON. 45, 6. QVINT. decl. 336 p. 325, 6 ager ..., pro quo nihil -isti, nihil numerasti (SVET. Claud. 9, 2 pro introitu novi sacerdotii. AMBR. Nab. 7, 34 pro sumptu aedificationis. *al.*). 343 p. 354, 6 neque id, propter quod -i, habeo (POMPON. dig. 17, 2, 60, 1 *al.*). *al.* PLIN. epist. 4, 13, 5 quod ... in habitationes, in viatica ... -itis (*cf.* 7, 12, 6 viaticum ..., quod -i). 5, 16, 7 (*syn.* erogare). *al.* IVLIAN. dig. 27, 4, 4 complura in rem pupilli (*cf.* VLP. dig. 27, 4, 1, 5 pro pupillo vel in rem eius. 27, 4, 3 pr. *al.*). POMPON. dig. 11, 7, 30 pr. in funus (VLP. dig. 11, 7, 14, 3 funeris causa. *al.*). VLP. dig. 17, 1, 12, 9 ad emptionem rei. *et passim apud* ICTOS (*v. V. i. R.*). GELL. 2, 24, 7. APVL. apol. 23 patrimonium (PORPH. Hor. sat. 1, 2, 55). ITALA act. 21, 24 (Aug. epist. 75, 10) -e in eos (*sc. Nazaraeos*), ut radant capita (*gr.* δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς, VVLG. -e in illis). PORPH. Hor. sat. 1, 1, 101 sestertium septuagies gu[i]lae ac libidini. CYPR. eleem. 9 p. 380, 11 finiri non potest unde in usus Christi -itur. GALLICAN. Avid. 5, 12 (*opp.* quaeritur). LACT. inst. 6, 11, 22 magnis urbibus suffecturas opes exhibendis muneribus -unt. *al.* PS. AVR. VICT. epit. 16, 9 cum ... largitiones, quas militibus -ret, non haberet. AVG. civ. 11, 25 p. 496, 30 D. non nummum propter deum -unt, sed deum propter nummum colunt. serm. 209, 3 vobis parcius -entes et egenis largius tribuentes. *al.* DRAC. laud. dei 3, 543 *deus* cum sit dominus, se vult tamen esse parentem: exhibet, -it, praebet (*cf.* 3, 603 abiere parentes et quibus -i [*i. filii*]. *?* SACR. GREG. 93, 5 *v. p. 544, 82*). CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 32 mercedem Alexandrinis (*gr.* παρασχεῖν). ACT. Petr. 8 substantiam (*syn.* erogare). *et al.* *adde in imagine*: SEN. benef. 5, 11, 1 qui gratiam refert, aliquid debet -ere, sicut, qui solvit, pecuniam. epist. 21, 11 huic (*sc. voluptati*) nihil debes: si quid -is, voluntarium est. OPTAT. 6, 4 p. 149, 20. PASS. Rogat. 2 quod de fonte *baptismatis* defuit, martyrii cruor fusus -it.

II *extra rem pecuniariam:* *A notione solvendi pecuniam fere perlucente i. q. insumere, conferre, offerre* (*haud raro [e. g. p. 546, 48 sqq. 547, 9 sqq.] praevalente notione damnum patiendi potius i. q. consumere, profundere*): 1 *aliquid:* **a** *operam, laborem sim.:* operam (*v. et supra l. 16*): VARRO rust. 2, 11, 8 duplicem -unt operam. LIV. 5, 4, 4 nec emolumentum ... sine -sa opera est. 22, 22, 14. SEN. epist. 75, 3 multum ... operae -i verbis non oportet. *al.* COLVM. 2, 4, 11 *solo exili* pauciores -untur operae. QVINT. inst. 6, 4, 3 paululum ... operae. AVSON. 209, 9. QVEROL. p. 26, 24 nobis hodie operam -as (*i. vaces*). AVG. civ. 8, 3 p. 323, 14 D. rebus perscrutandis. *al.* SIDON. epist. 1, 5, 9 quieti. CASSIOD. var. 8, 27, 1 in sceleratis. *et al.* laborem (*v. et l. 14. p. 546, 7. 9*): CIC. Verr. II 5, 51 quid censetis ... -ere laboris, operae, pecuniae, ne *eqs.* VERG. georg. 2, 61 *arboribus* labor -endus. 3, 74 GRATT. 234 SEN. contr. 2 praef. 1 VAL. MAX. 3, 7 ext. 1. SEN. epist. 31, 7 pulchris rebus. *al.* QVINT. inst. 2, 4, 3 *studiis* (PLIN. epist. 3, 5, 18 *al.*). *al.* APVL. apol. 5. *et al.* curam: CIC. Verr. II 4, 68 (*v. supra l. 16*). VERG. georg. 2, 433 serere atque -ere curam. 3, 124 omnis -unt curas denso distendere pingui ... ducem *gregis*. Ov. ars 3, 297 omnibus his. PHAEDR. 3 prol. 11 rei domesticae. SEN. benef. 7, 14, 4 in hoc multum curae, multum sedulitatis. *al.* COLVM. 1 praef. 27 QVINT. inst. 1, 1, 3. AVG. epist. 132 p. 79, 14 litterarum ... te curam (cura *CKP*) non pigeat -ere (*om. CKP*). COD. Theod. 15, 1, 21 in tuendis ... aedificiis. OROS. hist. 4, 23, 9 sibi. *et al.* *sim. var.*: VARRO ling. 9, 19 nihil -unt ut *verba amissa* requirant. LIV. 4, 35, 7 eo -i laborem ac periculum, unde emolumentum ... speretur (*cf.* IVL. VAL. 3, 45 in quibus -untur nostra discrimina [OROS. hist. 3, 1, 13]. *adde*: HEGES. 1, 25, 2 p. 40, 6 U. tibi -i [*fere i. q. suscepi*] vades mortis et ictus telorum hostilium). VAL. MAX. 8, 10, 2 plus studii in eodem (*sc. corporis decoro motu*) laborando (elaborando *Pighius*) quam in ipsa eloquentia adfectanda -it (*cf.* QVINT. inst. 1 praef. 1 *studia* erudiendis iuvenibus. PANEG. 4 [9], 13, 2 litteris. MACR. Sat. 3, 17, 7 *legis* ferundae. CASSIOD. inst. div. praef. p. 1109[B] in psalterio. *et al.*). SEN. epist. 27, 4 in quod (*sc. opus*) ... necesse est vigiliam, ... laborem ... -as (DICT. 3, 21 curas vigiliasque). CAPITOL. Aur. 3, 7 tantum ... operis et laboris studiis -it (COD. Theod. 5, 13, 30 *fructus* -si operis [PROSP. in psalm. 108, 15]. *cf.* HIL. in Matth. 6, 6 opus aedificationis. VAL. CEM. hom. 7, 2 circa *pauperem* ... opus miserandae erogationis). HIL. trin. 8, 3 plus ... cogitationis ad falsa. PRVD. psych. 133 *Ira* postquam stomachando lacertos ... -erat (*seq.* lassaverat ... dextram). AVG. c. Cresc. 1, 5, 7 p. 329, 21 sicubi diligentia medicinae huius -sa non prodest (DIOSC. 3, 92 *al.* ENNOD. epist. 1, 15, 1 p. 26, 13). PS. AVG. serm. 301, 5 erga animam ... sollicitudinem (CASSIOD. var. 7, 12, 1). *et al. cf. et II B p. 547, 65 sqq.*

b *verba sim.:* SEN. benef. 6, 7, 2 *id* manifestius est quam ut ulla in hoc verba -enda sint (epist. 117, 18 *al.*). LVCAN. 5, 491 in ventos -o vota. VAL. FL. 4, 581 ne vanas -e preces (PAVL. NOL. epist. 34, 7). QVINT. inst. 3, 6, 21 tota volumina in hanc disputationem. HIL. trin. 10, 71 cum clarificationis responsio ... sit -sa ... ignorationi audientium. MART. CAP. 2, 117 *sonum* nuptialibus sacramentis. SALV. epist. 9, 12 ENNOD. opusc. 3, 198 p. 382, 24 *al.*

c *lacrimas sim.:* LVCAN. 7, 617 -isse pudet lacrimas in funere mundi mortibus innumeris (PAVL. NOL. epist. 13, 7 *filio* aegrotanti. BOETH. cons. 2, 2, 12 W.). STAT. silv. 5, 3, 206 gemitum patriis -ere damnis (AVG. bapt. 7, 53, 102 p. 374, 17). LEO M. serm. 46, 2 p. 293[B] mortuo amico *fletum*. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 27, 1 *planctum* super defunctum. GREG. M. moral. 2, 29 p. 570[A] filiis luctum.

d *tempus sim.:* SEN. contr. 2, 1, 15 dies noctesque ... turpibus conviviis (AMM. 21, 1, 1). VELL. 2, 89, 6 omne aevi sui spatium ... in id ... opus. SEN. dial. 5, 42, 2 dies ... in voluptatem honestam (epist. 25, 3 huic rei. PLIN. nat. praef. 18 vobis. FRONTIN. strat. 1, 1, 6. OP. imperf. in Matth. 34 p. 818[in] totum diem circa domini opus -it. *al.* *paulo aliter*: SEN. Herc. f. 24 in cuius [*sc. Herculis*] ortus mundus -it diem). 9, 7, 1 quibus (*sc. hominibus*) partem vitae nostrae -amus (10, 1, 3 ubi *vita* nulli [nullae *A*] bonae rei -itur. *cf.* AMM. 28, 4, 29 omne quod vivunt [habent *M*[1]] vino et tesseris -unt. *aliter l. 56 sq.*). epist. 59, 10 exiguum temporis ... philosophiae (QVINT. inst. 1, 2, 2 tempora sua ... uni *discipulo*. *al.* PLIN. epist. 3, 5, 16 perire omne tempus ..., quod studiis non -retur [*ita MVD*, impertiretur *BF*; *cf.* 6, 20, 2]. *al.*). *al.* LVCAN. 2, 569 aetas ... -sa labori. QVINT. inst. praef. 1 *libris* componendis ... plus quam biennium. SVET. Aug. 98, 1 secessui quadriduum. CLAVD. 15, 88 saecula bellis. *al.* LEO M. serm. 19, 1 p. 186[B] melioribus curis maiores ... moras. *et al.*

e *sanguinem, animam, vitam sim.* (*corpus infra l. 61. partem corporis infra l. 60. 62*): Ov. met. 13, 266 nil -it ... Telamonius ... sanguinis in socios (CVRT. 4, 10, 3. AMM. 27, 6, 12 sanguinem spiritumque pro his -ere quos regis. PRVD. perist. 4, 122 SACR. Leon. 403). SEN. contr. 2, 2, 4 spiritum (VAL. MAX. 2, 7 ext. 2 poenae. SEN. benef. 3, 19, 3 fidei. PETRON. 102, 7 sine causa ... spiritum tamquam rem vacuam -ere. *al.*). VAL. MAX. 9, 15 ext. 2 caput ... iusto ... supplicio. SEN. Med. 663 animam marito (HIL. in Matth. 20, 12 *al.*). Herc. O. 1172 in nulla vitam facta (LVCAN. 2, 382 patriae. IVV. 4, 91 vero. TAC. ann. 12, 65 usui *Caesaris*. *al. cf.* HIL. c. Const. 4 ad testificandum ... tibi [*sc. deo*] ... mortes nostras ... -ere [AVG. civ. 13, 7 p. 564, 25 D. SACR. Leon. 403 *al.*]. HEGES. 2, 18 p. 180, 20 U. quam [*sc. necem*] vobis -rem). PETRON. 1, 1 hunc oculum pro vobis -i. AVG. civ. 5, 18 p. 225, 20 D. flammis corpus (POMER. 2, 16, 1). PS. PROSP. vocat. gent. 1, 20 viscera misericordiae ... ad omnium nationum ... salutem.

f *varias res* (*quaedam propius accedunt ad II B*): SEN. contr. exc. 3, 6 -isse ... aliquid publicae libertati (*agitur de domo incensa*). VAL. MAX. 3, 2, 23 armis non amissis, sed bene -sis (IVST. 16, 3, 12). SEN. epist. 74, 12 multa -enda ex iis, quibus indulgemus tamquam bonis (*cf. p. 547, 11*). LVCAN. 4, 112 tu (*sc. Iuppiter*) perpetuis -as aëra nimbis. IVV. 12, 96 aegram ... gallinam ... amico. MARCIAN. dig. 30, 113, 5 vestes aut ... alia supervacua ... in funus (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 11, 76 p. 418, 19; *syn.* dare). PANEG. 7 (6), 19, 2 omnia quae bello usui forent, largius in eam partem *urbis*, quae adiri posset, -ere. ARNOB. nat. 7, 10 p. 244, 28 dis hostias et cetera -imus munera (*cf.* VVLG. Dan. 14, 2 in *idolo* [ἐδαπανῶντο εἰς αὐτόν]). IVVENC. 2, 440 gratuita -ite dona (*cf.* AVG. doctr. christ. 1, 1, 1 cum ea quae *a deo* data sunt [*sc. materiam docendi*] coeperimus -ere). PALLAD. 7, 5, 1 sucus, qui ingrate his (*sc. vitiosis pomis*) possit -i, ad meliora vertatur. HIL. trin. 10, 15 quantum ex se feminae edendorum corporum susceptis originibus -rent (*syn.* dare). AMM. 16, 5, 3 disponens quid (*i. quae genera edulium*) in convivio Caesaris -i deberet. *al.* CLAVD. DON. Aen. 1, 195 p. 44, 18 quod (*sc. vinum*) in ipsos iam fuerat -sum (*syn.* dare, largiri). VVLG. Iudith 11, 12 in frumento, vino et oleo, haec cogitaverunt -ere (*gr.* δαπανῆσαι) et volunt consumere, quae nec manibus deberent contingere. PS. AVG. quaest. test. I 83, 1 qui (*sc. medicus*) medicamenta sua et officium (*cf. p. 547, 74 sqq.*) gratis -et

[Cavallin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf.* CASS. FEL. p. 142, 6 VEN. FORT. vita Radeg. 32, 74). OROS. hist. 1, 5, 7 *civitates*, quibus ... Iordanes fluvius ... augmentis ubertatis -batur. GREG. M. in euang. 17, 9 quod profecto condimentum (*i. sal terrae*) proximo -it, qui praedicationis verbum non subtrahit. *p. p. p. neutr. plur. pro subst.*: SVLP. SEV. chron. 2, 8, 5 sacerdotes ... increpitat, quis -sa (*sc. oblatos cibos*) consumeret (*Dan. 14,7* δαπάνην, *Vulg.* impensam).

2 *aliquem*: a *c. variis obiectis* (*mortuum: l. 12; membra humana: l. 18*): α *in universum*: MANIL. 4, 407 -endus homo est, deus esse ut possit in ipso (*i. totum se dare homo debet, ut caeli notitiam habeat*). SEN. dial. 1, 5, 4 boni viri laborant, -unt, -untur. PETRON. 112, 7 malo mortuum -ere quam vivum occīdere. VAL. FL. 1, 470 nec vero Odrysius transtris (*i. remigando*) -itur Orpheus. β *peculiariter: de impendio alienae vitae* (*cf. l. 44 sqq. p. 546, 48 sqq.*): SEN. contr. 10, 5, 19 mancipium suum operi suo (*cf.* 10, 5, 18). suas. 3, 3 plus -retur quam peteretur: peti ⟨Helenam⟩, -i Iphigeniam. SEN. clem. 1, 17, 3 neminem *irae* suae. Med. 487 hos (*sc. fratris artus*) quoque -i tibi. Tro. 299 quando in inferias homo est -sus hominis? *al.* STAT. Theb. 7, 215. 11, 653 -sus patriae ... Menoeceus. QVINT. decl. 349 p. 375, 10 liberos ... exemplo (PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 33). PS. QVINT. decl. 8, 2 hominem ... in hoc ..., ut *eqs. al.* PELAG. in Rom. 5, 8 p. 44, 10 ut ... universitatis conditor -retur pro portione propriae creaturae. OROS. hist. 1, 12, 5 filium ... epulis. *inde significantius i. q. perdere, interficere* (*cf. Hoppe, Synt. Tert. p. 132 sq.*): TERT. adv. Marc. 2, 14 p. 355, 2 *deus* -it et ipsum populum (*sc. Iudaeorum*), sed ingratum. 2, 26 p. 372, 12 me una cum eis -e (*cf. Vulg. exod. 32, 32* dele me de libro tuo). apol. 44, 1 cum tot iusti -imŭr, cum tot innocentes erogamur. spect. 19 ut *homo* tam crudeliter -atur. anim. 51, 4 quod et ipsum (*sc. corpus*) homo (*i.* ἄνθρωπος ὤν) non utique mereatur poenali exitu -i. *al.* ACT. Lucian. 7 ne ... novis vos et exquisitis poenis (*an abl.?*) -am (*ibid.* tormentis). PASS. Iren. Sirm. 4, 9 sacrifica, ut non te cruciatibus -am. PASS. Andr. brev. 8 ego non solum interfici sed et diversis modis -i (cruciari *R*) paratus sum.

b *refl.* (*mediopass.: l. 48; animum [i. se]: l. 43*): α *not. pecuniam solvendi, damnum patiendi servata*: Ⓘ *in universum*: SEN. contr. 9, 1, 6 (*verba Cimonis*) in *funus Miltiadis* me ipsum -eram. SEN. dial. 3, 5, 2 aliorum commodis vel -ere se paratus. 8, 3, 3. epist. 42, 7 ea gratuita vocamus, pro quibus nos ipsos -imus (*opp.* pecuniam solvere). nat. 6, 3, 4 neque illo (*sc. causas inquirendo*) quicquam inveniri dignius potest, cui se non tantum commodet sed -at. GREG. M. moral. 8, 2$^{in.}$ ipsis meis persecutoribus benigne -sus cresco. *nota* (*v. l. 35. cf. l. 9*): MANIL. 3, 38 -as animum (*i. advertas, totum des*). Ⓘⓘ *peculiariter: de impendio vitae* (*cf. l. 14 sqq.*): SEN. contr. 10, 3, 2 (*opp.* servare) se ... viro (CLAVD. 26, 439 femina ... fatis -sa mariti). 10, 3, 16. SEN. epist. 9, 10 ut habeam ..., cuius me morti et opponam et -am. PS. QVINT. decl. 16, 1. PRVD. perist. 2, 20 Fides ... semet -it sibi. 10, 789 -ere (*imperat.*) ipsi, cuius ortus munere es. AVG. serm. 31, 2, 2 *martyres* se ipsos -erunt. *al.* OROS. hist. 4, 21, 8 semet ipsos perditioni. IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 8, 18 *Christus* totum se reparando homini (SALV. eccl. 2, 8 *al.*). *adde*: GREG. M. moral. 8, 12 pro amore *vitae subsequentis* quotidianis se mortibus ... -it.

β *magis attenuate* (*cf. infra l. 65*) *i. q. se dedere, operam dare*: AVG. serm. coll. Morin p. 593, 13 carnali suavitati. SVLP. SEV. dial. 1, 1, 5 cum propter hoc venerim, ut me ... Sulpicii mei ... desiderio etiam verbosus (*i. confabulando*) -rem. EPIST. pontif. 392 Conc.^{S} I 2 p. 109, 34 caelesti negotio. ENNOD. epist. 4, 6, 1 p. 101, 10 bonis ... generalibus (*cf.* CASSIOD. var. 3, 27, 3 utilitatibus publicis). *al.* CASSIOD. var. 5, 35, 2 in qua parte ita se sublimitas vestra diligenter -at (*cf.* VEN. FORT. epist. [carm. 3, 2] 4. GREG. M. epist. 8, 15 in favore ... iustitiae. *al.*). 9, 7, 6 oppressis. GREG. M. moral. 3, 40 tuendis ... proximis. *al.* CAES. AREL. epist. ad Ruric. p. 449, 19 circa illum. *et al.* *nota*: EPIST. Merov. 8 p. 448, 7 ludibrio semet -it (*i. ludibrio fit*), quisquis ultra virium possibilitatem onus assumit.

B *notione pecuniam solvendi obscurata, i. q. dare, praestare, exhibere, tribuere* (*v. et p. 546, 63. supra l. 53*): 1 *exempla selecta*: a *pro obi. est subst.*: α *res* (*fere abstr.*): QVINT. inst. 12, 8, 10 satis in audiendo patientiae. decl. 259 p. 56, 29 elegit unum ..., cui fidem suam -ret. 297 p. 174, 3 partem aliquam voluptatis in *meretricem*. PS. QVINT. decl. 3^{b}, 9 Romanis legibus venerationem debitam (5, 6 personis -sa reverentia [LEO M. serm. 1 p. 141^{B}. *et al.*]. SPART. Hadr. 9, 9 socrui ... honores [AVG. civ. 8, 27 p. 366, 7 D. *et al.*]. AVG. civ. 6, 3 p. 249, 28 D. *diis* cultus -sus est [*al.*]). HIL. in Matth. 12, 17 benevolentiam. 28, 1 humanitatis officia (QVEROL. p. 35, 11 officium ... et religionem [*syn.* praestare]. THEOD. PRISC. gyn. 20 officium medicinae [*cf. p. 546, 84*]. LEO M. serm. 30, 1 p. 230^{A} *al.*). PRISCILL. tract. 4, 76 -sae pro nobis passionis (*cf.* LEO M. serm. 31, 3 p. 237^{A} sanguinis sui ... redemptionem [*syn.* tribuere]. 72, 1 p. 390^{C} *crux* salvandis ... mortalibus. *cf. et p. 546, 62. l. 22*). SYMM. epist. 3, 76 desiderio ... effectum. VEG. mil. 2. 5 *imperatori* -endus pervigil famulatus ([*syn.* praestare] *cf.* COD. Theod. 15, 3, 1 obsequium [ENNOD. epist. 2, 16, 4 p. 58, 13. *et al.*]. 16, 2, 2 ministeria. CASSIOD. var. 4, 24, 1 -si ... servitii. BENED. reg. 72 oboedientiam). AMBR. obit. Theod. 11 affectum (*al. cf.* RVFIN. Orig. in cant. p. 188, 26 B. -enda est dilectio in coniugem [*ibid.* erga aliam nullam mulierem. *al.*]. CLAVD. carm. min. 30, 112 amorem. AVG. epist. 110, 1 p. 638, 18 caritatem. *sim. al.*). RVFIN. hist. mon. 1 p. 395^{D} parum aliquid ... abstinentiae. AVG. in psalm. 41, 9$^{in.}$ iustitiam et caritatem (CASSIOD. var. 1, 10, 1. *cf.* COD. Theod. 9, 24, 2 in audaciam ... servilem ... mensura legum -enda est). c. Parm. 2, 11, 24 p. 74, 25 cibaria dominica (*cf.* SACR. Greg. 59, 4 victum ... spiritalem). *al.* PS. AVG. serm. 158, 1 *Ioseph Christo* exequias occultas -bat (*al. cf.* VICT. VIT. 3, 58 sepulturam). COD. Theod. 15, 12, 2 gladiatorium munus. *al.* LEO M. serm. 4, 4 p. 152^{B} alumnis ... opem (*cf.* SACR. Greg. 27, 3 subsidium. 151, 1 auxilium). epist. 103 Conc.^{S} II 4 p. 156, 15 veniam (*syn.* tribuere, praestare; *cf.* APRING. in apoc. 1, 14 indulgentiam). *al.* EVSTATH. Bas. hex. 6, 4 p. 925^{B} *caeli* observatio quantum commoditatis -at (*gr.* παρέχεται) hominibus. RVRIC. epist. 2, 35 p. 420, 28 salutatione ... -sa. ALC. AVIT. epist. 7 p. 37, 24 benedictio ... -itur. *al.* DRAC. laud. dei 1, 744 *al.* ENNOD. opusc. 2, 93 p. 316, 6 proprie moribus -it, qui necessitati non debet disciplinam. 3, 39 p. 340, 19 benivolentiae eius gratias (CASSIOD. var. 3, 6, 7 *al.*). 3, 129 p. 364, 8 -sa circa homines pietate. *et al.* β *hominem*: ENNOD. opusc. 8, 2 p. 415, 1 talem obsequentibus -it dominum, qualem sibi vult esse salutis auctorem. epist. 8, 39, 1 p. 225, 21 *portitori* et parentem beatitudo vestra -at et patriam. *aliter*: CASSIOD. var. 6, 13, 4 *iudices quidam* quos in executione contristare nisi sunt, ipsos postea -sos (*i. attributos*; infensos *Mommsen*) iudices pertulerunt.

b *pro obi. est pron. neutr.* (*enunt. fin.: l. 30*): AVG. civ. 19, 19 p. 387, 26 D. interest ..., quid *quisque* amore teneat veritatis, quid officio caritatis -at. SVLP. SEV. Mart. praef. 1 quid ... esset, quod non amori tuo ... -rem (ENNOD. epist. 1, 16, 1 p. 27, 5). LEO M. serm. 24, 2 quicquid creaturae creator -it (*et sic saepe de muneribus divinis, e. g.*: DRAC. laud. dei 2, 72 caelis, elementis *eqs.* ... -ens, ut stare queant, famulanter adorent). ENNOD. carm. 1, 6, 8 quod tu debes studiis (*sc. carminis compositionem*), ego -o laetitiae. CASSIOD. in psalm. 133 pr. si quae nobis -i volumus, fratribus similia faciamus. *et al.*

2 *significantius, i. q. morigerando, adulando dare, aliquid alicuius (rei) causa facere* (*cf. vol. V 1, 1673, 22 sq.*): LEO M. epist. 4, 4 indecens ... est crimen suum commodis alienis -ere (*de clericis fenus exercentibus*). CONC.^{S} I 5 p. 258, 2 hoc aliquibus -ere (*gr.* χαρίζεσθαι). ENNOD. epist. 2, 3, 1 p. 42, 4 hoc ... *credidit* suis imperiis -i, quod meo militabat (*i. serviebat*) affectui.

struct.: in *c. acc.* (*et rei et personae* [*e. g.* OV. met. 13, 266 SEN. contr. 1, 7, 7 SEN. benef. 4, 1, 2]) *passim* (*acc. ger.*: VLP. dig. 22, 1, 46). *c. abl.*: *rei*: VAL. MAX. 8, 10, 2 QVINT. inst. 12, 8, 10 VLP. dig. 24, 1, 7, 1. *et al.* (*abl. ger.: p. 545, 80. 546, 4 al.*). *personae*: PAVL. dig. 35, 2, 36, 1 VVLG. Dan. 14, 2. *et al.* pro: *v. p. 545, 28. 34. adde*: SEN. epist. 42, 7 HIL. in Matth. 20, 12 AMM. 27, 6, 12. *et al.* circa: VLP. dig. 3, 5, 5, 5 (6, 3). VAL. CEM. hom. 7, 2 OP. imperf. in Matth. 34 p. 818$^{in.}$ ENNOD. opusc. 3, 129 p. 364, 8 *al.* erga: RVFIN. Orig. in cant. p. 188, 28 B. PS. AVG. serm. 301, 5. *dat.*: *raro sub I (cf. p. 545, 9), passim sub II inde a* VERG. georg. 2, 61 OV. ars 3, 297 SEN. contr. 2, 1, 15. 2, 2, 4. 10, 3, 2. 10, 3, 16. 10, 5, 19. exc. 3, 6 (*dat. ger.: p. 545, 15. 44. 67. 546. 4. 44 al. cf. gen. ger. p. 546, 5*). *adv.* eo: LIV. 4, 35, 7. *inf.*: VERG. georg. 3, 124. *enunt. fin.*: VARRO ling. 9, 19 CIC. Verr. II 5, 51 SEN. contr. 2 praef. 1 SEN. dial. 10, 8, 2. *et al.* *enuntiatum vice obiecti ponitur*: DRAC. laud. dei 2, 72 *v. l. 30. aliter* satisf. 165 ecce quid -it ... clementia ..., ut sibi regna daret. *cf. p. 544, 83.*

deriv.: impendium, impensa, impensio, impenso, impensor, impensus (-ūs). *comp.*: superimpendo. *Cavallin.*

part. *impēnsus, -a, -um *pro adi.* *comp.* -ior, *superl.* -issimus, *cf. Neue-Wagener II^{3} p. 232.* NOT. Tir. 41, 68 -um. GLOSS.^{L} Corp. I 258 inmensum vel impertitum. [*e coni. probab.*: SPART. Hadr. 19, 5 voluptates (immensissimas *trad.*, *cf. p. 450, 54. l. 66*).]

1 *de rebus*: a *de quantitate, maxime de pretio sim., i. q. magnus, largus*: CIC. Att. 14, 13, 5 vel -o pretio (CAES. Gall. 4, 2, 2 [immenso β]. LIV. 2, 9, 6 GELL. 3, 17, 5 APVL. apol. 35). GELL. 20, 1, 32 iniurias atrociores ... -iore damno vindicaverunt. AVSON. 419, 55 accessit tam -o beneficio tuo pondus ... cumulatum. PAVL. NOL. carm. 22, 117 fletu (*cf.* CASSIOD. in psalm. 33, 21 p. 240^{A} lacrimis). *inde adv.* impenso (*per ellipsin?*): HOR. sat. 2, 3, 245 luscinias soliti -o prandere coemptas. b *de modo, fere de actibus et affectibus hominum, i. q. intentus, sollicitus, vehemens*: CIC. Sest. 130 qui ab hac ⟨t⟩am -a voluntate bonorum palam dissideret. LVCR. 5, 964 violenta viri vis atque -a libido. OV. met. 2, 405 Arcadiae ... est -ior illi (*Iovi*) cura (SEN. apocol. 12 TAC. hist. 1, 31 -iore. HIL. in Matth. 5, 12 *al.* AMM. 17, 10, 7 *al.*). VAL. MAX. 4, 3 ext. 1 *cum* pueri ... formam -ioribus verbis laudasset. SIL. 15, 220 Carthago -o naturae adiuta favore. QVINT. inst. 1, 10, 35 -am huic scientiae operam dederunt (GELL. 9, 14, 6 AMM. 20, 11, 18 *al. cf.* CLAVD. MAM. anim. 1, 4 p. 87, 22 opere). SVET. Tib. 13, 2 -issimis precibus (APVL. apol. 99 AMM. 31, 9, 4 SCHOL. Cic. Bob. p. 79, 10 St. *al. cf.* AVG. epist. 130, 30 p. 75, 11 -issima precatione). FRONTO p. 25, 19 N. studio -o et propenso (p. 169, 2 *al.* APVL. apol. 78 Socr. prol. p. 106 IVL. VICT. rhet. 24 p. 441, 27 -issimum. *al.*). TERT. resurr. 1 p. 25, 6 -issimo officio. PORPH.

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Hor. carm. 3, 11, 30 -ior affectio (*cf.* HEGES. 1, 36, 2 p. 71, 21 U. amore). IVL. VICT. rhet. 22 p. 436, 17 -issimo conatu. PEREGR. Aeth. 4, 3 orationem -issimam (PELAG. in I Tim. 2, 1 p. 479, 11). AMM. 18, 4, 1 diligentia. 28, 4, 33 sonitu laudum -iore. COD. Theod. 6, 29, 10 (*a. 412*) sollicitudinem. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 24, 27 -iore tractatu. *al.* GREG. M. moral. 33, 22 p. 686[A] protectio. *et al.*

2 *de homine, i. q. deditus*: SCHOL. Iuv. 12, 95 ut amico ... aliquis ... tam -us (*S*, -ius *P*, -is *Wessner*) obsequatur. GREG. M. moral. 16, 50 p. 1145[C] indigentiis pauperum -us ... fuit (*syn.* deditus).

adv. ***impēnsē.** *comp.* -ius (magis -e *infra l. 32*), *superl.* -issime (*infra l. 24. 49 al.* CIL X 5919 inpensissime. *v. p. 548, 61*). SYNON. Cic. Char. gramm. p. 446, 34 B. studiose libenter enixe eximie sedulo obsequenter -e cupide. p. 448, 12 vehementius ... acrius ardentius instantius flagrantius pertinacius -ius. DON. Ter. Eun. 138 'sedulo' sine dolo, hoc est -e (Ad. 50). SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 173 maxume (SCHOL. Ter. p. 102, 10 diligenter studiose m. *cf.* GLOSS.[L] III Abol. IN 182 magno opere. GLOSS. nimie, plurimum, multum. *al.*). 413 acerbe. GLOSS.[L] V Abba EN 4 enixe: sedule, -e. IM 29 -ius largius, uberius. Aa I 547 sollicite, intente. II Philox. IN 348 -e ἐπιρρεπῶς, δαψιλῶς (*al.*). *v. et p. 544, 34.* [*falso trad.*: CVRT. 10, 7, 5 (ingessit *sim. edd.*). CLAVD. MAM. anim. 1, 2 p. 24, 15 *v. p. 544, 57.*]

1 *acced. ad verb. vel totum enunt.*: **a** *de quantitate, i. q. largiter, liberaliter*: PERS. 6, 68 -ius ungue ... caules. SVET. Dom. 20 bibliothecas ... -issime reparare. IVST. 11, 6, 13 -e ... humatos. 21, 3, 6 feminae -ius exornatae. AMBR. exc. Sat. 1, 34 -e vitam producere (*antea* iucunde). PAVL. NOL. epist. 34, 10 p. 307, 10 -e tibi largus est de suis opibus *deus*. AVG. serm. 207, 1 exerceamus ... eleemosynas ... -ius. **b** *de modo, i. q. vehementer, enixe, diligenter* (*c. vi debilitata, i. q. valde* [*cf. Barwick, Remm. Palaemon p. 172*]: *infra l. 52. 57. 61. 66, cf. infra l. 72. i. q. cito: infra l. 68*): TER. Eun. 413 illi invidere misere, verum unus tamen -e (*cf.* DON. Ter. *ad l.*). Ad. 993 minus videtis, magis -e cupitis, consulitis parum (OV. Pont. 4, 4, 33 FRONTO p. 138, 4 N. *cf.* PS. APVL. Ascl. 26 vult). CIC. epist. 13, 64, 1 nunc eo facio id (*i. commendo*) -ius, quod *eqs.* (LIV. 26, 49, 11 *al.*). CATVLL. 72, 5 -ius uror (*cf.* LIV. 4, 46, 2 cupiditate ... multo -ius ... accendi. ITIN. Alex. 19 ardescere. CLAVD. 26, 591 arsit). SALL. Iug. 47, 3 -ius modo legatos supplices mittere, pacem orare (75, 1 rebus suis diffidens). VERG. Aen. 12, 20 consulere. OV. met. 6, 314 venerantur numina ([*l. v.* propensius]. *cf.* SEN. Ag. 398 colit [CVRT. 6, 10, 22 APVL. apol. 7 *al.*]. APVL. apol. 27 celebrant). 7, 323 instant. LIV. 1, 40, 2 -ius iis indignitas crescere. 4, 11, 3 quod Ardeatibus ... tanta foret cura subventum, eo -ius, ut *eqs.* 26, 49, 15 ut id curem -ius (COLVM. 11, 3, 41. *cf.* CYPR. epist. 14, 1 p. 510, 8). 26, 50, 5 sponsam -ius amanti (PANEG. 10 [4], 6, 2. *cf.* diligere: FRONTO p. 178, 10 N. SPART. Hadr. 2, 7 *al.*). 36, 35, 2 cum -ius orarent (GELL. 17, 10, 7 *al. cf.* rogare: SEN. contr. 1, 2, 3. SEN. benef. 2, 14, 2 -e ac submisse. SCHOL. Hor. carm. 1, 2, 25 [*syn.* instanter]. *al.* petere: QVINT. inst. 10, 5, 18 PLIN. epist. 6, 23, 1. EPIST. Secundi (CIL XII 4393) 2, 21 -issime. *al.* precari: TAC. ann. 3, 16 *al.* postulare: PLIN. epist. 9, 13, 1. *sim. al.*). 37, 56, 10 gratias egerunt (*cf.* gratulari: PANEG. 5 [8], 18, 6 SVLP. SEV. dial. 3, 1, 3). *al.* MANIL. 1, 16 -ius ipsa scire iuvat ... penitus praecordia mundi (*cf.* COLVM. 3, 21, 2 delectant. GELL. 11, 18, 18 placuerant). SEN. benef. 2, 24, 4 loquendum est pro magnitudine rei -ius (AVG. pecc. mer. 3, 12, 21 p. 149, 18. *cf.* TERT. idol. 5 p. 34, 13 respondebo). epist. 66, 27 indulgere (PANEG. 12 [2], 4, 2). CVRT. 7, 2, 17 promittit (*cf.* STAT. Theb. 2, 198). PS. QVINT. decl. 9, 3 perseveravit *amicitia*, immo -ius laboravit (AMBROSIAST. in Rom. 16, 3—6 p. 179[A]). TAC. ann. 1, 34 -ius ... niti (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 5, 7 p. 918[A] eniti). *al.* FRONTO p. 191, 6 N. studio -e circensium teneor. *al.* GELL. 9, 9, 15 esse demiratum (*cf.* APVL. flor. 17 p. 81 admirarer). 10, 3, 13 complorationem ... -e atque acriter atque inflammanter facit. *al.* APVL. met. 10, 21 multo tanta -ius cura (*v. adn. crit.*) etiam nares perfundit. ITALA Dan. 13, 12 (Sangall.) observabant -e cottidie ut *eqs.* (φιλοτίμως, *Vulg.* sollicitius). SOL. 32, 10 repugnaverint. *al.* PANEG. 12 (2), 15, 1 nihil ... -ius ... profuisse. *al.* SPART. Hadr. 1, 5 imbutus ... -e *studiis* (*cf.* PS. AVR. VICT. epit. 14, 2). CHALC. comm. 321 somnium quo magis contrectare cupimus, hoc -ius imago effugit. AVR. VICT. Caes. 8, 1 si ... aliquamdiu Iudaeorum bello ... -ius attineretur. SYMM. epist. 9, 60 ut tibi probare⟨m⟩ur -ius. CLAVD. 25, 17 mihi conciliat gratas -ius aures ... meritum belli. GREG. TVR. Mart. 4 pr. p. 649, 22. *et al.*

2 *acced. ad adi.* (*v. et supra l. 26*), *i. q. valde* (*v. Wölfflin, Ausgew. Schr. p. 142*): PLAVT. Epid. 566 est -e improbus (*cf. Hofmann, Umgangsspr. p. 72*). GELL. 10, 24, 10 homo -e doctus ([*inde* MACR. Sat. 1, 4, 24]. 13, 10, 4. 19, 7, 1). *Rehm.*

impenetrābilis, -e. *ab* in *et* penetrabilis. *compar.*: *v. infra l. 80; superl. non legitur.* GLOSS.[L] II Philox. IN 343 *v. p. 550, 45.* III Abstr. IN 166/7 -i: inaccessibili. GLOSS.[L] II Abav. IN 215 -e quod penetrari non potest. *inde a* LIV., *dein* SEN., PLIN. [*dub. emend.*: SCHOL. Cic. Bob. p. 79, 23 St. (-ius *Hildebr.*; *v. s.* impetrabilis).]

I *proprie*: A *qui penetrari non potest, firmus, durus* (*fere de rebus; de homin.*: *p. 550, 3. 4. 11. 12*): PLIN. nat. 8, 95 belua hippopotamius ... tergoris ad scuta galeasque -is (*cf.* 11, 227 cetras). SIL. 4, 16 tegimen laterum -e (PRVD. psych. 365 [*trop*]. *cf. p. 550, 13*). ITIN. Alex. 25 -is ... ac ... firma ... munitio (*sc. lorica*). HIL. trin. 3, 20 naturam eorum (*parietum sim.*) -em (*ad Ioh. 20, 26*) transcucurrit (*Iesus*). ZENO 1, 2, 2 (*trop.*) animae ... -is lorica. AMBR. hex. 3, 14, 59. SCHOL. Stat. Ach. 1, 269 *Thetis Achillem* toto corpore -em fecit (1, 480 DAMIG. lapid. 7). HIER. adv. Pelag. 1, 16 clipeo [*trop.*]. CONSVLT. Zacch. 1, 18 p. 23, 4 M. obiectu -i *tenebrarum* (*cf.* 2, 10 p. 68, 22). *c. dat.* (*ger.*: *l. 11. cf. infra l. 29. 41*): LIV. 36, 25, 4 silex saepe -is ferro. SEN. nat. 4, 2, 14 superior pars corporis dura et -is ... animalium dentibus. epist. 90, 16 ventis *pelles*. PLIN. nat. 8, 127 -es imbribus *specus* (*cf.* SVLP. SEV. chron. 1, 3, 2 arcam ... aquis). STAT. Theb. 3, 15 meis ... armis *Tydeus*. TAC. ann. 3, 43 inferendis ictibus inhabiles, accipiendis -es *crupellarios*. *seq.* adversus: TAC. hist. 1, 79 tegimen ... a. ictus -e.

B *i. q. impervius, inaccessus, sim.*: STAT. silv. 3, 5, 21 caput -e Nili. TAC. ann. 12, 35 circumspectis quae -ia quaeque pervia. SOL. 50, 1 feris spatia obsita ferme dimidiam itineris partem -em reddiderunt. HIL. in psalm. 118 vau 8 chao -i. AMBR. hex. 6, 4, 16 nullae *sunt formicae* -es custodiae. PS. RVFIN. in psalm. 41, 8 profunditas.

C *singulariter*: *i. q. solidus, concretus*: MACR. somn. 1, 22, 6 quod de omni silvestri tumultu vastum -e densetum ... resedit. *i. q. qui permixtionem non patitur*: ARNOB. nat. 2, 7 p. 53, 7 quid sit, quod ... solum oleum ... in suam naturam -i (-is *trad.*) semper perspicuitate (*em. Löfstedt,* perspicuae *trad.*) colligatur.

II *trop.* (*cf. l. 31 et p. 549, 84*) *et transl.*: A *de personis* (*mente*: *l. 29. 30*) *i. q. invictus, cui noceri non potest*: SEN. nat. 4 praef. 5 ut sis -is (*antea* ne adulatoribus latus praebeas). TAC. ann. 4, 12 pudicitia Agrippinae -i. AVG. c. Fort. 11 deum esse inviolabilem, incorruptibilem et -em *eqs.* (in psalm. 140, 10). ALC. AVIT. carm. 4, 509 ne ... peccatum ... trahat mens -is ullum. *c. dat.*: SIL. 6, 413 patet -is ille luctibus. 7, 561 mens ... -is irae. PRVD. psych. 516 auro. AVG. in Iob p. 519, 25 duros et -es iaculis verborum dei. IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 6, 12 insidiis diaboli -is. MACR. Sat. 1, 24, 5 conviciis.

B *de rebus* (*de deo*: *l. 43. aliter l. 27. 28*) *i. q. obscurus, incomprehensibilis, quod mente comprehendi non potest*: AVG. in psalm. 41, 13 abyssus ... est profunditas quaedam -is, incomprehensibilis *eqs.* (serm. 155, 8[extr.]). EPIST. pontif. 847 Thiel 1, 961 illi secreto aeternae -isque substantiae. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 25 *quaestio*, quam secundum admirationem apostoli -em confitemur. PETR. CHRYS. serm. 101 p. 482[C] iudiciorum ... -e secretum. FAVST. REI. epist. 10 p. 215, 22 GREG. M. in Ezech. 1, 8, 19 *bis.* *c. dat.*: AVG. gen. ad litt. imperf. 3, 8 p. 463, 27 res ... humanis coniecturis -is. GREG. M. moral. 32, 8 *dominus* nostris mentibus ... -is.

impenetrāle cuius ultimum penetrale intrare non licet PAVL. FEST. p. 109 M. (Gloss.[L] IV p. 232[b]). *cf.* GLOSS.[L] II Philox. IN 343 impenetrabile (-ale? *vel* ⟨-e⟩: impenetrabile?): ἀδύνατον (ἄδυτον?), ὅπου τις οὐκ ἐφίεται (ἐφ- *cod.*) εἰσελθεῖν, ἀνόδευτον. [*si recte trad. est, ab* in *et* penetrale *sec. gr.* ἄδυτον. *J. B. H.*]

impenetrātus, -a, -um. *ab* in *et* penetratus. *i. q. non penetratus, non comprehensus* (*c. dat.*): GREG. M. past. 3, 11[extr.] mentes deo -ae damnabuntur. moral. 27, 6 iudicia illius ipsi etiam qui hunc praedicant, -a venerantur.

impennātus, -a, -um. *ab* in *et* pennatus. CARM. Sal. (Paul. Fest. p. 211 M.) 7 pennatas -asque agnas (*v. vol. I 1347, 45*). *Hastrup.*

***impēnsa,** -ae. [*part. perf. pass. pro subst.* (*sc.* summa, pecunia *sim.*) *ab* impendere; *cf.* expensa. *J. B. H.*] *de orig.*: ISID. orig. 19, 29, 4 pensum ... a pendendo dictum, unde pensa et -a. GLOSS.[L] IV Plac. I 41 -a ab inpendendo, quod est erogando, et scribitur per n. *scribitur* inp- *et* imp-. CIL II 1192 ipens(is). *apex*: CIL XIII 11806 (*aet. imp. Ner.*) impénsá. V 558 VI 34075 X 1839 XI 3805, 7. -pes-: CIL II 34. 1955 III 13903 VI 10223 VIII 8711. 20320. 21086 IX 4456 APIC. exc. 81. 156. *cf.* ANTHIM. 36 inpisa *B*, enpisa *G A*, ipsa *H*. *v. et supra l. 59.* *notatur in titulis*: impens: CIL II 1098 III 13820 *al.* imp: CIL 1675 (?) VIII 11221. 22899 XII 324. h(onore) a(ccepto) i(mpensam) r(emisit): DECRET. decur. Ferent. Prisc. (CIL X 5853) CIL XI 5054 *al. v. Dessau III 2 p. 771 col. I; cf. p. 772 col. II et* CIL XI 3938. i(mpensis) s(uis) p(osuerunt): CIL III 4496[a]. NOT. Tir. 41, 8. GLOSS.[L] II Abav. IN 212 -ae sumptus. II Philox. IN 347 ἀνάλωμα (*al.*), ἐλαιόγαρον (*cf. p. 552, 46*). 350 χορηγεῖον. GLOSS. II 218, 12 sine -a ἀδάπανος. *v. et p. 552, 26.* *legitur inde a* VARRONE, CIC., VERG., HOR.; *deest e. g.* RHET. Her., LVCR., CAES., SALL. [*francog. vet.* empoise '*amylum*'. *Wartb.*] [*variat c.* immensa: SEN. contr. 1, 7, 9. *ex coni.*: APIC. 5, 207 (ipsa *trad.*, *cf. l. 63*). *suppl.*: R. GEST. div. Aug. 5 SEN. contr. 1, 7, 16 (*D*).]

i. q. impendium, sumptus (*syn. l. 83. p. 551, 77*), *expensa*:
I *de pecunia* (*indicatur finis impensae*: in: *l. 83. p. 551, 12. 18 al.* [*c. gerund.*: *p. 551, 1. 552, 4*]. ad *c. gerund.*: *p. 551, 19. 48. 55.* circa: *p. 551, 4.* causā: *p. 551, 45. cf. p. 551, 60 sqq.* *sensu presso, i. q.* '*magna -a*' [*syn.* magnificentia]: *p. 551, 30. 37*): **A** *proprie*: 1 *exempla selecta*: VARRO rust. 1, 2, 8 possentne fructus pro -a ac labore redire (PLANC. Cic. epist. 10, 8, 2 LIV. 35, 44, 6 COLVM. 2, 2, 5. *cf. p. 551, 4*). *ibid.* -am ac sumptum facere in cultura (CIC. Phil. 6, 14 Att. 13, 25, 3 in macrocolla [LIV. 2, 18, 11 *al.* Iavol. dig. 23, 5, 18 pr. *al.* *c. abl.*: [*Rehm*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Pompon. dig. 17, 2, 60, 1 in curando se (Pavl. dig. 25, 1, 12). Paul. dig. 39, 3, 5 *al.*]. R. Gest. div. Aug. tit. [δωρεαί]. Qvint. decl. 260 p. 63, 9 supervacuas [Gaivs dig. 5, 3, 39, 1. *cf. l. 24. 71*]. Papin. dig. 5, 3, 51 circa eandem substantiam. *al.*) Cic. Verr. II 1, 119 sine labore, sine molestia, sine -a (rep. 2, 27 Sen. epist. 80, 3 Colvm. 2, 2, 6 CIL X 3917 *al. cf. l. 14*). II 1, 145 columnae ... nulla -a deiectae (Q. Cic. pet. 38 Colvm. 4, 3, 5). II 3, 53 magna -a magnoque instrumento (Sen. clem. 1, 26, 2 *al. cf.* Cic. Att. 9, 9, 4 minore [Colvm. 4, 2, 1 *al.*]. epist. 16, 18, 2 tanta. Bell. Alex. 50, 3 maximis. Colvm. 1, 4, 7 maioribus [*al.*]). fin. 1, 45 ut necessariae *cupiditates* nec opera multa nec -a expleantur (Colvm. 8, 7, 5 *al.* Plin. nat. 18, 43. Vvlg. exod. 21, 19 in medicos. Macr. Sat. 2, 4, 30). Cael. Cic. epist. 8, 1, 1 ne molestiam tibi cum -a mea exhibeam. Cic. epist. 14, 2, 3 *al.* Nep. Phoc. 1, 4. Timoth. 1, 2 sine ulla publica -a (Liv. 3, 43, 7 *al.* Plin. nat. 12, 63 Tac. hist. 4, 40 CIL II 2509 *al.*). R. Gest. div. Aug. 1 exercitum privato consilio et privata -a comparavi ([ἀναλώμασιν]. Liv. 24, 11, 9 *al. cf.* Val. Max. 4, 4, 11 domesticae). 20 Capitolium ... -a grandi refeci. app. 4 -a p⟨raestita in spec⟩tacul⟨a⟩ ([δαπάναι]. Val. Max. 5, 1, 1 d. Test. Galli [CIL XIII 5708] ⟨ad⟩ reficiendum). S. C. Frontin. aq. 125 fornices, quos Augustus Caesar se refecturum -a sua pollicitus ... est (Liv. 6, 17, 2 *al.* Sen. benef. 4, 37, 1 Plin. nat. 36, 42 Lex met. Vipasc. [CIL II 5181] 19 CIL VI 30958 [*a. 116*] XIII 4149 [*a. 124*] *et passim in titulis. cf.* CE 89, 3 mea). CIL III 7124 (*aet. Aug.*) 4 -a supervaqua (*cf. supra l. 3*) rem publicam oneran⟨dam⟩. CE 371, 1 (*a. 16*). Ov. epist. 7, 188 instruis -a nostra sepulcra brevi. ars 2, 255 levis est -a (*cf.* gravis: Liv. 5, 4, 6 *al.* Colvm. 2, 9, 18 *al.*). Liv. 24, 34, 13 Hieronis -is curaque (42, 52, 11 Colvm. 2, 12, 6 *al.*). 44, 17, 3 levatos se oneribus[que] -isque. *al.* Vitr. 6, 8, 9 a domini (ab omni *trad.*) potestate -ae laudabuntur. 7 praef. 15 cum in id opus -am esset pollicitus. 7 praef. 17 ab magnificentia et -is auctoritatem *habet opus* (*cf.* Val. Max. 8, 12 ext. 2 opus et -a et elegantia visendum). *al.* Val. Max. 1, 1, 8 adiectio -ae impedimento fuit, quominus *eqs.* 7, 1, 2 equitatum voracibus -is onerosum. 7, 6, 1 aerarium longinquis -is non sufficere. *al.* Phaedr. 4, 20, 25. Sen. benef. 4, 24, 2. epist. 1, 4 ratio ... -ae (Colvm. 4, 4, 5 Plin. nat. 18, 29 Svet. Nero 30, 1 Ivlian. dig. 10, 2, 51 pr. *al.*). 86, 7 columnarum ... in ornamentum positarum -ae causa. *al.* Colvm. 1, 1, 2. 3, 3, 8 amplissimas. 3, 3, 12 locus ... maiorem quaestum reddet quam accepit -am (8, 4, 6 *al.*). Plin. nat. 33, 44 *al.* Mart. epigr. 4, 6 Qvint. decl. 333 p. 310, 18 *al.* Lex. met. Vipasc. frg. Bruns font.[7] 13 pro ea parte qua quis socius erit -as conferat (CIL VIII 23422. *cf. p. 552, 18*). *al.* Ivv. 5, 156. 7, 138 Tac. hist. 4, 9 Svet. div. Iul. 10, 1 *al.* Edict. praet. dig. 42, 5, 9 pr. Afric. dig. 30, 108 pr. -a et periculo eius (Vlp. dig. 6, 1, 11 *al.*). Vlp. dig. 9, 2, 27, 25 -as ..., quae in collectionem ... impenduntur. 11, 7, 14, 6 funeris causa tantam -am. 25, 1, 1 pr. necessariae, ... utiles, ... voluptariae (*v. passim sub hac rubr. et saepius. ad rem v.* Pavl. dig. 50, 16, 79. *Sohm, Inst. d. röm. Rechts [1911] p. 415. 637. 761*). 43, 24, 13, 7 -am ... ad restituendum praebeant. *al.* (*v. V. i. R.*). CIL II 1342 (*s. II ex.*) honore usa -am remisit (1973. *saepe, cf. p. 550, 66*). Epist. donat. Syntroph. (CIL VI 10239) 14. Porph. vita Hor. p. 1, 11 paucissimis eruditus -is. Ivst. 6, 2, 15 postulat sibi dari ministrum -ae. Hier. epist. 57, 12, 3 oleum perdit et -as, qui *eqs.* Clavd. 24, 224 geminare profundas ... -as. Oros. hist. 4, 11, 2 pro ... -is bellicis. Cod. Iust. 8, 44, 16 (*a. 290*) -as ... ad meliorandum ... vos erogasse (*al.*) CIL XIV 4865 communi -a fecerunt sibi. Inscr. christ. Diehl 1768, 2 omnibus -is ... paratis sacravi templum. *et al.*

2 *notabilia*: a *indicatur per gen.*: α *quid impendatur* (*cf. l. 82*): Liv. 44, 23, 1 pecuniae. Svet. Nero 50 ducentorum milium (Labeo dig. 19, 2, 60, 4). β *in quid impendatur* (*cf. p. 550, 77*): Cic. Rab. Post. 43 turpibus -is cupiditatum ... labentem. Hor. epist. 1, 19, 38 -is cenarum et tritae munere vestis. Liv. 32, 34, 10 s[t]ationis. Vitr. 2, 8, 20 satius esse videtur -a testaceorum *parietum* in sumptu quam compendio craticiorum esse in periculo. Sen. benef. 2, 21, 5 ludorum (Ascon. Mil. p. 30, 20 St. Svet. Tib. 34, 1). dial. 9, 9, 4 studiorum ... liberalissima -a est. epist. 12, 1 aedificii. Cvrt. 8, 5, 10 exigua turis -a tanta beneficia pensaturi. Colvm. 1, 3, 3 rerum invectarum. 8, 15, 1 *al.* Ascon. in Scaur. p. 22, 10 St. *aedilitatis.* Plin. nat. 21, 10 funeris (*passim in titulis, e. g.* CIL II 3251 [*s. I ex.*]. 1089 [*aet. Traian.*]) Sil. 11, 569 belli. Plin. epist. 9, 19, 6 -a monumenti supervacua est. Svet. Vitell. 7, 2 itineris (*cf.* Apvl. met. 11, 28 peregrinationis). Domit. 12, 1 operum ac munerum (Vlp. dig. 48, 22, 7, 22 Cod. Theod. 8, 4, 8). Pompon. dig. 35, 1, 112, 2 perferendi corporis in aliam regionem (Vlp. dig. 39, 3, 4, 2 Cypr. Gall. lev. 60 medendi). Gaivs dig. 5, 3, 39, 1 *al.* Hil. in Matth. 4, 13 p. 935[C] qui ... fructus est, clauso -am luminis continere? Cod. Theod. 4, 18, 1 -as sumptusque litis (*al.*). Inscr. NotScav. 1926 p. 313 n. 1. *et al.*

b *i. q. res cum impendio parata* (*cf. p. 552, 6*): Cic. off. 2, 60 illae -ae meliores, muri, navalia, portus. Sen. epist. 95, 41 non ... luxuria sed -a sollemnis est *ea cena.* Ivv. 12, 97 haec (*gallina*) nimia est -a. Vvlg. Dan. 14, 7 quis est qui comedat -as has?

B *transl.*: 1 *c. gen.* (*cf. supra l. 58*), *i. q. praestatio, oblatio*: Verg. Aen. 11, 228 nihil omnibus actum tantorum -is operum (Cypr. eleem. 18 p. 387, 2). Ov. met. 3, 63 sine caede ... -aque sui ... cruoris. Liv. 37, 53, 12 meritis ... et -is officiorum ut superare possem (Ps. Cic. exil. 5. 16). Sen. dial. 9, 16, 4 levi temporis -a. Avson. 366, 7 laboris. 2 *per se, i. q. opera, studium*: Ennod. dict. 20, 8 p. 482, 16 in adolendis -a sacrificiis. 21, 12 p. 486, 14 subtrahens -as desideriis puerilibus. epist. 1, 20, 6 p. 33, 6.

II *metonymice de aliis rebus, i. q. apparatus, materia* (*v. et p. 551, 78*): A *vario usu*: Petron. 137, 6 interim Proselenos cum -a sacrificii venit. Marcell. med. carm. 23 salubres suggerit -as (*i. medicamina*) ponto et tellure creatas. Coripp. Ioh. 1, 126 onerantur milite puppes, -is armisque simul (*fere i. q. impedimenta. cf.* 7, 206 tot -as ... ire iubebat et socios urguebat agens. 8, 27).

B *certo et definito usu*: 1 *i. q. quaevis materies ad aedificandum necessaria*: Obseq. 28 (*ex Liv.?, v. Roßbach, BphW. 1916, 733*) -as omnīs ... ignis absumpsit. Frontin. aq. 118 ex fisco ... omne plumbum et omnes -ae ad ductus ... erogantur. 124 difficilis videbatur futurae -ae praeparatio (Lex met. Vipasc. frg. Bruns font.[7] 9. *cf.* Vvlg. I Par. 22, 5 praeparavit -as [22, 14. 29, 2. *cf.* 29, 19 paravi]). Ivv. 3, 216 accurrit qui marmora donet, conferat -as (*cf. p. 551, 41. cf.* Amm. 29, 6, 11 congestas). Epist. de aedif. ration. (CIL VI 1585[b]) 15 tegulas ... et -am de casulis ... adsigna Adrasto. Vlp. dig. 43, 19, 5, 1. 50, 12, 1, 3 si apparatum sive -am in publico posuit. Chalc. comm. 278 *deus* silvestres -as mundi fabricae sufficientes ... constituit (Ps. Avg. quaest. test. I 106, 2 p. 235, 19 *al. cf.* Hil. trin. 12, 39 p. 457[B] fabricandi caeli -am et instrumenta). Amm. 27, 3, 10.

2 *i. q. massa* (Gloss. III 365, 5 φύραμα): a *ad fingendum*: Edict. imp. Diocl. 7, 15 lateris crudi ad laterculos diurnam mercedem ..., ita ut ipse sibi -am praeparet, *tot* (ἑαυτῷ παρέχοντι τὸν πηλόν. *sic et* 7, 16). Ambrosiast. in I Cor. 15, 39 p. 268[A] ut una -a faceret genera diversa (*antea* cum ex eadem massa omnis caro sit). *ibid.* p. 268[B]. b *ad lapides inter se coniungendos, i. q. mortarium* (*v. ALL 4, 1887, 421. Svennung, Unters. Pallad. p. 573*): Cet. Fav. 4 p. 292, 11 quo pinguior -a fortius caementa ligaret. 18 p. 301, 15 -a testacea inducatur (19 p. 302, 8 Pallad. 1, 39, 5). 18 p. 316, 16 mollior. 19 p. 302, 6 *crassior.* 21 p. 304, 3 pumicea (Pallad. 1, 13, 2). 22 p. 304, 11. 23 p. 305, 4 subtilior. 23 p. 305, 6. 26 p. 306, 3 ex sablone et favilla et calce mixta -a ([*Vitr. 7, 4, 5* materies]. Pallad. 1, 9, 4). Symm. rel. 26, 5 hiulcam compagem lapidum ... ita positam, ut infuso postea -arum liquore hiantia stringerentur. Clavd. Don. Aen. 9, 710 p. 277, 18. Vvlg. Sirach 22, 21 caementa sine -a posita ... non permanebunt. Avg. vera relig. 30, 54 -a, quae calce et arena confit, tenacius lapides cohaerere quam luto. Cassiod. in psalm. 61, 3 p. 429[D] sine aliquo ligamine -ae. ? c *ad ova conservanda*: Anthim. 36 dura ... ova aut ... quomodo in -a ponuntur (*an ad d?*).

d *in coquendo, i. q. massa qua implentur farcimenta sim.* (*usu laxiore de variis condimentis; v. Brandt, Unters. z. röm. Kochb. p. 99. cf. p. 550, 70.* Gloss. II 582, 27 *sq. nota ellipsin l. 54*): Arnob. nat. 7, 25 p. 258, 25 quid diversis cum fartibus *deo sit* ... -arum varietate conditis. Clavd. Don. Aen. 8, 180 p. 141, 30 caro ... assa, id est non aliquibus -is excocta. Apic. 2, 60 reples intestinum -a isicii (*cf.* 4, 183 imples [*al.*]). 4, 134 in caccabum mittes cum -a. *ibid.* tot trullas -ae desuper adicies (*al.*). 8, 372 mittes -am Tarentinam in vesicam bubulam (*cf. per ellipsin*: 8, 339 perna apruna ... impletur Tarentina). 8, 406 -a ... circumsparges. 9, 432 ornatur -a. *al.* Cass. Fel. 33 holera, olivas, caseum, -as recentes ... non tangant. Tab. cer. CIL III p. 953, 23 peganinum ... -am ... salem et cep(am).

Isid. orig. 4, 7, 25 paralesis dicta a corporis **inpēnsātiōne** (inpesione *T*), facta ex multa infrigidatione. *ab* impensare.

impēnsē *v. s.* impendo *p. 549, 10.*

[Gell. 11, 5, 4 *sceptici* veritatem ... inprensibilem (inpres(s)ibilem *δ*, **inpēnsibilem** *γ*) videri aiunt.]

impēnsio, -ōnis *f.* *ab* impendere. Gloss. II 266, 33 δαπάνη. 523, 2 enycin (*i.* ἐνοίκι(ο)ν, *cf. 522, 23* compensio *et 578, 52* expensa: dispensatio domus). 583, 35 refectionis datio. [*falso legebatur*: Greg. M. epist. 1, 37 p. 50, 14 (pensionis *trad.*).] *i. q. actio impendendi* (*i. q. opera, studium: l. 69 sq.*): Pomp. gramm. V 257, 16 sumptus .. erit nomen quartae declinationis, quando -es significamus. Ennod. epist. 5, 11, 3 p. 135, 7 ut amor mutuus de vicaria -e gratuletur. dict. 10, 12 p. 458, 9 -e multiplici commendantis vota vicisti. Isid. diff. 2, 146 boni -em in proximum. *ibid.* beneficii.

Gloss.[L] II Abav. IN 213 **inpēnsat** consumit. *deriv.*: impensatio.

impēnsō *adv. v. s.* impendo (impensus) *p. 548, 70.*

Avg. epist. 192, 2 p. 166, 23 non ... potest esse verus caritatis **inpēnsor,** nisi fuerit benignus exactor (serm. coll. Morin p. 526, 29 laboris -r, coronae iam exactor). *ab* impendĕre.

1. impēnsus, -a, -um *v. s.* impendo *p. 548, 60.*

2. impēnsus, -a, -um. *ab* in *et* pensus. a Pavl. Fest. p. 108 -am stipem aes sacrum quod nondum erat pensum. ? b *i. q. nullius pretii, nequam*: Plavt. Bacch. 394 ingrato homine nihil -iust (*cf. Steinthal, De interpol. Plaut., Diss. Berl. 1918 p. 78. Léo, adn. ad l.*).

3. impēnsus, *abl.* -ū. *ab* impendere. *i. q. impensa* (*trsl. i. q. studium*): Symm. epist. 1, 11, 1 si quid in absentes bene consulas, -u maiore gaudetur. 4, 65 magno -u gratulor. *Rehm.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

imperābiliter *adv.* *ab* imperare. Cato inc. libr. frg. 43 (Char. gramm. p. 262, 21 B.) '-r' (-iab- *Cb*) Cato senex, ubi Maximus 'pro nimis imperiose, dure'.

imperagrātus, -a, -um. *ab* in *et* peragratus. *i. q. invius*: Gild. Brit. 35 chron. III p. 46, 17 fervidus acsi pullus, amoena ⌊quaeque -a⌋ (*codd. plerr.*, que per- *A*) putans, per extensos scelerum campos inrevocabili furore raptatur *sensus tuus*.

? **imperantia:** imperium Gloss. II 582, 18. [*ab* imperare, *nisi corrupt. pro* intemperantia. *Heracus.*]

imperātio, -ōnis *f.* *ab* imperare. *t. t. arithm. i. q. regula*: Boeth. arithm. 2, 1 p. 77, 19 hoc ... trina ... -e colligitur (*cf. Nicom. Geras. arithm. 2, 1, 2* διὰ τριῶν προσταγμάτων).

***imperātīvus,** -a, -um *et* -us, -ī *m.*, -um, -ī *n.* [*ab* imperare, *cf. gr.* προστακτικός. *J. B. H.*] Gramm. suppl. 103, 24 per duo v ... -us. Gloss.^L II Philox. im 78 -us: προστακτικός. *inde a* Palaem. (*l. 27*).

1 *active*: a *artiore sensu in arte gramm. de modo, verbo, oratione sim. (cf. gr. προστακτικὴ ἔγκλισις sim.); saepe masc. vel neutr. pro subst.* (*cf.* Prisc. gramm. II 449, 15 quae Latini in plurali numero -a primae personae accipiunt, haec Graeci ὑποθετικὰ vocant, id est suppositiva sive hortativa): *definitur*: Diom. gramm. I 338, 27 -us modus est, quo enuntiamus externo officio imperantes. Prisc. gramm. II 456, 1 -us modus necessitatem significat. *al. cf. Jeep, Redeteile p. 219 sqq.* *exempla*: Pavl. Fest. p. 108 'inpercito' ... futurum ab -o (Char. gramm. p. 338, 18 B. f. ... -i. *al. cf.* Char. gramm. p. 338, 5 B. -a instantis. Prisc. gramm. II 406, 21 praeteriti temporis ... -a. 25 praeterito tempore -i. *al.*). Palaem. Char. gramm. p. 295, 5 B. 'ne' acuto accentu *recipit* -a, velut 'ne fac' (*cf.* Serv. Aen. 2, 606 *al.*). Prob. inst. gramm. IV 156, 1 modi verborum sunt octo, indicativus ..., -us *in eqs.* 184, 34. Anth. 657, 2 (*in aenigmate*) femina cum fuerim, -us ero. Don. Ter. Eun. 799 quia -a verba velut contumeliosa sunt, addebant veteres 'sis' (Clavd. Don. Aen. 7, 330 p. 52, 30 *al. cf.* Mart. Cap. 3, 235 verba -i modi. *v. et l. 43*). Char. gramm. p. 340, 21 B. defectionem -i. p. 341, 8 -a ... quadrifariam exprimuntur. Serv. georg. 2, 425 pro activi -o praesenti passivi futurum posuit. Aen. 11, 463 'edice' ... plenus est -us. Clavd. Don. Aen. 4, 225 p. 384, 4 'age' hortativum cum -o *est*. Mart. Cap. 3, 325 'volo' non habet -um. Boeth. syll. categ. introd. p. 767^B orationis ... species ... sunt quinque ..., -a ut 'suggere tela mihi' (*cf.* herm. pr. 1, 1 p. 35, 14 *al.* Isid. orig. 2, 21, 15 aliae *sententiae sunt* -ae). *et al.* b *latiore sensu*: Conc.^S I 5 p. 72, 9 forsitan non substantiale ..., sed prolativum atque -um intellegat *Nestorius verbum dei* (*sim.* p. 82, 17). Cod. Iust. 6, 23, 15 pr. (*a. 339*) utrum -is et directis verbis fiat *heredis institutio* an inflexa. Cassiod. anim. 6 p. 1291^C secunda *virtus animae* -a, quae iubet organis corporalibus motus diversos. Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 26 p. 391^A puellam -o sermone resuscitavit ad vitam.

2 *passive*: Macr. Sat. 1, 16, 5 *feriae* aut ... stativae sunt ... aut -ae *eqs.* (*cf.* 1, 16, 6 -ae sunt, quas consules vel praetores pro arbitrio potestatis indicunt). Salv. eccl. 2, 39 salvator ipse in evangelio non ut ceteris voluntarium, sed -um officium perfectionis indicit *clericis*.

1 *absolute (aliter p. 671, 4), i. q. sine viribus vel opibus, infirmus* (*praedicative l. 60; seq.* qui *l. 64; trsl. de nocte l. 65*): CIC. fin. 1, 52 neque homini infanti aut -i iniuste facta conducunt. SALL. or. Macri 3 neque me praeterit, quantas opes nobilitatis solus -s ... pellere dominatione incipiam. HOR. carm. 2, 1, 26 Iuno ... inultā cesserat -s tellure (*sc. Africa*). FILASTR. 31, 3 *homo ab angelis factus* quia -s erat, salvari non potuit (*i. imperfectus? cf.* 97, 6 ut sic [*sc. infusa inspiratione*] iam capax homo legis divinae, non -s, ... monstraretur). AMBR. fid. 1, 7, 48 Arius ... vult ut pater dissimilem genuerit sui, quasi -s qui generare similem non potuerit. VVLG. sap. 17, 13 (*loc. obscur.*) -em vere noctem (*ἀδύνατον*). AVG. civ. 21, 5 p. 497, 24 D. *deum* neque -em neque mentientem possumus credere. CASSIOD. in psalm. 23, 9 'potens' *dicitur* quem illi quasi -em ... Pilato tradiderunt. *pro subst.* (*cf. p. 671, 43. 53*): CIC. Mur. 59 valeant haec ... ad salutem innocentium, ad opem -ium, ad auxilium calamitosorum. OP. imperf. in Matth. 14 p. 713an. ut de eo quod accepimus a deo partem -bus faciamus. *de coeundo*: ANTH. 309 tit. (*dub. an inferioris aetatis*) in medicum -em, qui ... duxit uxorem.

2 *c. gen. obi.* (*gerund. l. 77 [cf. p. 671, 1]. pertinet cum ad res externas [l. 76 sq.] tum ad animum eiusque affectus*): LIV. 5, 37, 4 *Galli* flagrantes ira, cuius -s est gens (29, 9, 9). 9, 14, 5 *gens* suarum -s rerum. 27, 50, 10 *laetitiae.* 35, 11, 10 Numidae adequitare ..., velut quos -es regendi equi (equos *codd.*) invitos efferrent. VAL. MAX. 4, 6, 2 doloris. SEN. Ag. 126 consilii. dial. 3, 1, 2 -s sui *ira* (5, 1, 3 *animus* [SVLP. SEV. chron. 1, 14, 6]. nat. 6, 1, 3 [*syn.* motae mentis]. CVRT. 4, 7, 14 [inobtentis *codd.*]. PAVL. NOL. carm. app. 2, 29 vis -s sui). CVRT. 8, 1, 49 animi. TAC. hist. 4, 44 amoris.

3 *c. aliis struct.*: *inf.* (*aliter p. 671, 26*): PS. HIL. libell. 3 p. 735B non ... erat -s ... omnia facere *deus.* VVLG. sap. 12, 9 non quia -s eras in bello subicere impios iustis (*ἀδυνατῶν*). PS. AVG.

[*Rehm*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

serm. 183, 2 -s . . . venire *spiritus sanctus.* **a** d *c. gerund.* (*cf. p. 670, 73*): AMBROSIAST. in Rom. 9, 17 p. 137^C Pharao . . . aestimans . . . deum . . . ad vindictam dandam -em.

4 *elliptice* (*sc. animi?, cf.* impos), *i. q. motuum vel affectuum suorum non compos, immoderatus, effrenatus sim.* (*saepe de licentia in potestate exercenda* [*e. g. l. 29. 52. 75. nota lusum verborum*: SEN. rem. fort. 10, 2 'non sum potens'. gaude, -s non eris], *unde transit ad not. q. e.* '*nimium potens*' *vel nimietatis notione evanida ad eam q. e.* '*valde potens*' [*l. 53. cf. p. 670, 31. 672, 61*]. *de ellipsi recte monet Svennung, Unters. Pallad. p. 574, 4. omnia haec ad not. quasi passivam* [*'qui non potestur, unzugänglich, ferox'. cf. infra l. 69*] *referre voluit Bücheler apud Pokrowskij, RhM. 52, 1897, 429, 1. cf. Kl. Schr. III p. 295*): **a** *de animantibus* (*multitudine infra l. 35. fortuna sim. l. 32. abstractum pro concreto l. 39. acced. abl. causae infra l. 34. 42. dat. l. 19. inf. infra l. 26*): TER. Haut. 371 ego te . . . novi quam esse soleas -s (CIC. Phil. 11, 16 est ipse confidens, -s *Dolabella.* part. 112. SALL. hist. frg. 4, 73 -s et nimius animi est. SEN. contr. 10, 3, 7 [*iuxta* crudelis, *opp.* demens]. PS. QVINT. decl. 5, 8 [*iuxta* arrogans]. IVST. 26, 3, 4 militibus). POMPON. Atell. 165 blanda fallax superba -s discordis. CIC. Phil. 5, 24 *Antonium* -em, iracundum, contumeliosum, . . . semper ebrium. 5, 42 homo -issimus (epist. 10, 1, 1 -issimi atque intemperantissimi. LACT. epit. 49, 1 [*iuxta* furiosi]. *al. cf.* VAL. MAX. 6, 3, 1^b *vir* [*al.*]). epist. 4, 9, 3 victoria . . . ferociores -ioresque (impatientioresque *GR*) reddit. CATVLL. 8, 9 illa non vult: tu quoque, impote⟨ns, noli⟩. HOR. carm. 1, 37, 10 quidlibet -s sperare *Cleopatra* (*aliter p. 670, 82*). LIV. 3, 38, 11 *domini* (*cf.* SEN. Herc. f. 1180 dominator [potens *A*]. PS. QVINT. decl. 12, 8 domina [*sc. fames*]). 6, 11, 6 vitio . . . ingenii vehemens et -s. 25, 2, 9 *tyrannus* (SEN. Herc. f. 738. PS. QVINT. decl. 13, 4 -issime. *cf.* PRVD. cath. 4, 77). SEN. contr. 9, 5 (28), 1 violentus et -s senex. 9, 5 (28), 4 raptor ille et -s (inpotest *AB*). VELL. 2, 11, 1 *Marius.* VAL. MAX. 4, 5, 3 fortuna (SEN. Ag. 247 [innocens *E*; *iuxta* superba]. dial. 12, 3, 5 *al.* CVRT. 3, 11, 23. *cf.* SEN. Herc. O. 715 casus). SEN. Med. 143 *Creon* sceptro -s (*cf.* Tro. 215 regno [*al.*]). clem. 1, 1, 1 in hanc . . . multitudinem discordem, seditiosam, -em (CVRT. 4, 10, 7). benef. 3, 28, 6 imperiosus intra limen atque -s, humilis foris. dial. 2, 6, 1 vicinus -s aut dives (epist. 88, 11). 5, 38, 2 (*iuxta* factiosus). *al.* CVRT. 6, 3, 3 Ionas . . . servitio barbariae -is exemimus. TAC. ann. 5, 1 *Livia* mater -s, uxor facilis. SVET. Claud. 15, 4 *inimici.* Nero 28 ferox atque -s mulier. TER. MAVR. 2187 adesto, iambe, . . . ultor -s tui. FIRM. err. 2, 3. AVR. VICT. Caes. 40, 21 Herculius natura -ior. PRVD. perist. 5, 80 *daemones* vagi, -es, sordidi. *et al.* *pro subst.* (*cf. p. 670, 68*): CIC. Tusc. 5, 60 -ium cupiditates. SEN. epist. 105, 7 -es. QVINT. inst. 6, 1, 12 si contra -em, invisum, perniciosum suscepta causa est. PS. QVINT. decl. 5, 23 -issime generis humani. TAC. Germ. 36 inter -es (potentes *Meiser*) et validos falso quiescas. ITALA II Macc. 7, 9 (rec. L) tu . . ., -s, ex hac praesenti vita nos perdis (ἀλάστωρ, *rec. X* iniquus, *rec. BM* scelerate et impie, *Vulg.* scelestissime). LACT. inst. 6, 17, 25 *ut* libertatem . . . defendamus adversus -ium stultam . . . violentiam. BOETH. cons. 1 carm. 4, 14 nec speres aliquid nec extimescas: exarmaveris -is (*i. tyranni*) iram. *nota: evanida fere intemperantiae notione i. q. (valde) potens* (*cf. l. 9. 46. pro subst. praeter l. 57*): PETRON. 5 v. 5 artis . . . si quis ambit effectus . . . nec curet . . . regiam trucem voltu cliensve cenas -ium captet (*cf.* NOVELL. Maior. 7 pr. dum uti volunt patrociniis -um [potentum *l. v.*]). PRVD. cath. 5, 38 populus *Iudaeorum* . . . maiorum meritis tutus et -s (SCHOL. valde potens, alias invalidus).

b *de animo sim.*: TER. Andr. 879 adeo -i esse animo, ut praeter . . . voluntatem patris tamen hanc habere studeat (CIC. har. resp. 3 [*antea* iratus]. Phil. 5, 22 part. 119. LIV. 30, 11, 3 [*iuxta* barbaro]. SEN. Herc. f. 350 *al.* CVRT. 10, 8, 1. *cf.* SEN. epist. 92, 8 *animi partem* animosam, ambitiosam, -entem [*sc.* τὸ θυμοειδές]). LIV. 34, 2, 13 date frenos -i naturae *mulierum.* PRVD. perist. 5, 430 -em spiritum *tyranni.* **c** *de rebus naturae, quasi in imag.*: CATVLL. 4, 18 tot per -ia freta. HOR. carm. 3, 30, 3 aquilo. MART. 1, 49, 19 bruma. PS. QVINT. decl. 14, 10 virus.

d *de rebus incorporeis, maxime affectibus et actionibus hominum* (*hic illic fort. c. not. quasi passiva i. q. 'non ferendus'* [*e. g. l. 72. 83 sq.; cf. gr.* ἀμήχανος]; *cf. supra l. 11. Schmalz-Hofmann*[5] *p. 544*): CIC. Deiot. 32 quae est ista tam -s (impudens *BE*), tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? Tusc. 5, 17 nulla -i laetitia ecferantur beati (LIV. 30, 42, 17 ex insolentia . . . -is l. insanire *populum*). epist. 10, 27, 1 sin ista pax perditum hominem in possessionem -issimi dominatus restituturast (LIV. 30, 33, 10. *cf.* NEP. Lys. 1, 4 dominationem [LIV. 34, 32, 10 -issimae. *al.*]. LIV. 7, 39, 5 regnum [*iuxta* crudele; 33, 46, 3. SEN. Herc. f. 966]. SEN. dial. 7, 4, 4 dominia -issima). CATVLL. 35, 12 illum deperit -e[m] amore[m] ([*cf.* CHAR. gramm. p. 170, 21 B.]. PLIN. epist. 2, 2, 1. *cf.* SEN. epist. 116, 5 rem commotam, -em. *v. et l. 84*). LIV. 3, 36, 2 *consilia.* 7, 41, 8 postulatum. 8, 28, 8 *iniuria* (38, 56, 11). 8, 31, 1 *crudelitas.* 29, 9, 6 in multo -iorem subito rabiem accensi. 31, 24, 18 prae -i ira (39, 4, 5 -i ac prope regia). 42, 46, 9 *superbia.* SEN. contr. 1, 6, 7 -s malum est beata uxor (PS. QVINT. decl. 15, 9 -issimi mali [*sc. amoris*]). VAL. MAX. 9, 5, 4 confessio. SEN. Ag. 801 furor (Med. 851). Herc. O. 421 vitium -s virtus vocatur. Thy. 350 ambitio. dial. 4, 4, 1 tertius motus *adfectūs* est iam -s. 6, 20, 2 quos exire *e carcere* imperium -s vetuerat (*cf.* TAC. ann. 3, 33 -bus iussis). 12, 1, 3 superbae -isque adrogantiae. nat. 7, 8, 3 non est illis (*stellis errantibus*) perturbatus et -s cursus. epist. 59, 4 *adfectus* (*al.* PS. QVINT. decl. 15, 9). QVINT. inst. 5, 13, 20 *actiones.* 12, 1, 6 cogitationes. PS. QVINT. decl. 8, 7 numquid arrogans consortium, numquid -s societas est liberos communes esse languentes? ITALA Is. 58, 6 (Cypr. testim. 3, 1 p. 108, 17 *al.* Barnab. 3, 3) resolve suffocationes -ium commerciorum (βιαίων, *Vulg. aliter*). ARNOB. nat. 2, 29 p. 72, 12 libido. BOETH. cons. 3 carm. 12, 24 luctus.

adv. **impotenter.** *comp. l. 15. 18. superl. l. 21.* **a** *spectat ad facultatem faciendi alqd.*: LIV. 27, 48, 11 crescente certamine . . . -ius iam regi *elephanti.* **b** *spectat ad intemperantiam, licentiam* (*cf. p. 671, 4.* SYNON. CIC. Char. gramm. p. 430, 24 B. iniuriose -r vafre libidinose): BELL. Alex. 33, 2 Arsinoën, cuius nomine diu regnasse -r Ganymeden docuimus (*cf.* LIV. 38, 48, 1 -ius . . . Galli dominarentur [perioch. 117 p. 111, 19]). VAL. MAX. 9, 3, 7 *ira* imperia . . . gessit -r (VLP. dig. 1, 16, 9, 5 se [LIV. perioch. 1 p. 3, 17]). SEN. benef. 4, 17, 2 quis est . . . qui non ipsis, quae -issime (impudentissime *M*) fecit, speciem aliquam induat recti? (QVINT. inst. 1, 3, 13 LIV. perioch. 3 p. 8, 1. 43 p. 49, 23 in socios). dial. 6, 10, 6 corporibus nostris -r, contumeliose, crudeliter abutetur *fortuna.* 10, 10, 4 qui . . . -r vicit. epist. 42, 3 qui . . . magna potentia -r utuntur (QVINT. decl. 315 p. 240, 19 fructu virtutum). IVST. 16, 4, 2 cum plebs . . . divisionem agrorum . . . -r flagitarent.

deriv.: impotentabilis, impotentia.

?**inpotentis** (*l. v.* **inpotestis**) inpotens GLOSS. II 584, 18 (*cf.* I p. 41).

impotentābilis, (-e). *ab* impotens (*cf. p. 671, 53*). *qui potentiam habet*: ITALA Marc. 1, 27 (cod. e) quaenam esset doctrina haec -is (*gr.* κατ' ἐξουσίαν [ἐξουσιαστική *W*], *Vulg.* in potestate).

ᴹ**impotentia,** -ae *f.* *ab* impotens. *plur. non legitur* (*cf.* GELL. 19, 8, 6). NON. p. 527, 10 -am etiam potentiam auctoritas dedit (*cf. infra l. 61*). DON. Ter. Ad. 607 -am infirmitatem. GLOSS. ἀδυνασία. *inde a* TER., SISENNA. [*variat c.* potentia: *p. 673, 8. 11. cf. l. 39. p. 673, 3.* impudentia (*cf. l. 38*), impatientia: *p. 673, 12.* *ex coni.*: LIV. perioch. 29 p. 36, 1 (impud- *trad.*). SEN. epist. 85, 10 (innocentia *trad.*). PORPH. Hor. carm. 2, 16, 19 (sapientiae *trad.*). AMM. 14, 1, 3 (potentia *V*). ALC. AVIT. epist. 55 p. 84, 31 (potentiam *L*, poenitentiam *S*).]

-a *est condicio impotentis* (*nota lusum verb. l. 47. 65. 69.* PS. SEN. mon. 80 'quomodo potentiam . . . tuebor?' sine -am [*cf.* mor. 93]):

1 *absol., i. q. infirmitas, inopia*: TER. Ad. 607 omnes quibus res sunt minus secundae . . . propter suam -am se semper credunt claudier. BOETH. cons. 3, 5, 5 W. *ubi* desinit potestas, . . . -a subintrat. 4, 2, 28 (*26 syn.* infirmitas). herm. sec. 3, 9 p. 226, 1 quod non est potentiae nosse, se id arbitrari nosse . . . -ae est. CASSIOD. in psalm. 102, 19. NICET. fid. 6 p. 16, 14 quominus ei (*deo*) -a vel infirmitas ascribatur. ORIG. in Matth. ser. 92 p. 208, 25 dei.

2 *c. struct., i. q. dominatio deficiens*: **a** *gen. obi.*: TRAG. inc. 110 (CIC. Tusc. 4, 35) poetae impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt 'ob scelera animique -am et superbiloquentiam' (SISENNA hist. 50 sublatus laetitia nimia atque -a commotus a. CIC. Tusc. 4, 34 -am quandam a. a temperantia et moderatione plurimum dissidentem. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 12, 600 p. 622, 10 mentis. BOETH. top. Arist. 6, 3 p. 978^D somnus est -a sensus [*Arist. 145 b 1* ἀδυναμία αἰσθήσεως]). CIC. Tusc. 4, 52 dictorum ac factorum (*in homine irato*). VAL. MAX. 9, 3, 3 doloris. **b** *praep.*: PORPH. Hor. [illegible]d. 17, 81 artis . . . meae circa te -am flebo

3 *per ellipsin* (*sc. animi?*), *i. q. intemperantia, licentia* (*fere i. q. [nimia] potentia* [*cf. p. 671, 8. supra l. 34*]: *p. 673, 3 sq. 8. 11.* *spectat ad hominem praeter l. 63. p. 673, 9*): HOR. epod. 16, 62 nullius astri gregem aestuosa torret -a. LIV. 34, 2, 2 domi victa libertas nostra -ā muliebri (SEN. dial. 11, 14, 2 matres quae potentiam liberorum m. -a exercent. TAC. ann. 1, 4. 12, 57. *cf.* 4, 57 matris). perioch. 70 p. 81, 13 equestris ordinis in iudiciis exercendis. SEN. contr. exc. 5, 5 est hoc -ae, sine fine concupiscere, sine modo irasci. contr. 9, 2 (25), 19. 10, 1, 7 (*opp.* libertas). VELL. 2, 29, 3 potentia sua numquam aut raro ad -am usus. VAL. MAX. 4, 1 pr. (*syn.* temeritas, *opp.* moderatio). 9, 3, 8. 9, 5 tit. de superbia et -a. *al.* SEN. dial. 5, 2, 2 ambitio viritim singulos occupat: -a una (*Vahlen*, non *trad.*) est malum publicum. epist. 39, 5 (*iuxta* insanae libidini). 94, 71. 100, 10 volo . . . libidinem traduci, -am frangi. PETRON. 115, 12 ubi nunc est iracundia tua, ubi -a tua? QVINT. inst. 6, 2, 16. decl. 305 p. 194, 16 nisi praecipua . . . -ae voluptas divitibus videretur. PS. QVINT. decl. 13, 1 *vicinum* notae -ae, expertae crudelitatis. 19, 7 quae . . . -a est effringere rigens sacra dissimulatione pectus. *al.* FRONTIN. aq. 120 possessorum (126). TAC. Germ. 35 sine cupiditate, sine -a *Chauci.* ann. 14, 31 veteranorum. SVET. Iul. 77 nec minoris -ae voces propalam edebat. FLOR. epit. 1, 23, 1 feneratorum (AMPEL. 25, 1). 2, 2, 3. APVL. apol. 18 paupertas . . . neminem . . . superbia inflavit, . . . -a depravavit, . . . tyrannide efferavit. met. 9, 41 (*cf. 39* insolentiam). 10, 1. 10, 6 barbaricae feritatis vel tyrannicae -ae (*cf.* IVST. 5, 3, 6 tyrannidis. MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 33, 36 adversus me utitur

[*Rehm*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ae tyrannide). Plat. 2, 24 (*iuxta* vecordia). 2, 28. PORPH. Hor. carm. 2, 18, 23 scelus quo vicinos tuos per -am agris suis expellis (*de simili re* COD. Theod. 5, 14, 33. 13, 11, 9 [potentiam *Cod. Iust. 11, 59, 10*]). IVL. VAL. 1, 48 p. 59, 20 *Darii* vim atque -am formidare (*Ps. Call. 1, 43, 5 βασιλείαν*). FIRM. math. 4 prooem. 1 factiosis hominibus et quos -ae delectabat improbitas. EMPOR. rhet. p. 573, 19 pudicitia ... alienae ... -ae violata ludibriis (SIDON. epist. 5, 12, 1). p. 573, 30. ZENO 1, 9, 5 *avaritiam* excolunt divites -a (potentia *l. v.*). IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 6, 15 p. 1533 p. med. -a sanctionum *legis divinae* (*syn.* immoderatio, iniquitas). SVLP. SEV. chron. 2, 14, 2 MACR. Sat. 2, 7, 5. LEO M. epist. 50 Conc.S II 4 p. 21, 18 qui totum solus -ae (potentiae *l. v.*) suae vindicavit. 51 *ibid.* p. 26, 2 (potentiam, impatientiam, inpudentiam *ll. vv.*). *al.* EPIST. pontif. 385 Conc.S I 2 p. 99, 25. -a (-ae) est: *p. 672, 47. 67. 77.*

impoto, impotus *v.* imput-.

impraecīsum umbilicum retinuit, qui fluxa luxuriae non abscidit GREG. M. moral. 32, 20. *ab* in *et* praecisus.

impraegno, -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* praegnare. *i. q. gravidare*: **1** *proprie*: SCHOL. Pers. 1, 78 Iuppiter ... eam (*Antiopam*) ... -vit (*cf.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 245 [γενομένας ἐγκύους]). MYTHOGR. 2, 85. AVG. c. Iul. op. imperf. 5, 15 p. 1448 in. de feriamentis agricolarum ad -andas feminas adhibendis. PS. AVG. serm. 121, 3 *Mariae* deus per angelum loquebatur, et virgo eam auribus -batur (195, 1. 5. 6 PS. MATTH. euang. 10, 2 angelus ... -vit eam). SCHOL. Ter. p. 153, 20 *Pamphilam* Aeschinus -tam habebat. **2** *in imag. et transl.*: AVG. c. Faust. 15, 5 p. 424, 4 Manichaea congregatio ... meretrix prostituta daemoniis et sacrilegis vanitatibus -ta (*cf.* PS. AVG. hypomn. 5, 6, 11 p. 1654 fin. -ta a diabolo ... haeresis). in psalm. 39, 28 p. 451 fin. (*ad Matth. 24, 19* vae praegnantibus) si vero ... vicinus sit pauper, ... speratur villa: -ta est anima, sperat se posse adipisci (*ibid.* p. 452 in. non speremus res alienas, et -ti tumeamus. *mox* -ari vis, hinc [*sc. ab eis quae sursum sunt*] -are [*imper. pass.*]. *inde pendet* PS. AVG. serm. 75, 2. 3). PS. AVG. serm. ed. Mai 72, 1 temperies maritales pingues auras gravidat et -at (*inde* 1, 1).

impraeiūdicāta non iudicata, non audita, non cognita GLOSS.L IV Plac. I 42. *ab* in *et* praeiudicatus.

Iovis ... subeundos **inpraemeditātā** visione conspectus *Philologia anxia retractabat* MART. CAP. 2, 99. *ab* in *et* praemeditatus.

impraeparātus, -a, -um. *ab* in *et* praeparatus. [*dub. trad.*: APIC. 4, 133 eos (*sc. nucleos.* echinos *ci. Baseggio*) recentes -os (iam praeparatos *Baseggio*) habebis.] *i. q. non praeparatus*: HIER. in Eph. 6, 11 p. 543C is qui praeparavit in fine opera sua ... *non* cum his qui -i sunt condemnabitur (*cf.* CONC.S II 5 p. 72, 42 ne velut -i ... condemnemur).

impraepedītus, -a, -um. *ab* in *et* praepeditus. [*falso trad.*: AMM. 30, 1, 20 confossurus iuvenem, ⟨ne⟩ exilire posset etiam tum -us (praepeditum *vulg.*).]. *i. q. non praepeditus*: AMM. 21, 5, 6 dum ... vacant praesidiis regiones Illyricae, -o cursu tendentes Daciarum ... fines occupemus. 30, 2, 4 ni ... praesidia ... -a reverterint. *adv.* **impraepeditē.** *i. q. sine impedimento*: AMM. 17, 10, 5 eo -e completo. 21, 10, 5 quo -e cuncta disponeret. 22, 12, 7 cum -e liceret *vaticinari*. 26, 6, 11 ut -e (-o *V*) ... pergeret quo tendebat. 27, 10, 2.

[ITALA I Cor. 7, 18 (Tert. monog. 11 p. 781 Oe.) **inpraepūtiātus** (⟨vocatus⟩ *add. edd. inde a Gelen.*) es, ne circumcidaris; circumcisus vocatus es, ne adduxeris (ἐν ἀκροβυστίᾳ, *Vulg.* in praeputio). *leg.* in praeputi⟨o voc⟩atus.]

impraescientia, -ae *f.* *ab* in *et* praescientia, *cf.* impraescius. *v. et Wölfflin, ALL 4, 1887, 404.* *i. q. absentia praescientiae*: TERT. adv. Marc. 2, 7 p. 344, 7 deceptus ex -a futuri. AMBROSIAST. in Eph. 5, 2 p. 394D ut -am suam sibi imputans facti sui paenitentia torqueretur *inimicus* (*cf. l. 64*).

impraescius, -a, -um. *ab* in *et* praescius. *i. q. non praescius*: AMBROSIAST. in Rom. 3, 24 p. 80A permisit ... se diabolo saevienti, sed -o (*cf.* in Eph. 5, 2 p. 394D inimicus -us futurorum contra se [*cf. l. 60*]). PS. AVG. quaest. test. I 46, 3 p. 85, 5 *homo* per id, quod -us est, varius et mutabilis est. 104, 3 p. 228, 22 ne ... velut -us haec pati videretur *Christus*, ... omnia ... praedixit (*opp.* praescius).

quos reos factos **inpraesentēs** (*i. absentes*) legerint PRISCILL. tract. 2, 54 p. 43, 3. *ab* in *et* praesens. *v. Schepss, ALL 3, 1886, 325.*

inpraesente (-ti) *v. s.* in *et s.* praesens.

* **impraesentiārum** *adv.* [*ex* in praesentia rerum *contractum videtur; cf.* depraesentiarum. *J. B. H.*]. *probatur haec originatio coll.* TERT. scorp. 1 p. 146, 10 ⟨in⟩ praesentia rerum (-m *Gelenius*). SCHOL. Cic. Bob. p. 119, 18 St. in praesentiarum rerum (*aut* rum *aut* rerum *del. edd.*). HIER. epist. 3, 4, 3 in praesentiam rei. VIRG. gramm. suppl. 200, 16 -m adverbium temporale est, ut praesentim. GLOSS.L IV Plac. I 25 -m pro in praesenti. *legitur singulis locis apud* CATONEM, FANN., RHET Her., NEP., TAC., FRONTONEM, *saepius inde ab* APVL. (*14ies, sed non in* met.), VLP. (*5ies*); *frequentant* HIER. (*plus quam 30ies*), SIDON. (*7ies*), CLAVD. MAM. (*7ies*). [*falso trad.*: CIC. inv. 1, 49. *ex coni. dub.*: CAPITOL. Alb. 2, 5.]

i. q. in praesentia: *de tempore* (*nota pleonasmum p. 674, 9*): CATO agr. 144, 4 ne quis concedat, quo olea ... faciunda carius locetur, extra quam si quem socium -m dixerit. FANN. hist. 1 multa quae -m bona videntur, post ⟨mala⟩ inventa. RHET. Her. 2, 11, 16 -m hoc intercedere non alienum fuit. NEP. Hann. 6, 2 cupivit -m bellum componere, quo valentior postea congrederetur. TAC. ann. 4, 59 quid -m conduceret. AVR. Fronto p. 71, 6 N. ego -m sic me habeo, ut *eqs.* VLP. dig. 11, 1, 11, 8. 43, 5, 1, 1 si non potest -m exhibere. 43, 8, 2, 31 (*syn.* statim, *opp.* in futurum). 43, 24, 1, 9 (*opp.* postea). APVL. apol. 48. 53. 65 de nomine ut -m satis dixi. 91 (*opp.* in posterum). flor. 9 p. 40 (*opp.* in futurum). 16 p. 70 nunc -m (*ibid.* p. 72. 18 p. 85 cum alias tum etiam n. -m. *cf.* HIER. in Os. 1, 6 sq. p. 859B n. et -m [in Mich. 2, 8 sq. p. 1223C]. *cf. infra l. 27*). *ibid.* p. 72. 17 p. 82. Socr. prol. p. 105. 11 p. 145 hic sit -m *ille versus.* 14 p. 150. 19 p. 163 (*opp.* postea). MIN. FEL. 5, 1 CYPR. epist. 43, 4 p. 593, 2 SYMM. epist. 1, 94. 3, 48. HIER. epist. 66, 7, 1 (*opp.* de futuro). in Ier. 1, 83, 1 quod verbum usque -m quid significet ignoro (in Am. 1, 1 p. 991C CONC.S I 5 p. 172, 9). 3, 59, 3. in Is. 1, 7 p. 30C -m ... et usque ad finem (*cf.* adv. Iovin. 2, 24 p. 320C). 10, 28 sqq. p. 142D non longo post tempore, sed -m. in Ezech. 13, 43 p. 421B interim -m altare ... altari ... conferamus. adv. Pelag. 1, 39 p. 533C nequaquam de futuro secundum tropologiam, sed -m iuxta historiam prophetantes. sit. et nom. p. 84, 19 (*opp.* usque ad Constantii ... imperium). *al.* VVLG. gen. 50, 20 lev. 8, 34. deut. 5, 3 non cum patribus nostris ..., sed nobiscum, qui -m sumus et vivimus. II par. 18, 4. PS. HIER. epist. 6 pr. p. 75C AVG. mor. eccl. 1, 6, 10. IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 3, 46 vel -m (*opp.* numquam). EVCHER. laud. her. 43 (*opp.* in futurum). GILD. Brit. 92 chron. III p. 77, 3. SIDON. epist. 2, 3, 1. 9, 9, 6 iam -m. *al.* CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 37, 10. 1, 25 p. 88, 3 nunc, quantum -m res postulat. *al.* ENNOD. epist. 2, 19, 3 p. 60, 21. CIL V 962 suppl. Ital. 77 ut et inpraesentiaru⟨m digna eis sit gratia⟩ reddita et in futurum spes si⟨milis doni ita serv⟩ata. *de loco libri sim.*: HIER. in Ier. 5, 36, 2 non ... in prophetis historiae ordo texendus est, cum -m ... priora postea ... dicantur. 6, 41, 1 *Symmachum* et nos -m secuti sumus. Didym. spir. 59 p. 150C. IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 6, 15 p. 1533 in. PS. AVG. serm. ed. Mai 131, 1 CONC.S I 5 p. 173, 25.

-m esse (*aliter l. 12. 23*) *i. q. praesentem esse* (*nota opp. l. 37*): VLP. dig. 27, 8, 1, 15 pupillus si fari potest et -m est. HIER. in Gal. prol. p. 308A quod et illi absenti pergratum fore, et vobis, quae -m estis, utile existimo. in Eph. prol. p. 439C. hom. Orig. in Luc. 6 p. 41, 20 R. in omnem diffusus est orbem et -m nobiscum est *dominus.* adv. Rufin. 3, 10 p. 464D. VVLG. exod. 22, 15 quod si -m fuit dominus.

impraestābilis, (-e). *ab* in *et* praestabilis. *qui nihil praestat* (*cf. Löfstedt, Spr. Tert.s p. 107*): FIRM. math. 8, 29, 10 erunt ... longaevi (implacabiles *add. N* [*cf. D*], *gloss. ut vid.*) et -es. SALV. gub. 4, 53 deum ... inmisericordem et -em (*AB*, imprecabilem *T* [*cf. infra l. 81*]), inhumanum asperum durum. [MART.] 10, 27 lemma (*v. Landgraf, ALL 12, 1902, 462*) de Diodoro -i (*L*, qui praestare nolebat *Q*).

impraestāns, -tis *adi.* *ab* in *et* praestans. GLOSS. II 233, 28 ἀπάροχος. *i. q. impraestabilis*: IREN. 4, 38, 4 ne quis eum (*deum*) putet invidiosum aut -em.

PS. FVLG. RVSP. serm. 53 p. 921C deum ... intrepido mentis obtutu **impraestrictā** acie contemplantem *Ioannem.* *ab* in *et* praestrictus.

impraetermissus, -a, -um. *ab* in *et* praetermissus. *i. q. non praetermissus*: VIRG. gramm. epit. 7 p. 64, 19 praeteritum sumimus ex -o praesenti tempore. *adv.* **impraetermissē:** POSSID. vita Aug. 31 verbum dei ... usque ad extremam aegritudinem -e, alacriter et fortiter ... praedicavit. CONC.S II 2 1 p. 48, 6 -e omnia definiverunt patres (*II 1, 1 p. 89, 3 ἀπαραλείπτως, II 3, 1 p. 65, 3* plene).

[**inpraetātur** *falso trad. pro* interpretatur CHRON. Alex. chron. I p. 112, 206.]

impraevāricābilis, -e. *ab* in *et* *praevaricabilis. *qui non praevaricatur*: ITALA Hebr. 7, 24 (Ambr. fug. saec. 3, 16) -e habet sacerdotium (ἀπαράβατον, *Vulg.* sempiternum). 10, 23 (cod. d; *cf. Rönsch, It. u. Vulg. p. 111*) spei confessionem -em (ἀκλινῆ, *Vulg.* indeclinabilem). IGNAT. ad Eph. 20 oboedientes episcopo ... -i sensu (ἀπερισπάστῳ).

[**inprancāre** *falso trad. pro* impancrare GLOSS. V 650, 58. *cf. p. 516, 61.*]

imprānsus, -a, -um. *ab* in *et* pransus. *qui non prandit*: PLAVT. Amph. 254 illo die -us fui (Stich. 533 sum). 952 (*in versu manco*). Aul. 528 miles -us astat. Poen. 10. Rud. 144 hinc ire -um domum. HOR. sat. 2, 1, 7. 2, 3, 257. epist. 1, 15, 29 -us non qui civem dinosceret hoste *Maenius.* APVL. flor. 6 p. 22 qui nihil habet adferre cur prandeat, -us ad opus foras extruditur.

imprāvo, -ātum, -āre. *ab* in *et* pravus, *cf.* depravare. *p. p. p. i. q. corruptus*: PS. AVG. serm. ed. Mai 90, 3 severus est *deus*, cum -tum (*sc. hominem*) refrenare pietate non potuit. CAES. AREL. (?) Ps. Aug. serm. 56, 1 *deus* vult ... severitate corrigere quos sua patientia viderit -tos (depravatos *dett., edd.*).

?**imprecābilis,** -e. *ab* in *et* precabilis. SALV. gub. 4, 53 *v. l. 45.* -em (*i. inexorabilem*) *def. Pauly.*

imprecātio, -ōnis *f.* *ab* imprecari. SERV. Aen. 2, 515 *preces* Graeci ἀρὰς dicunt; unde contra -o κατάρα dicitur. 4, 607 *v. vol. V 1,*
[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

878, 70. Schol. Hor. sat. 2, 6, 30 iratis (*sc. precibus*): -bus. Gloss. II 345, 53 κατευχή. 583, 31 prex. *inde a* Sen. philos. [*falso trad.*: Sen. benef. 6, 35, 4 (-e *V*, precatione *rell.*).]

1 *in malam partem, i. q. malarum rerum optatio, execratio* (*de carmine magico l. 11. 14. 18*): Sen. epist. 94, 53 nocent qui optant, nocent qui execrantur; nam ... horum -o falsos nobis metus inserit. Plin. nat. 5, 45 Atlantes ... solem ... dira -e contuentur ut exitialem ipsis agrisque (*cf. p. 676, 4*). Tert. adv. Marc. 4, 41 p. 561, 9 'vae' constat -is et comminationis inclamationem intellegendam. Amm. 29, 1, 25 -bus ... nefariis. Serv. auct. Aen. 4, 26 perseveravit in atroci -e. Schol. Hor. epod. 17, 8 quem obligasti -bus. Ambr. in psalm. 118 serm. 21, 15 sine ullo iracundae -is ... incendio deferatur oratio. Hier. in Is. lib. 9 praef. in Ier. 2, 24, 2. 4, 9, 3. vita Hilar. 20 p. 37ᴬ qui daemoniacis quibusdam -bus (praecantationibus *l. v.*) et huius (*sc. aurigae Christiani*) impediret equos et illius concitaret ad cursum. Avg. de serm. dom. 1, 21, 71 -es adversus inimicos (*inde* Ps. Avg. serm. 62, 3). *c. gen. obi.*: Min. Fel. 7, 4 dirarum -es Crassus et meruit et inrisit. Amm. 21, 1, 29 mensulam ... -bus carminum secretorum consecratam.

2 *in bonam partem, i. q. preces, oratio*: Schol. Pers. 2, 19 si audierit tales -es (*2, 17 syn.* precibus). Hier. epist. 130, 2, 3 ad -em pontificis. in Is. 58, 10 p. 569ᶜ *ordinatio clericorum* non solum ad -em vocis sed ad impositionem impletur manus. 62, 6 sq. p. 607ᴬ *iudex* mentis ferociam assidua -e (interpellatione *l. v.*) deposuit (*seq.* petentibus). c. Lucif. 9 p. 165ᴬ episcopi. adv. Pelag. 2, 21 p. 558ᴬ. Vvlg. III reg. 8, 38 (*iuxta* devotatio).

***imprecor,** -ātus sum, -ārī. *ab* in *et* precari. -praec-: *l. 30.* ?impreco (*v. Neue-Wagener III³ 81*): Pavl. Fest. p. 114 indigitanto -anto (*de ambiguitate huius formae v. Hofmann, De verb. depon. p. 18 sqq.*). *cf. l. 37. falso* CE 1324, 2 ⟨imp⟩raeco illae (*i. -or illi*) ereptaeq(ue) animae, ⟨sit⟩ quoq(ue) terra levis. *inter deponentia enumeratur* Char. gramm. p. 465, 9 B. p. 479, 18. Not. Tir. 66, 86 -atur. Caper gramm. VII 99, 19 precor prospera, -or taetra (*cf. l. 44. ceteros locos quae ad diff. pertinent v. s.* deprecor *vol. V 1, 598, 51. 55*). Prisc. gramm. III 322, 11 κατεύχεσθαι τοῦτον. nostri '-or' et 'execror illum' et 'illi' (Gloss.ᴸ II Philox. IN 397). Gloss.ᴸ V Abba IM 53 -or intente precor. I Ansil. IN 1303 -are (*pro* -ari?) exoptare. II Philox. IN 398 καταρῶμαι. *legitur inde a* Verg., Sen. contr. [*ex coni.*: Tert. adv. Marc. 3, 18 p. 407, 5 Iacob in (*cf. infra l. 59*) Simeonem ... spiritaliter -atur (interpretatur *codd.*). *dub.*: CIL IX 5813.]

1 *i. q. optare*: **a** *alqd.* (*alqm. l. 58; c. duob. acc.: l. 44. 58. 69; gerund. infra l. 65; acced. plerumque dat.* [in: *infra l. 59*]): **α** *mala* (*cf. l. 33*): Verg. Aen. 4, 629 litora litoribus contraria, fluctibus undas -or, arma armis. Sen. contr. 7, 1 (16), 5 infelicia sibi -tus est maria (Heges. 3, 13 p. 207, 3 U. saeva -antes s. invicem [*Ios. bell. 3, 297* καταρώμενοι]. Hier. in Ier. 4, 32, 2 mortem. *v. et l. 49*). Sen. benef. 6, 27, 1 sollicitudinem illi. 6, 35, 5. dial. 4, 36, 5 mortem liberis, egestatem sibi, ruinam domui -antur (Svet. Cal. 28. *v. et l. 47*). 5, 22, 3 omnia mala ... regi. Plin. nat. 8, 21 diras ... Pompeio (Tac. ann. 6, 24 funesta Tiberio, mox ... d. Spart. Did. 4, 3 Avson. 461, 3 p. 401 P. *cf.* Apvl. met. 7, 14 Fotidi diras devotiones. Schol. Hor. sat. 2, 7, 36 -ti tibi ea verba quae non debes audire. *v. C. F. W. Müller, Nom. u. Acc. p. 17*). Mart. 7, 24, 7 hoc tibi pro ... talibus -or ausis, ut facias illud quod, puto, lingua facis. 8, 61, 8 quid -bor ... liventi? (Ps. Qvint. decl. 5, 7. 11, 4 Avson. 418, 53 p. 287 P. *et al.*). Tac. hist. 1, 84 (*syn.* optabunt). Svet. Aug. 65, 3 populo ... tales filias talesque coniuges. Tert. test. anim. 4 p. 139, 7 terram gravem *mortuo.* Porph. Hor. epod. 5, 53. Dict. 5, 16 infesta omina in exercitum (*cf. l. 39*). Vvlg. lev. 16, 21 quae *peccata* -ans capiti eius *hirci* emittet illum. Avg. c. Faust. 22, 79 p. 681, 19 (*syn.* optantis). Cassiod. in psalm. 128 div. *et al.* *non indicatur cui*: Gran. Lic. p. 20, 5 multa -tus gladio se traiecit (Dict. 3, 23 m. infausta detestandaque). Tert. ieiun. 6 p. 281, 10 Helias ... famem fuerat -tus. Amm. 17, 10, 9 -tus ..., si perfidum quicquam egisset, luenda sibi cruore supplicia. Heges. 5, 22, 1 p. 353, 7 U. Hier. in Ier. 4, 28, 6.

β *prospera*: Apvl. met. 9, 25 solito sermone salutem ei (*sternutanti*) fuerat -tus. Tert. idol. 22 p. 55, 26 *si* ille mihi deos suos ... propitios -etur. Ambr. trin. 31 conplens illud, quod eis ipse dominus -tus fuerat. Hier. in Is. lib. 14 praef. sanato *mihi* ... -are (*imper.*) gratiam Christi. in Matth. 10, 12 sq. pacem ... hospiti (Alc. Avit. carm. 4, 228). Vvlg. gen. 24, 60 prospera sorori. Pavl. Med. bened. 10, 11 filio suo adiutorium dei. *et al.*

pro acc. seq. ut (*cf. l. 55. p. 676, 9. sim. c. coni. nudo l. 31*): Sen. epist. 110, 2 nulli te posse -ari quicquam gravius, quam si -tus fueris, ut se habeat iratum. Hyg. fab. 165, 2 p. 19, 5 Pavl. Nol. epist. 8, 3 v. 57.

b *absol.* (*acced. dat. l. 79 sqq. p. 676, 2. 4.* adversum *l. 84. in malam partem praeter l. 79. p. 676, 1. part. praes. masc. pro subst. p. 676, 3*): Petron. 78, 2 ut totus mihi populus bene -etur ([Avg. c. Parm. 2, 8, 16 p. 62, 25]. Tert. carn. 12 p. 448 Oe. et bene et male defuncto cuique -atur *anima. cf.* Qverol. p. 44, 7 male -amur multis). Vlp. dig. 50, 13, 1, 3 si incantavit, si -tus est, si ... exorcizavit: non sunt ista medicinae genera. Amm. 14, 11, 16 temeritati suae ... flebiliter -tus. Hier. in Ier. 3, 79 -atur adversum eos propheta, qui *eqs.* Vvlg. Ios. 6, 25 -tus est Iosue dicens: maledictus vir *eqs.* II par. 23, 11 -tique sunt ei atque dixerunt: vivat rex. Rvfin. hist. 6, 9, 7. Avg. de serm. dom. 1, 21, 72 solent figura -antis futura praedicare *prophetae.* Mart. Cap. 6, 673 Atlantes ... soli -antur, quod eos ... semper amburat (*cf. p. 675, 7*). Sacr. Leon. p. 354 (*opp.* salutaria postulare).

2 *i. q. invocare, implorare, adorare sim. alqm.* (*c. duobus acc.: l. 12. seq.* ut: *l. 9*): Apvl. met. 2, 28 incrementa solis augusti tacitus -tus. Sol. 1, 11 deum (Hyg. fab. 31, 2 p. 65, 8). Hil. trin. 2, 12 quem -er? quem implorem? Hier. virg. Mar. 2 deus est -andus, ut matrem filii sui virginem ostendat fuisse (in Ier. 2, 110, 3. *cf. p. 675, 74*). Avg. civ. 10, 11 p. 420, 2 D. cur ... non exaudiant -antem *daemones.* Alc. Avit. epist. 51 p. 80, 23 nihil falso ... me loqui ... -or testem deum. *deriv.*: imprecatio.

?**inpremia** σκιογραφία Gloss.ᴸ II Philox. IN 399. *ab* imprimere?

inprēnsibilem *ex coni. probab. legitur* Gell. 11, 5, 4 (*v. p. 552, 61*). *ab* in *et* *prensibilis *sec. gr.* ἀκατάληπτος. *Rehm.*

***impressio,** -ōnis *f.* *ab* imprimere. *scrib.* -ae-: Fronto p. 84, 25 N. *al.* *plur. inde a* Cic. (*v. l. 53. 55*). *inde a* Calp. hist. (? *v. l. 65*), Varrone, Cic.; *non habent poetae exc.* Avien. *et* Prvd. [*falso trad.*: Mart. Cap. 5, 525 -o (*codd.*, irrisio *Ruhnken*).]

1 *de actione imponendi, infigendi sim.* (*cf. gr.* ἐντύπωσις): **a** *corporaliter*: Cic. ac. 1, 19 claritatem in voce, in lingua etiam explanatam vocum -em (expr- *codd. dett.*; *cf.* Hier. in Is. 11, 1 sq. p. 144ᶜ *sonus litterae 'sade'* linguae -e profertur. Isid. orig. 1, 4, 3 labiorum). Diom. gramm. I 478, 23 ex hac manuum -e emersisse Curetas (*cf.* Avien. Arat. 192 plantae. Cael. Avr. chron. 1, 1, 38 pollicis. 3, 8, 104 digitorum. *v. et l. 39*). Apvl. Plat. 1, 6 gignentium ... ad instar cerae ... figurationes ex illa exemplorum -e signari (*cf.* 1, 7 formarum [Chalc. comm. 222. 284]. Chalc. comm. 327 simulacrorum). Chalc. transl. 50ᴱ materiis mollibus -ique cedentibus. Serv. auct. Aen. 8, 138 -e et nisu corporum invenere luctamina. Ambr. paenit. 1, 11, 52 per -em tormentorum (*nisi est ad l. 83 ref.*; *cf.* Prvd. perist. 10, 760 lamminarum). Hier. epist. 18ᴬ, 1, 3 tau litterae -e signari frontem (*cf. l. 51*). 108, 21, 4 dolorem crucis ... -e lenire (Cassiod. in psalm. 89, 17 [*trop.*]). Cael. Avr. acut. 2, 6, 26 titillatu vel -e ac punctionibus. Rvric. epist. 1, 4 p. 357, 10 vomeris. *meton. de effectu actionis fere i. q. cavum, effigies, signum sim.*: Arnob. nat. 7, 32 p. 266, 10 pulvinorum tollitur atque excitatur -o. 7, 49 p. 283, 15 ferri manu hominis sine ulla -e qui posset *lapis.* Hil. trin. 8, 44 quia in signaculis et materies sit ... et -o (*cf.* Filastr. 21, 2 incisiones et -es ... sculpentes Iudaei. 21, 4 -es sive sculptiones. Avg. doctr. christ. 2, 25, 39 in ponderibus atque mensuris et nummorum -bus vel aestimationibus. in psalm. 4, 8 Caesar a vobis exigit -em imaginis suae [*i. nummum*]. Mart. Cap. 2, 110 adamantini cacuminis [*i. anuli?*] -e. Avell. p. 758, 19 lapides ... scalptos -e signaculi nominum [*cf. LXX exod. 36, 13* ἐκκόλαμμα, *Itala Lugd.* sculptura]. Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 4 [χαρακτῆρα]). Clavd. Don. Aen. 11, 770 p. 528, 16 viarum ... -e distincta *squama.* Avg. soliloq. 2, 6, 11 -bus anuli (*de signis cerae impressis ut etiam* Cod. Theod. 6, 22, 1 superna codicillorum -o vel scriptura ... interior. Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 59ᴬ schedas ... sigilli ... signabit -o). *nota de oratione rhythmica fere i. q. percussio*: Cic. de orat. 3, 185 quod habet quasdam -es et quod metiri possumus intervallis aequalibus.

b *non corporaliter*: Cic. ac. 2, 58 cum visa in animos imprimantur ..., inter ipsas -es nihil interesse, sed inter species *visorum* (*cf.* Avg. catech. rud. 2, 3 ne ipsi quidem -i memoriae similis est *sonus oris*). Tert. monog. 12 p. 782, 3 Oe. edictum ... futurum universis -i (*Oehler*, -e *codd.*). Avg. epist. 7, 3 quibus *sensibus* ... fit ... falsitatis inlatio sive, ut expressius dicatur, -o. Victric. 20 (*trop.*) id nos reliquiarum nomine ... velut vividi sermonis -e signamus. *nota c. gen. gerund.*: Ambr. in psalm. 118 serm. 12, 7, 1 inferendae humilitatis -o.

2 *de actione incumbendi, instandi, urgendi*: **a** *de animantibus*: **α** *strictiore sensu notione actionis corporeae vigente*: *i. q. incursio, impetus*: Varro ling. 5, 149 (= Calp. hist. 6) cum Romulus ... ex superiore parte -em fecisset (rust. 2, 4, 1 in castra. Hirt. Gall. 8, 6, 2 in fines Suessionum. Bell. Afr. 78, 3 in hostium equitatum [*syn.* impetum]. 78, 8 Liv. 2, 30, 13 *al.* Epit. Alex. 12. 45 Ivst. 1, 6, 15 Dares 26. 28 *al.* Veg. mil. 3, 15. *cf.* Synon. Cic. Char. gramm. p. 428, 3 B. impetum faciunt ... -em faciunt). Liv. 3, 70, 7 -e una totum exercitum fudere (*cf.* 25, 37, 13 valida -e pulsi *Poeni*). 4, 28, 6 dant -em. 8, 9, 3 non ferentes -em Latinorum. Gell. 15, 18, 2. Sol. 27, 49 barbaricae -is. Paneg. 4, 23, 4 -is tenorem. Don. Ter. Ad. 302 Heges. 5, 18, 2 p. 336, 4 U. 5, 34, 2 p. 375, 12 Oros. hist. 4, 2, 4. Sidon. epist. 7, 1, 1 regni *Gothorum.* Greg. M. in Ezech. 2, 6, 22. *adde*: Cassian. conl. 7, 21, 2 non pugna dicenda est ..., sed ... oppugnationis -o. *de avibus*: Clavd. Don. Aen. 12, 255 p. 585, 1 superatus *ales Iovis* ... -e persequentium *avium* (*Verg. l. c.* vi victus). *per imag.*: Novell. Valent. 34, 1 quod Fortunae -o sustulit. *fere i. q. tribulatio* (*cf. supra l. 32*): Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 7, 1 -es patimur corporales. *sensu non hostili de turba*: Fronto p. 84, 25 N. turbae et -i me committere. **β** *latiore sensu notione actionis corporeae minus vigente vel evanida fere i. q. vis, insectatio sim.*: Cic. Flacc. 85 non igitur -o, non vis, non

[*O. Prinz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

occasio . . . ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt (epist. 5, 2, 8 non iudicio neque disceptatione, sed vi atque -e. CHRON. Gall. chron. I p. 629, 24). SYMM. epist. 1, 77 per -em . . . munus imponi (CONC. Mansi 3, 459D [*cf. Theodoret. hist. eccl. 2, 22, 9* κατὰ συσκευήν]. COD. Iust. 2, 19, 11 *a. 326*). 5, 63, 2 invalidos . . . vincit -o. 6, 72 praedium nostrum frequens pulsat -o. 9, 138. AMBR. paenit. 1, 4, 15 adversus -em persecutionis. epist. 40, 29 -e gravi vastari . . . ecclesias. 63, 65 non valuit praescriptio, praevaluit -o. off. 2, 29, 149 suscepta -o potentis . . . cohibeatur (COD. Theod. 12, 1, 173 pr. = Iust. 10, 22, 1. *cf.* NOVELL. Valent. 32 pr. potestatis iussu et -e). CASSIAN. conl. 9, 6, 1 daemonis. **b** *de rebus*: SEN. nat. 6, 20, 6 potest terram movere -o spiritus. FAV. EVL. p. 10, 28 color . . . lucis iactibus -busque tribuitur. CHIRON 243 de -e sanguinis (*cf. Veg. mulom. 1, 54* ex cursu nimio). CASSIAN. conl. 10, 10, 8 me gravissima somni cogit -o. ENNOD. opusc. 9, 3 p. 416, 17 aquarum. *de pressione affectuum*: PAVL. sent. 5, 1, 4 metu vel -e alicuius terroris. AMBR. Iac. 1, 1, 4 -es refrenare . . . passionum.

impresso, -āre. *ab* imprimere. *i. q. (vi) ingerere*: CORIPP. Ioh. 6, 372 faucibus . . . -ant flores. *i. q. imprimendo deformare*: CORIPP. Ioh. 7, 347 ipsas -at harenas belliger ore.

? **impressum,** -ī *n. v. s.* imprimo *p. 684, 2.*

1. impressus, -a, -um *v. s.* imprimo *p. 684, 3.*

2. impressus, *abl.* -ū *m. ab* imprimere. *de actione incumbendi*: PRVD. psych. 273 sub pectoris -u (-ae- *AB*) fracta inter crura rotatur *eques*. *de actione infigendi*: SIDON. epist. 7, 17, 2 stili scalpentis -u.

impretiābilis, -e. *ab* in *et* pretium. *qui pretio pendi non potest*: CASSIOD. var. 4, 1, 3 nos . . . -is quidem rei (*i. filiae sponsatae*), sed more gentium suscepisse pretia destinata. 9, 6, 6 -i munere sanitatis. 11, 1, 7 -is notitia litterarum. *cf.* inappretiabilis.

imprimēdo, -inis *f. ab* imprimere (*sec.* gravedo). *fere i. q. compressio*: CAEL. AVR. acut. exc. 6 p. 690 initio eius (*sc. capitis doloris*) saepe -o gravedoque est.

ᴹ**imprīmīs** *adv.* [*coaluit ex* in primis (*v. s.* in), *cf.* cumprimis. *J. B. H.*] *scrib.* inp-: S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 2. 23 INTERLOC. praef. vig. (CIL VI 266) 7 CIL XIV 374 INSCR. christ. Diehl 3631 A (*a. 212*). imp-: INSCR. RA V 34 (1931) p. 342 n. 38, 30 (*a. 144*). NOT. Tir. 32, 5. *de notione*: GELL. 17, 2, 14 (*v. vol. IV 1380, 29*). GLOSS.ᴸ IV Ps. Plac. C 55 cumprimis. GLOSS. II 300, 2 ἐν πρώτοις: adprime, -s, principio. II 396, 35 παρὰ τὰς ἀρχάς. *inde a* LVCIL., AFRAN. (*? v. l. 46*), RHET. Her., CIC., VARRONE (rust.) *plerumque in oratione pedestri. deest multis (praeter priscos, qui praeferunt* cumprimis, apprime), *e. g. e poetis* CATVLLO, TIB., OV., LVCAN., VAL. FL., STAT., *e scriptoribus* BELL. Afr. *et* Hisp., SEN. rhet., VELL.; *recentiore aetate usus q. e. s. II videtur praeponderasse. cf. Wölfflin, Ausg. Schr. 146.* [*interpr. dub.*: AFRAN. com. 194 -s *codd.*, inprudentius *Ribb.*]

i. q. praecipue, maxime, potissimum sim.; nonnumquam notione acuendi evanida **i. q.** *primum (v. p. 680, 41), primo (v. p. 680, 52)*: **I** *generatim*: **A** *acuuntur subst. et pronom. (pers.: l. 64. p. 678, 3. 50. demonstr.: l. 68. 80. 83. p. 678, 8. 11. 35. cf. p 679, 36. 39. 50 al. relat.: l. 53. possess.: l. 75. p. 678, 6. 25. 38. 45. 52)*: **1** *in universum*: LVCIL. 628 ut ego effugiam, quod te -s cupere apisci intellego (CIC. epist. 1, 9, 2 QVINT. inst. 3, 11, 23. *cf.* CIC. rep. 1, 18 quem -s diligebat. SALL. Catil. 15, 3 quae . . . res . . . -s. PLIN. nat. 19, 93. *et al.*). VARRO rust. 1, 13, 2 -s culina videnda ut sit admota (*ante subst. ut* CIC. de orat. 2, 229 quod quidem -s a Crasso observari solet. div. 2, 9 *al.* LVCR. 3, 296. 5, 59 CAES. Gall. 7, 4, 9 SALL. [?] rep. 2, 7, 10. VERG. Aen. 1, 303 [SERV.: praecipue. CLAVD. DON.: primo]. VAL. MAX. 7, 3, 2. 8, 14, 4 CELS. 6, 7, 7ᴬ SEN. epist. 51, 6 PLIN. nat. 7, 180 *al.* QVINT. inst. 1, 10, 27. *et al.*). RHET. Her. 4, 1, 2 pudor -s est . . . impedimento (*post subst. ut* CIC. rep. 1, 12 PROP. 4, 8, 79 LIV. 2, 4, 7. 9, 3, 8 SEN. Med. 617 PLIN. nat. 18, 6 *al.* QVINT. inst. 5, 13, 42. *et al.*). CIC. Marcell. 27 tu -s summa tranquillitate . . . perfruare *re publica* (*cf.* Att. 1, 5, 1 -s . . . tu. 5, 1, 3 -s nobis sermo . . . de te fuit. epist. 5, 13, 4 te -s auctore. epist. 13, 1, 2 cum te quoque et tuos omnes observabat, me coluit -s. *al.* SEN. apoc. 12, 3 vs. vosque -s). Lig. 26 -s eam virtutem solere laudari (*cf.* LVCR. 6, 1237 idque vel -s. SALL. Catil. 23, 5 ea res -s. COLVM. 7, 12, 1 vel -s hoc animal. FRONTIN. aq. 114 -s ergo hoc quoque). de orat. 2, 253 -s acuta atque in verbo posita (*efferuntur plura subst. ut* LVCR. 2, 447. 4, 855 COLVM. 1, 1, 9 PLIN. nat. 18, 273. *et al.*). part. 41 -sque commovet explicatio vocabuli (div. 2, 3 epist. 12, 21. *cf.* COLVM. 1, 3, 7 et -s. CELS. 6, 6, 16ᴬ atque -s). epist. 2, 11, 2 sedulo fit et -s a Patisco. CIC. fil. Cic. epist. 16, 25 cum -s tuas desiderem litteras. QVINT. inst. 5, 7, 31 sed -s interrogatio . . . debet esse circumspecta. *seq.* praecipue (*cf. p. 679, 84*): QVINT. inst. 2, 4, 8 -s evitandus et in pueris praecipue magister aridus. NOVELL. Theod. 24, 1. *opp.* quoque (*cf. l. 67*): PLIN. epist. 1, 15, 2 hanc quoque (*sc. nivem*) computabis, immo hanc -s. *pleonasm.* (*cf. p. 680, 24*): VITR. 5, 2, 1 maxime quidem curia -s est facienda ad dignitatem municipii.

2 *speciatim*: **a** *effertur pars e multitudine*: CIC. Verr. II 3, 67 omnes Siculi . . . et -s haec civitas (Sull. 12 VAL. MAX. 4, 7 ext. 1 SEN. benef. 4, 24, 1 TERT. resurr. 4 p. 30, 22. *cf.* CIC. Phil. 7, 7 cuique pax . . ., quamquam omnibus bonis, tamen -s fuit optabilis. de orat. 2, 168 certe -s. top. 66 in omnibus . . . iudiciis . . . -sque in arbitrio rei uxoriae [epist. 4, 3, 4. 13, 30, 1. *cf.* nat. deor. 1, 62 mihique ipsi -s. QVINT. inst. 4 prooem. 5]. Att. 5, 9, 2 per omnes nostros, -s per Hortensium [*asynd. ut* 6, 4, 2 *al.* SEN. nat. 6, 32, 4 in exitium omnium, -s suum. QVINT. inst. 6, 3, 46 TAC. ann. 13, 14 PLIN. paneg. 76, 4]. PALLAD. 1, 6, 1 ut has . . . ex [*cf. l. 32*] omni opere rustico -s debeas tenere sententias. *v. et l. 20. p. 679, 30. 41. 54*). Flacc. 67 -s hoc ut multa alia sapienter *fecit* (*cf.* rep. 2, 43 multa . . . -sque libertas [fin. 1, 6. epist. 13, 9, 2 permulti. PLIN. nat. 17, 123. 21, 100]. Cato 64 multa . . ., sed hoc . . . -s. CAEL. Cic. epist. 8, 11, 4 multa transi, -s ludorum explosiones [*asynd. ut* LVCR. 2, 681 LIV. 2, 9, 6. 2, 34, 8 multi venisse tempus . . . putabant . . ., -s Marcius Coriolanus . . . inquit *eqs.* SEN. dial. 7, 10, 2. PLIN. nat. 3, 112 plurima. QVINT. inst. 1, 8, 8. *et al.*]. SALL. Iug. 35, 6 multis . . . et -s Albino [VAL. MAX. 3, 3 ext. 4. FRONTIN. aq. 87 plures]. AVR. VICT. Caes. 11, 4 atque -s. *v. et l. 18. p. 679, 45. 59. 70. 680, 9. 32*). or. frg. A VII 10 in quo (*Manilio*) cum multa reprehensa sint, tum -s celeritas actionis (Brut. 298 libri c. aliorum t. -s Catonis. nat. deor. 2, 107 epist. 1, 7, 11. 13, 9, 2. PLIN. paneg. 47, 3 c. omnia tua, t. vel -s . . . facilitas). Att. 5, 14, 3 quae tibi mandavi, confeceris -sque illud ἐνδόμυχον (*cf.* FRONTIN. aq. 89 quae *aquae* capiuntur ex fontibus, -s Marcia *eqs.*). 15, 7 *epistulae* me delectarunt, -s Sexti nostri (*cf.* VERG. georg. 2, 291 defigitur arbos, aesculus -s. LIV. 3, 35, 9 decemviros creat, se -s. SEN. dial. 7, 18, 1 vitiis . . ., -s meis. PLIN. epist. 2, 17, 28 copias . . ., lac -s. 8, 4, 3 fera nomina, -s regis ipsius. *al.* SVET. Aug. 82, 2. TERT. praescr. 44, 1 reddentes rationem, -s ipsius fidei. INSCR. christ. Diehl 3631 A [*a. 212*]). epist. 12, 23, 2 *acta urbana* -sque . . . Octaviani conatum (13, 23, 1 tota . . . domus . . . -sque libertus. ad Q. fr. 3, 4, 6 minantur tamen -sque . . . Scaevola. 3, 7, 7. PLIN. nat. 25, 89). LVCR. 4, 147 et hoc alias cum pervenit in res, transit, ut -s vestem (*cf.* 4, 151 ut -s speculum est). SALL. Iug. 4, 1 ex (*cf. l. 7*) aliis negotiis . . . -s magno usui est memoria rerum gestarum (SEN. nat. 6, 8, 3 ut aliarum virtutum, ita veritatis -s. *cf.* PLIN. nat. 25, 10. PLIN. epist. 3, 21, 3 ut alia . . ., ita hoc -s. *cf.* PLIN. nat. 11, 112 aliter nascuntur atque -s e rore. *v. et l. 9. 19. p. 680, 7. 9*). VAL. MAX. 9, 12 ext. 1 externae mortes . . . qualis -s Comae. SEN. dial. 2, 17, 3 inimicorum . . . et -s Ciceronis (epist. 8, 2 a rebus et -s a meis rebus. 108, 33. PETRON. 26, 4 SVET. Iul. 60 TERT. adv. Marc. 5, 11 p. 613, 22). nat. 6, 9, 1 quidam . . ., -s Anaxagoras (PLIN. nat. 17, 95 et -s. *cf. p. 679, 75*). CVRT. 8, 5, 12 ceteros et -s sapientia praeditos (TERT. idol. 11 p. 41, 9). PLIN. nat. 21, 4 tabellae atque -s appellata stephaneplocos. *et al.* **b** *in fine enumerationis (v. et l. 60. p. 679, 64. versa vice p. 680, 13)*: CIC. rep. 1, 23 et ipse . . . et -s patri meo (LENT. Cic. epist. 12, 14, 8 et tua et ipsius et -s mea causa. FRONTO p. 18, 16 N.). fin. 5, 2 Scipionem, Catonem, Laelium, nostrum vero -s avum (PLIN. nat. 34, 63 et . . . et . . ., -s vero). ac. 2, 113 hoc . . . vos negatis, Antiochus -s (*cf.* SIL. 8, 544 Surrentum et . . . Abella, -s Capua. PLIN. epist. 1, 20, 4. 3, 3, 3). Tusc. 5, 80 iustitiam, temperantiam -sque fortitudinem, magnitudinem animi *eqs.* (part. 53. epist. 2, 8, 2 quivis nostrum -sque ego. 13, 11, 3. VERG. catal. 8, 5 PLIN. nat. 17, 67 SVET. Dom. 2, 2). epist. 2, 11, 1 meorum atque -s tui (TAC. hist. 1, 11, 3). LIV. 3, 69, 4 maiestatis patrum concordiaeque ordinum et temporum -s (PLIN. nat. 18, 95 SVET. Cal. 26. TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 435, 25 et utique -s).

B *acuuntur adiect.* (*cf. l. 22*): **1** *attrib.*: CIC. Verr. II 2, 35 homo -s domi suae nobilis. 2, 69 eques Romanus -s splendidus atque honestus (*cf.* Cluent. 11 adulescenti -s . . . inter suos [*cf. l. 73*] et honesto et nobili. Balb. 48. off. 1, 108 -sque versutum et callidum factum Solonis. epist. 13, 14, 1 *al. cf. l. 68*). 3, 63 adulescens . . . fortis et -s disertus (*effertur unum e pluribus adi. ut* de orat. 3, 4 leg. 3, 14 Att. 15, 13, 3 *al.* APVL. met. 4, 6. *cf.* CIC. de orat. 2, 299 atque -s [epist. 5, 12, 7]. off. 2, 59 -sque [NEP. Att. 1, 2]). 3, 67 -s honesta Siciliae civitas (*ante adi. ut* Cluent. 50 Phil. 3, 16. orat. 172 -s . . . politus. Tusc. 1, 116. div. 2, 150 -s acuti [*opp.* contemptissimi]. *al.* CAES. Gall. 5, 54, 2 NEP. Att. 13, 6 SEN. dial. 9, 14, 4. PLIN. nat. 16, 70 -s vero materies honorata. *al.* SIL. 11, 432. MART. 6, 1, 2 -s mihi care Martialis. QVINT. inst. 6, 3, 57 dicax. PLIN. epist. 6, 15, 1. *et al.*). Pis. 54 virum fortem -s (*post adi. ut* rep. 1, 3. Cato 39 magni -s et praeclari viri. *al.* CVRT. 9, 8, 23 TAC. Agr. 9, 1 ann. 4, 34. *cf.* CIC. off. 3, 112 magnus vir -s [3, 113 PLIN. nat. 7, 193 QVINT. inst. 12, 3, 8]). *c. superl.* (*cf. p. 679, 4*): PLIN. nat. 22, 119 -s sapientissima animalium. **2** *praedic.*: CIC. inv. 2, 107 iam a maioribus -s amicum esse (*ante adi. ut* Q. Rosc. 9. Verr. II 1, 65 erat -s inter suos [*cf. l. 57*] copiosus. Brut. 173 erat etiam -s . . . institutus. fin. 4, 50 illud . . . minime consectarium, sed -s hebes *est*. Tusc. 3, 12 vel -s. *al.* LIV. 25, 9, 4. QVINT. inst. 1, 8, 2. 6, 3, 39 narrare . . . -s est subtile et oratorium. 6, 4, 19 est -s acuti videre *eqs.* 10, 7, 21 quod est -s frivolum ac scaenicum. POMPON. dig. 1, 2, 2, 36 TERT. fug. 1 p. 462, 11 Oe. *cf. l. 84*). de orat. 1, 184 -s flagitiosum putandum est (*cf.* Brut. 77. 81. 82. SALL. Catil. 4, 4 id facinus -s ego memorabile existumo. 51, 41 PLIN. nat. 3, 8. 32, 23 PLIN. epist. 1, 22, 10). top. 40 quod genus argumenti -s firmum videri solet (epist. 7, 20, 2. SALL. Catil. 3, 2 -s arduum videtur res gestas scribere. PLIN. epist. 5, 8, 1). *al.* COLVM. 3, 3, 8 pretiosum vinitorem -s esse censeo (*post adi. ut*

[*O. Prinz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

QVINT. inst. 1, 3, 2 probus quoque -s erit ille vere ingeniosus. 10, 1, 77 dulcis -s et acutus *est* Hyperides. PLIN. epist. 1, 10, 5 sermo est ... varius, dulcis -s. *cf. p. 678, 73*). FRONTIN. aq. 91 cum editissimus veniat *Anio* et -s abundans. *c. superl.* (*cf. p. 678, 71*): SALL. Iug. 7, 5 quod difficillimum -s est.

C *acuuntur adverb.* (*litot. l. 8*): CIC. Brut. 135 Latine vero -s est eleganter locutus *Scaurus*. Tusc. 4, 53 hominis -s bene definientis (NEP. Att. 13, 1 neque tamen non -s b. habitavit). TERT. nat. 2, 6 p. 105, 11 divinitatem non modo non serviliter currere, sed -s integre stare. castit. 12 p. 755, 4 Oe. satis consulte et -s fideliter.

1 *generatim*: **a** *c. verbis* (figere *sim. v. p. 741, 22*): CAECIL. com. 76 filius in me incedit sat hilara schema. CIC. Verr. II 4, 118 *insula* in utriusque portus ostium aditumque proiecta est (*al.*). Tusc. 5, 62 nec manum porrigebat in mensam *Damocles* (OV. met. 4, 527 *al.* LIV. 7, 6, 4. *et al.*). ad Q. fr. 3, 1, 14 id nunc honeste vergit in tectum inferioris porticus (LVCR. 2, 212 LIV. 5, 33, 9 MELA 1, 19 [*syn.* ad]. *et al.*). BELL. Alex. 35, 3 iugum ... pertinens in Armeniam (*al.*). VERG. georg. 3, 273 versae in Zephyrum *equae* (*al.* OV. am. 3, 2, 52 *al.* LIV. 1, 41, 4. *et saepe. cf.* OV. met. 12, 467 faciem ... obversus in agmen [LIV. 6, 7, 3 *al.* SEN. nat. 1, 17, 1. *et al.*]). PROP. 2, 33, 37 cum tua praependent demissae in pocula sertae (*cf.* OV. met. 12, 396 *al.*). OV. am. 2, 11, 39 mare in haec ... proclinet litora Nereus. 3, 6, 67 oculos in humum deiecta modestos (*v. vol. V 1, 396, 42. 47 sqq. 58 al. cf.* LIV. 9, 38, 13 demissis in terram oculis [*al.*]). met. 13, 778 prominet in pontum ... collis (*al.*). fast. 4, 419 vastum procurrit in aequor Trinacris (MELA 3, 23 *al. cf.* 1, 81 exit [*al.*]. LVCAN. 4, 405 excurrit [*al.*]). LIV. 1, 48, 6 flectenti *Tulliae* carpentum ... in Urbium clivum (*al.*). 2, 31, 5 ut ... in adversos montes agmen erigeret (*v. vol. V 2, 782, 57*). 5, 1, 9 aliis *munimentis* frons in Etruriam spectans (*cf. l. 84. p. 746, 2. 8. 9. 16*). 25, 25, 2 viae ... ferenti in agros (*al.*). LVCAN. 2, 434 extendit ... suas in templa Lacinia rupes *Apenninus* (*al.*). PLIN. nat. 4, 45 mons Haemus ... procumbens in Pontum. *et al. nota*: PLIN. nat. 8, 114 nec vident terras *cervi*, sed in odore⟨m⟩ earum natant. STAT. silv. 5, 3, 68 *uxor* turbam ... tenentem vincit in ardentem ... maritum (*i. ad maritum ruitura*). *de oculorum coniectu sim.* (*cf. l. 42*): VARRO rust. 2, 2, 2 in me videre coni⟨e⟩cisse oculos (*al. cf.* CIC. Phil. 11, 10 defigere. VERG. Aen. 12, 656 referunt [*al.*]. SEN. contr. 1, 8, 6 deriguntur [*al.*]. LIV. 7, 34, 8 vertisset [*al.*]. *cf.* CATVLL. 64, 127 unde aciem ⟨in⟩ pelagi ... pertenderet aestus. SIL. 8, 139 in portus ... lumina flexit [*al.*]). LVCR. 2, 1039 suspicere in caeli ... templa. *et al. liberius*: APVL. met. 2, 26 in aures ... attonitus (*cf. p. 747, 56*). TERT. orat. 22 p. 169, 3 nemo miretur in tuam faciem. *de mentis intentione sim.*: CIC. inv. 2, 103 in alteram concessionis partem iam intendemus ([con- *codd.*]. ac. 2, 46 *al.* SALL. Iug. 20, 1. *et al.*). Tusc. 2, 31 in ea intuens (*al.*). LVCR. 1, 36 inhians *Mavors* in te, *Venus*. SEN. benef. 6, 16, 3 si ... in me direxit animum (*al.*). LAVS Pis. 188 haeret in haec populus spectacula. SIL. 2, 294 in moenia nostra Aeneadum arrectae mentes. *et al. de spe confidentia sim.*: PLAVT. Capt. 805 in ventrem sumpsit confidentiam. CIC. Sest. 70 cum ... spem melioris status in eorum fidem convertissent (OV. met. 8, 112 congesta est. LIV. 24, 48, 1 extenderunt. PERS. 2, 36 mittit). *adde* (*c. adi.*): OV. fast. 4, 312 nos in vitium credula turba sumus (*v. vol. IV 1152, 43*). *cf. et p. 801, 40 sqq.*

b *c. adi. et part.* (*cf. p. 746, 4. 11. 36*): VARRO rust. 1, 13, 6 pavimento proclivi in lacum (*al.*). 2, 7, 13 puerum ... pronum in ventrem (LIV. 4, 59, 4 SEN. Ag. 461 LVCAN. 4, 29. *et al.*). CIC. div. 1, 101 *lucus Vestae* a Palatii radice in novam viam devexus est (*v. vol. V 1, 857, 42. 50. 52. 58. cf.* OV. met. 13, 911 convexus in aequora vertex [PLIN. nat. 12, 107 *al.*]). OV. met. 10, 538 celsum in cornua cervum (*vertit gr.* ὑψικέρως). 11, 753 spatiosum in guttura mergum. fast. 5, 119. LIV. 10, 42, 1 praeceps in occasum sol erat (CVRT. 4, 2, 9. *et al. cf.* PLIN. nat. 8, 203 declini. *al.*). MELA 1, 11 *Indi et Scythae* late patentes neque in hoc tantum pelagus effusi (*al.*). *et al.*

2 *speciatim*: **a** *de caeli regionibus*: CATO agr. 1, 3 in meridiem spectet *praedium* (LIV. 22, 46, 8 [*opp.* in septentrionem]. *al.* MELA 1, 53. *et al. cf.* LVCAN. 4, 155 in medium surgente die). 6, 2 qui *ager* in ventum favonium spectabit (*v. vol. VI 383, 9. 12. cf.* VERG. georg. 3, 278 in borean [MANIL. 1, 372 LVCAN. 9, 695 *al.*]. OV. fast. 5, 381 mons est obversus in austros [*v. vol. II 1555, 53*]. 9, 539 in noton [*al.*] ..., in arcton [VAL. FL. 5, 155 *al.*]. PLIN. nat. 4, 55 in eurum [*al.*]. 17, 23 in aquilonem [*al.*]. ITALA num. 3, 29 [Lugd.] in Africum [κατὰ λίβα, *Vulg.* ad meridianam plagam]). VARRO rust. 2, 3, 6 in eandem partem caeli quae spectent. CIC. carm. frg. 3 (de consul.), 56 sancta Iovis species claros spectaret in ortus (OV. met. 4, 626 SEN. nat. 7, 7, 3 [*sg., item* 7, 21, 4]. LVCAN. 10, 50. PLIN. nat. 17, 19 in exortus *seri. cf.* SALL. hist. frg. 2, 2 in orientem ... prominet [*opp.* in occidentem. LIV. 26, 44, 2. *et al. cf. l. 17*]). CATVLL. 66, 67 vertor in occasum (VERG. Aen. 11, 317 SEN. dial. 8, 5, 4 *al.* LVCAN. 9, 421 [*plur. ut saep.*]. *et al. cf.* LIV. 38, 29, 10 urbs ... in occidentem vergit [*al.* SEN. dial. 6, 18, 4. *et al.*]. *adde*: LVCAN. 4, 63 in occiduum ... orbem). CAES. Gall. 1, 1, 6 (*interpol.?*) Belgae ... spectant in (in⟨ter⟩ *Schneider*) septentrionem et orientem solem (LIV. 22, 46, 8 *al.* PLIN. nat. 2, 184 *al.* PALLAD. 12, 7, 19. *et al.*). LVCAN. 7, 422 te (*Roma*) geminum Titan procedere vidit in axem (*i. imperium tuum in septentrionem et meridiem progressum*). PLIN. nat. 6, 202 Fortunatas *insulas* ... in VIIII horam solis *sitas esse* (*al.*).

b *de dimensionibus corporum sim.* (in longum *sim. v. infra l. 79 sqq.*): CATO agr. 15 ad opus praebeat *dominus* calcis in p. singulos *parietis* ⟨in⟩ longitudinem ... modium unum (CIL I^2 809 I 9 [*ca. 100 a.*]. VARRO ling. 5, 34 [*opp.* in latitudinem, in quadratum actum]. *al.* CIC. Tim. 24 [*p. 36^B* κατὰ μῆκος]. CAES. Gall. 1, 2, 5. *et saepe. liberius* [*nisi est pro abl.*]: DIOSC. 2, 113 duos ramos habens in unius cubiti l. [*al.*]). 161, 1 intervallum ... semipedem latum in omnes partes (VARRO ling. 5, 115. *et saepe. cf.* 5, 68 modo in dexteram modo in sinisteram p. [rust. 2, 5, 13 *al.*]. 1, 6, 6 in unam p. [*al.*]. 1, 10, 2 in utramque p. [*al.*]. LVCR. 4, 446 aliam in p. [*al.*]. CIC. de orat. 1, 87 in quamque p. [*al. cf.* 3, 60 quam ... cumque in p. *al.*]. LIV. 10, 43, 13 quam in p. [*al.*]. CELS. 2, 8, 23 in exteriorem p. [*al.*]. *passim sim.* [*cf. et p. 757, 1*]). SISENNA hist. 57 armati ... in latitudinem discedunt (VARRO rust. 3, 5, 15 CAES. Gall. 1, 2, 5. *et passim* [*c. adi.*: PLIN. nat. 19, 141 in l. torosi. *al.*]). CIL I^2 1637 in frontem ped. XXV, in agrum ped. XXV (*saepe in tit., v. vol. VI 1365, 15. cf. et* LIV. 22, 4, 7 in f. lateraque pugnari coeptum est. 37, 13, 8 *al.* PLIN. nat. 17, 202. *et al.*). VARRO ling. 5, 26 palus paululum aquae in altitudinem (*passim tam i. q.* 'εἰς ὕψος' *quam* 'εἰς βάθος', *v. vol. I 1767, 6. 1769, 5. cf.* SEN. nat. 2, 24, 1 ignis in verticem surgit. PLIN. nat. 16, 167 in excelsitatem). SALL. Iug. 46, 7 in utrumque latus ... equites ... dispertiverat (OV. epist. 6, 69 *al.* SEN. nat. 5, 9, 3 *al.* LVCAN. 4, 205 in laevum ... l. [*al.*]. *et al.*). OV. met. 7, 783 in spatium ... fugit (LIV. 29, 35, 13 SEN. nat. 6, 25, 3 CVRT. 9, 1, 9 SCRIB. LARG. 229 SIL. 13, 323 *al. cf. p. 760, 29*). VITR. 2, 8, 7 longitudines eorum *caementorum* alternis in crassitudinem instruentes *Graeci* (COLVM. 2, 2, 10 *al.*). *et al.*

c *de part. corp.* (*cf. p. 745, 74. 78 sq. c. adi.: e. g. l. 69. 71. 77*): ENN. ann. 552 me gravis impetus Orci percutit in latus (VERG. Aen. 12, 507 OV. epist. 20, 198 *al.* CELS. 2, 3, 1 *al.* COLVM. 6, 14, 2 PLIN. nat. 9, 95 [*plur.; sic et* 10, 113 *al.*]. VAL. FL. 6, 258. *et al. metaph. de rebus*: COLVM. 12, 18, 6 dolio ... in l. deposito [MELA 2, 38. *et al.*]). frg. var. 29 rec⟨c⟩idit in natem supinus. VARRO frg. Gell. 16, 16, 4 contra naturam forte conversi in pedes *pueri in utero* (LIV. 4, 19, 4. *et al. metaph. de re*: CATVLL. 4, 21 [*v. Marx ad Lucil. 316*]. *al. cf.* SEN. epist. 111, 3 non exsurgit in plantas. *al.*). CAES. Gall. 5, 35, 8 in adversum os (α, adversus hos β) funda vulneratur (SEN. Phaedr. 1085 praeceps in ora fusus. SIL. 10, 463 *al. cf.* OV. met. 5, 292 cadit in vultus [*al.*]. IVV. 3, 280 cubat in faciem). VERG. Aen. 5, 426 in digitos ... arrectus (QVINT. inst. 2, 3, 8). 10, 487 corruit in vulnus (LIV. 1, 58, 11 *al.* VELL. 2, 70, 5 CELS. 5, 26, 9. *et al.*). 10, 855 attollit in aegrum se femur. 11, 653 in tergum ... recessit (LVCAN. 4, 39 casura *acies* [SIL. 5, 300]. *et al. saepius plur.*: PROP. 3, 24, 14 versas in terga manus [OV. ars 1, 541 *al.* LVCAN. 5, 143. *et al.*] *cf.* PLIN. nat. 9, 36 in dorsum verti *testudines* [*al.*]). 12, 293 oppositis involvitur aris in caput inque umeros ([VAL. FL. 7, 599. *cf. Hom. E 586* ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους]. OV. ars 1, 547 *al.* SEN. dial. 1, 6, 9. *et al.* [*plur. de planta*: PLIN. nat. 19, 102). HOR. sat. 2, 4, 39 in cubitum ... se conviva reponet (OV. Pont. 3, 3, 11. *et al. cf.* STAT. Theb. 9, 865 obliquus in ulnam). PROP. 4, 6, 31 crines in colla solutos. OV. met. 4, 579 in pectus ... cadit pronus (SIL. 13, 310 propexis in pectora barbis. *et al.*). 5, 96 cecidit conlapsus in artus (*al.*). GERM. 30 pronas rapit orbis in ipsos ... umeros ([*Arat. 30* εἰς ὤμους]. 662. *et al. cf. l. 65*). CELS. 2, 7, 25 prostratum ... corpus in ventrem (*al.*). SEN. epist. 66, 50 in genua se excepit (*al.*). PLIN. nat. 23, 5 in lienem iaceat (*al.*). *et al. adde de rebus* (*cf. l. 52. 54*): SEN. suas. 3, 1 luna ... adsurgit in cornua (3, 4). PLIN. nat. 2, 89 comarum modo in verticem hispidas *stellas*. *et al.*

3 *iunct. adverbiales* (*ad 1 et 2. affinia sunt quae p. 758, 40. 47 digessi*): **a** *acc. sing. adi.* (*compar.: p. 747, 2. 4*): in adversum: *v. vol. I 869, 12.* in anfractum: *v. vol. II 42, 67.* in aversum: *v. vol. II 1324, 39.* in contrarium: LIV. 28, 30, 9 SEN. clem. 1, 24, 2. *et al.* in dextrum (-am): *v. vol. V 1, 923, 26. 933, 34.* in directum: *v. vol. V 1, 1255, 1.* in diversum: *v. vol. V 1, 1585, 52.* in immensum: *v. p. 453, 56.* in infinitum: *v. s. v.* in laevum: OV. trist. 1, 10, 17 MA-

[*J. B. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

NIL. 4, 613 CVRT. 4, 13, 16 LVCAN. 8, 194. *et al.* (in laevam: PLIN. nat. 3, 43 *al.*). in latum: OV. met. 1, 336 MELA 1, 112 (in latius: MELA 1, 89. *et al.*). in longum: AETNA 607 EPICED. Drusi 251 MANIL. 1, 682 *al.* SEN. nat. 7, 17, 2. *et al.* (in longius: VAL. MAX. 5, 6 ext. 4). in medium (*cf. p. 746, 1*): LVCR. 1, 1053 PLIN. nat. 10, 148. in obliquum: VERG. georg. 1, 98 AETNA 381 OV. met. 2, 130 LIV. 28, 14, 17 *al.* MANIL. 5, 80. *et al.* in planum: PLIN. paneg. 71, 1. in porrectum: PLIN. nat. 4, 32. CELS. dig. 8, 6, 1[d] (*opp.* in anfractum). *et al.* in pronum: MANIL. 3, 372 SEN. Thy. 728 PLIN. nat. 10, 112. in quantum: SEN. dial. 3, 9, 1 *al.* in rectum: OV. met. 2, 715 SEN. clem. 2, 7, 5 *al.* SCRIB. LARG. 227. *et al.* in sinistrum: FORM. augur. Varro ling. 7, 8 QVINT. inst. 11, 3, 109 *al.* FLOR. epit. 3, 5, 1 FRONTO p. 73, 15 N. in subrectum: PLIN. nat. 10, 40. in supinum: PLIN. nat. 17, 226. in tantum (*cf. p. 759, 19*): BELL. Alex. 1, 2 quantum ..., in t. PROP. 3, 5, 11 LIV. 27, 28, 10. *et al.* in transversum: MANIL. 2, 573 SEN. nat. 1, 7, 1 *al.* PLIN. nat. 4, 22 *al.*

b *acc. plur. adi.* (*compar.: l. 21*): in adversa: QVINT. inst. 12, 10, 78. in contraria: *v. vol. IV 768, 71 al.* in dextra: *v. vol. V 1, 932, 32.* in diversa: *v. vol. V 1, 1586, 9.* in laeva: LIV. 32, 29, 6 PLIN. nat. 3, 147 AVIEN. Arat. 411. in omnia: OV. trist. 3, 9, 21. in priora: PLIN. nat. 8, 39 *al.* in posteriora: QVINT. inst. 11, 3, 105. *et al.* in recta: SEN. Phoen. 4. in transversa: SEN. nat. 5, 17, 4 COLVM. 4, 12, 2.

B *de conversione mentis et de actionibus benevolis sive hostilibus*: **1** *in bonam partem i. q. erga* (*de animo et factis benevolis*): **a** *c. verbis*: PLAVT. Amph. 184 bene quae in me fecerunt *di* (CIC. Quinct. 51. *et al.*). Aul. 590 *servom* in erum matura, in se sera condecet capessere. Most. 239 si quod tu in illum bene voles loqui. RHET. Her. 2, 31, 50 misericordia ... qua in alios usi sumus (CIC. off. 2, 52 CAES. Gall. 2, 14, 5. *et al.*). CIL I² 686 (*a. 71 a.*) heisc(e) magistr(ei) ex pagei scitu in servom Iunonis Gaurae ⟨co⟩ntule⟨re⟩, *sc. pecuniam* (*saepe* beneficia *sim., v. vol. IV 184, 30. cf.* CIL IX 1456 [*a. 11*] donum dat ... in Licures Baebianos. LIV. 42, 11, 2 *beneficia* in eum congesta erant [*al.*]). CIC. de orat. 2, 129 ut *iudex* ... propendeat in nos. Att. 7, 3, 3 si ... totum se ille in me profudisset (*al. cf.* effundere: CIC. ad Brut. 1, 15 [9, 23 Sj.], 8). epist. 3, 1, 1 omnia quae a me profecta sunt in te (5, 5, 2). ANTON. Cic. Att. 14, 13[A], 2 si ... amabiliter in me cogitare (*i. sentire*) vis. SALL. Iug. 6, 3 studia Numidarum in Iugurtham incensa (*cf.* CVRT. 10, 1, 29 amorem regis in se accenderat [*al.*]). NEP. Pelop. 5, 2 numquam animo placari potuit in eum. HOR. sat. 1, 2, 49 in quas *libertinas* ... insanit (*i. insane prodigus est. cf.* SEN. epist. 94, 71). VELL. 2, 62, 1 omnia ... honorifice a senatu in Caesarem ... decreta sunt (TAC. ann. 4, 9, 2 [*iuxta dat.*]. *al.*). CYPR. eleem. 16 p. 386, 8 operari in pauperem. PRVD. perist. 10, 790 in datorem quod dedit refuderis (*antea dat.*). *et al.* *speciatim de amore*: CVLEX 408 narcissus cui gloria formae ... proprios exarsit in artus (*al. cf.* SEN. Herc. O. 370 arsit [*al.*]. *sim.*: HOR. carm. 1, 33, 6 Cyrus in asperam declinat Pholoen. 1, 36, 17. CALP. ecl. 2, 56 urimur in Crocalen. TERT. apol. 14, 3 Iovem ... subantem in sororem. *et al.*). *adde* AVG. serm. dub. 391, 5 in *sapientiam* ... suspirate, in illam exardescite, in illam deperite.

b *c. adi. et part.*: aequabilis: TAC. ann. 6, 31, 1 in suos. aequus: PLAVT. Poen. 359 CIC. Quinct. 45. affectus: CIC. fin. 1, 68. ambitiosus: *v. vol. I 1855, 40. 71.* animatus: *v. vol. II 87, 66 sq. adde* CIC. Verr. II 4, 151 Lael. 57. attonitus: TERT. spect. 25. beneficus: CIC. div. 2, 104 off. 1, 43. 3, 88. benignus: *v. vol. II 1903, 43. 1904, 81. adde* ITALA Eph. 4, 32 (Tert. resurr. 45 p. 92, 27). bonus: PS. VARRO sent. 156. castus: TERT. nat. 1, 20 p. 92, 24. civilis: EVTR. 10, 16, 3. clemens: *v. vol. III 1332, 61.* comis: *v. vol. III 1786, 59.* commodus: TER. Phorm. 814. effusus: CIC. Att. 4, 9, 1 *al.* LIV. 4, 40, 3 *al.* egregius: *v. vol. V 2, 289, 75.* faustus: *v. vol. VI 389, 11.* fidelis: *v. vol. VI 657, 20. adde* CIC. Mil. 29 CIL X 2956, 8 *al.* fidus: TAC. ann. 12, 8, 2. gratus: *v. vol. VI 2260, 41. adde e. g.* BRVT. Cic. epist. 11, 10, 1 LIV. 37, 36, 7. honorificus (-e): *v. s. v.* (per-: CIC. Att. 1, 13, 2). hospitalis: CIC. off. 2, 64. humanus: SEN. benef. 5, 20, 5. idem: CIC. Att. 12, 14, 3. indulgens: CIL VIII 739 (per-: CIC. off. 3, 112). is: CIC. Att. 7, 8, 1 *al.* iustus: CIC. Planc. 63 LIV. 42, 5, 5 (*syn.* erga). *al.* TERT. nat. 1, 6 p. 66, 28. *et al.* laetus: TAC. ann. 11, 25, 2. largus: RHET. Her. 4, 38, 50 MART. CAP. 1, 23. lenis: TER. Haut. 151 CIC. S. Rosc. 154 *al.* HOR. carm. saec. 52. liberalis: CIC. Planc. 63 *al.* SEN. epist. 20, 3. *et al.* mansuetus: PROP. 3, 16, 10. mirificus: CIC. ad Q. fr. 3, 2, 3. misericors: CIC. inv. 1, 109 *al.* SEN. contr. 7, 8 (23), 1. *et al.* mitis: CIC. Att. 5, 1, 3 LIV. 4, 2, 9 *al.* CVRT. 8, 8, 4. *et al.* mollis: PROP. 2, 22, 13. munificus: ASCON. Scaur. p. 22, 8. nimius: LIV. 10, 13, 6. officiosus: CIC. Verr. II 1, 63 *al.* BELL. Alex. 70, 3. parcus: IVST. 41, 3, 10. pius: CIC. off. 3, 90 SEN. contr. 10, 3, 1 *al.* VELL. 2, 71, 1. *et al.* (*in tit.*: CIL IX 552, 8. X 72 *al.*). placatus: CIC. Att. 5, 1, 3 NEP. Iph. 3, 3 LIV. 28, 32, 1. probus: OV. Pont. 3, 7, 12. prolixus: CIC. Att. 6, 3, 5. pronus: LVCAN. 2, 453 *al.* TAC. hist. 1, 6, 2 *al.* propensus: CIC. off. 2, 69 LIV. 42, 5, 2. qualis: RHET. Her. 1, 5, 8 CIC. Deiot. 19 (*syn.* erga). *al.* LIV. 1, 53, 10. religiosus: CIC. Flacc. 20 TERT. apol. 34, 3 SCHOL. Germ. Bas. p. 82, 5 (*v. p. 781, 21*) CIL VIII 186, 10. strenuus: CIL XII 3312. talis: CIC. Phil. 13, 17 *al.* OV. Pont. 3, 3, 41. *et al.* venerabilis: VAL. MAX. 1, 1, 15.

c *c. subst.*: (*nota*: CIC. Att. 10, 17, 1 quam in me incredibilem ἐκτένειαν! *audaciora*: TAC. ann. 12, 6, 3 nova nobis in fratrum filias coniugia. 12, 25, 1 adoptio in Domitium. TERT. pudic. 9 p. 237, 22 naturalis agnitionis in deum [*cf.* adv. Marc. 2, 3 p. 336, 9 *al.*]): adulatio: *v. vol. I 875, 17.* aequitas: CIC. leg. agr. 2, 20 (*syn.* erga). aestus: PROP. 2, 33, 43. affectio: *v. vol. I 1178, 34. 75. 1180, 3.* affectus: *v. vol. I 1190, 30. 36. adde* TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 23 HIER. epist. 62, 1. amor: CIC. Sull. 12 *al.* NEP. Thras. 1, 1 VELL. 2, 82, 4. *et ap.* TAC. PLIN. iun. *al.* (*saepe in tit.*). animus: CIC. inv. 2, 105 *al.* CAES. Gall. 1, 6, 3 *al.* HOR. carm. 2, 2, 6. *et al.* beneficium: *v. vol. II 1883, 81.* benevolentia: VARRO rust. 1, 17, 7 CIC. Cluent. 198. *et passim.* benignitas: CIC. Cluent. 196 *al.* LIV. 45, 44, 18 CVRT. 10, 5, 31 (*syn.* erga). *al.* TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 471, 17. bonitas: CIC. Lael. 11 TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 322, 2 *al.* CIL X 1126, 10. caritas: *v. vol. III 462, 21.* castitas: CE 91, 6. clementia: *v. vol. III 1335, 36.* comitas: TAC. ann. 2, 72, 2. consensus: CIC. Phil. 5, 46. constantia: *v. vol. IV 505, 50. adde* CIC. Phil. 13, 29 MAT. Cic. epist. 11, 28, 8. consuetudo: CIC. epist. 6, 5, 4 (*syn.* erga). cultus: CVRT. 8, 5, 12. decretum: *v. vol. V 1, 157, 26.* dignatio: CIL XI 6335, 16 (*a. 256*). donatio: PAPIR. dig. 50, 12, 13, 1 *al.* favor: *v. vol. VI 385, 43.* fidelitas: *v. vol. VI 661, 32.* fides: *v. vol. VI 676, 48 sq. 50. adde e. g.* CIC. Rab. Post. 13 *al.* CATVLL. 67, 8 VELL. 2, 18, 3 (*syn.* adversus). firmitas: CIC. Sest. 95. gratia: LIV. 37, 54, 10. honos: *v. s. v.* humanitas: CIC. Verr. II 3, 59 *al.* inclinatio: QVINT. decl. 338 p. 331, 4. *et al.* indulgentia: *v. s. v.* iustitia: CIC. Cluent. 196 *al.* CVRT. 10, 5, 25. largitio: BELL. Alex. 4, 2. *et al.* lenitas: TAC. ann. 13, 11, 2. *et al.* lenitudo: CIC. Verr. II 4, 136. liberalitas: CIC. Rab. Post. 41 *al.* CIL VIII 26590, 5. magnificentia: *v. vol. VIII 104, 79.* mansuetudo: TAC. ann. 2, 72, 2. memoria: TAC. ann. 15, 64, 2. mens: CIC. de orat. 3, 10 SIL. 8, 329. meritum: CIC. Verr. II 2, 112 *passim* (*cf.* pro-: CIC. p. red. in sen. 1 *al.*). misericordia: CIC. Planc. 25 TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 471, 21. *et al.* munificentia: SALL. Iug. 103, 5 LIV. 37, 52, 8 HERMOG. dig. 50, 2, 8 CIL XI 6123, 4 *al.* munus: LIV. 4, 59, 11 *al.* LVCAN. 9, 132 TAC. ann. 1, 62, 1. obsequium: CIC. Att. 10, 4, 6 LIV. 29, 15, 3 TAC. ann. 3, 55, 4 *al.* observantia: CIC. Att. 4, 1, 1 *al.* LIV. 1, 35, 5 (*syn.* erga). *et al.* officium: RHET. Her. 1, 17, 27 CIC. inv. 2, 35. *et passim.* pietas: CIC. leg. 2, 26 *al.* SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 6 LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 1, 26 OV. Pont. 2, 2, 21. *et al.* reverentia: TAC. ann. 6, 37, 4 *al.* TERT. ieiun. 7 p. 283, 2. studium: RHET. Her. 1, 17, 27 CIC. Verr. II 1, 15. *et passim.* testimonium: INSCR. NotScav. 1925 p. 73 (*s. IV*) ob multa in se eius t. voluntas: CIC. Verr. I 34 *al.* CAES. Gall. 1, 19, 2. *et saepe.*

2 *in mediam partem i. q. adversus*: **a** *de iure potestate dominatione sim.*: **α** *c. verbis*: PLAVT. Truc. 755 quae in me potest plus quam potes (RHET. Her. 4, 19, 27 CIC. ad Q. fr. 3, 4, 2 SEN. Thy. 484. *et al. cf.* RHET. Her. 4, 32, 44 valuit [SALL. or. Macri 21 PROP. 3, 7, 42. *et al.*]. LIV. 6, 26, 6 in nos quid arma polleant vestra [CE 1076, 3 *s. I*]). CIC. Cato 38 *senectus* dominatur in suos (*v. vol. V 1, 1900, 5. 49. 1904, 20. 1905, 38. 58. cf.* MANIL. 4, 239 regnat [TAC. ann. 11, 24, 4]). MANIL. 2, 934 *Saturnus* in patrios exercet numina casus (*cf.* SEN. contr. 1, 7, 8 *al.*). SEN. contr. 1, 7, 3 hoc ne ⟨in⟩ adulteras quidem licet (*al.* SEN. Herc. O. 1563. *et saepe* [*in tit.*: CE 409, 9]). SEN. dial. 6, 26, 3 ego nihil in me cuiquam permisi (MART. 11, 58, 4. *cf.* QVINT. inst. 5, 13, 40 concessum est [IVV. 1, 170]). *et al.* **β** *c. subst.*: PLAVT. Men. 1030 iubeo ..., si quid imperi est in te mihi (Persa 343 TER. Eun. 415 CIC. Verr. II 3, 45. *et al. cf.* CIC. inv. 2, 164 dominatio [*v. vol. V 1, 1880, 66. 1881, 17. 31*]. HOR. carm. 4, 4, 2 regnum [OV. am. 2, 17, 11 LIV. 3, 45, 8 *al.* SEN. Phaedr. 218 *al.*]. SEN. dial. 6, 2, 2 dominium. TAC. ann. 3, 47, 2 regimen. *et al.*). VARRO ling. 5, 82 summa potestas *magistri equitum* ... in equites et accensos (CIC. inv. 2, 52 *al.* CAES. Gall. 1, 16, 5. *et saepe*). RHET. Her. 3, 3, 4 ius in parentes (CIC. Planc. 30. *et passim*). CIC. inv. 1, 106 fortunae vis in omnes (Tusc. 3, 49 PROP. 4, 7, 14. *et al.*). S. Rosc. 78 dominus erit in suos (*al. cf.* Phil. 13, 17 qui erant in eum tyranni). nat. deor. 3, 85 mundi divina in homines moderatio. SALL. or. Macri. 16 licentiam in vos (SEN. Med. 109. *et al.*). OV. fast. 3, 316 arbitrium est in sua tecta Iovi (LIV. 37, 1, 6 SEN. epist. 4, 8 STAT. silv. 5, 1, 185). *et al.*

b *de dictis scriptis sim.*: **α** *c. verbis* (*hic illic fere i. 'contra', e. g. l. 83*): VARRO ling. 7, 28 epigrammation, quod in adolescentem fecerat (CIC. Verr. II 5, 81 versus [*al.*]. Flacc. 75 psephisma. Arch. 25 epigramma. *et al.*). CIC. har. resp. 29 quis est qui id non ... in istius ludos praedictum ... esse fateatur? (*cf.* 37 in te conversa atque interpretata). de orat. 2, 352 carmen ... in quo multa ... in Castorem scripta ... fuissent (STAT. silv. 2 praef. 15. *et al.*). 3, 171 in Albucium inludens (*cf.* ASCON. Scaur. p. 27, 8 lusit [*al.*]). leg. 1, 51 quod item ... in virtutem (-e *l. v.*) dici potest (*al.* LIV. 35, 49, 8. *et al. cf.* SEN. contr. 9, 4 [27], 18 in Domitium ... inquit). div. 2, 110 hoc si est in libris, in quem hominem et in quod tempus est? HOR. sat. 1, 5, 62 Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus *Sarmentus* (LIV. 32, 34, 3. *et al.*). 2, 1, 82 si mala condiderit in quemvis carmina (OV. ars 2, 285 vigilatum. LIV. 4, 20, 2 canere

[J. B. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*al.*]. 28, 9, 18 iactata. *et al.*). SEN. dial. 2, 18, 5 comoediarum publicatos in se ... sales. SEN. epist. 108, 13 Attalum ... in vitia ... perorantem (PETRON. 96, 5. *et al.*). QVINT. inst. 2, 1, 11. *et al.* β *c. subst.*: CIC. Brut. 160 exstat in eam legem ... oratio (164). Tusc. 1, 84 epigramma (*v. vol. V 2, 666, 75. 78. cf.* EPICED. Drusi 3 in Drusum miserabile carmen [*al.*]). Att. 1, 19, 3 aliorum in me ἐπιφωνήματα. epist. 5, 2, 2 risus ... non in te, sed magis in errorem meum. SEN. benef. 4, 31, 3 dictum *Scauri* in se (*cf.* QVINT. inst. 6, 3, 111). PLIN. nat. 36, 46 faceto in id M. Ciceronis sale. *et al.*

3 *in malam partem i. q. contra* (*de animo et factis hostilibus*): **a** *c. verbis* (*selectissima*): CARM. Arv. (CE 1) 4 neve lue rue ... sins incurrere in pleores (*v. s. v. cf.* PLAVT. Bacch. 1148 incursabimus [*al.*]. Cas. 890 inruere [*v. s. v.*]. VERG. Aen. 11, 461 ruunt [*al.*]). PLAVT. Amph. 495 delictum suom ... expetere (*intr.*) in mortalem (*al.*). 742 in me inclementer dicit (*passim. cf. p. 748, 79*). 885 quae neque sunt facta neque ego in me admisi (*v. vol. I 752, 70. cf.* commerere: *v. vol. III 1880, 33. 35*). 1115 facit ... in anguis impetum (*v. p. 605, 77. 606, 67. 607, 70. cf.* impressionem f.: *v. p. 676, 67 sq.* incursionem f.: *v. s. v.*). Asin. 613 mihi certum est facere in me omnia eadem quae tu in te faxis (*passim*). 908 in oculos invadi optumum est (*passim. cf.* PLAVT. Mil. 1400 in hominem involo [*al.*]). Bacch. 709 intendam ballistam in senem (*trop. ut* TER. Haut. 513 fallacia. *et al.*). Epid. 690 tragulam in te inicere adornat (*al. cf.* conicere: *v. vol. IV 307, 24 al.* iacĕre: PLAVT. Merc. 617. *et passim.*). Most. 1116 exempla ... faciam ego in te (TER. Eun. 946. 948. *cf.* Haut. 51 statuite. *et al.*). CATO(?) orig. 83 (Gell. 3, 7, 6) in eos praevertentur (*cf.* convertere: *v. vol. IV 858, 66. 859, 24. 51.* vertere: SALL. or. Lep. 19. *saepe*). TER. Hec. 515 in eam hoc ... evomam (*v. vol. V 2, 1072, 82. cf.* CIC. Att. 16, 3, 1 *al.*). Haut. 347 pessume istuc in te atque in illum consulis (*v. vol. IV 579, 60*). Eun. 942 ut ne impune in nos inluseris. Phorm. 803 vide ne in cognatam pecces (*saepe. cf.* delinquere: *v. vol. V 1, 460, 24*). FRG. hist. ann. max. 3 quod in Etruscos aruspices ... animadversum vindicatumque fuerat (*v. vol. II 76, 80 sqq.*). LVCIL. 914 insulta ... in me (RHET. Her. 4, 39, 51. *et al.*). VARIVS carm. frg. 4, 3 *canis* saevit in absentem *cervam* ([PROP. 4, 4, 39. *et saepe*]. LVCAN. 6, 540 desaevit [*al.*]. *cf.* CIC. Scaur. 45 insanisti [*al.*]. LIV. 8, 27, 2 furere [*v. vol. VI 1621, 1*]). QVADRIG. hist. 1 (Gell. 17, 2, 12) ut pugnatum esset in Gallos ([GELL. *ad l.*: 'in Gallos' mundius subtiliusque est quam 'cum Gallis' aut 'contra Gallos']. SALL. Catil. 9, 4 *al.* Ov. am. 3, 1, 38 LIV. 6, 1, 6. *et al.*). LEX Rubr. (CIL I² 592) 2, 46 in eum ... ius deicito decernito (*v. vol. V 1, 150, 22 al.*). RHET. Her. 4, 8, 12 in eum poenam ⟨ex⟩cogitare (*v. vol. V 2, 1275, 5 al. cf.* cogitare: *v. vol. III 1472, 5*). 4, 29, 39 in me quidlibet statuite (*al. cf. l. 26*). 4, 39, 51 in vosmet ipsos ... bestiam ... immiseritis (*v. p. 470, 47 al. cf.* emittere: CIC. Cael. 29 *al.* mittere: BELL. Afr. 16, 3 *al.*). *ibid.* belua ... acuens dentes in ... fortunas (*v. vol. I 462, 80*). CIC. inv. 1, 100 ut in aliquem hominem magnum odium ... concitetur (*v. vol. IV 65, 67. cf.* excitare: *v. vol. V 2, 1259, 10. 1261, 21.* incitare: CIC. Flacc. 46. *saepe.* suscitare: VERG. Aen. 2, 618 *al.* commovere: *v. vol. III 1950, 7. 49.* movere: Ov. am. 1, 7, 3 *al.*). S. Rosc. 120 in dominos quaeri de servis iniquum est ([*al.* SALL. Iug. 40, 1. *et al.*]. CIC. Verr. II 4, 4 in istum inquiro [*al.*]. *cf.* Tull. 10 iudicium dare [*al.*]. Att. 2, 24, 3 subscripserat [*al.*]. *et al.*). Verr. I 15 crimina ... in istum fingere (*v. vol. VI 776, 72. cf.* confingere: *v. vol. IV 213, 46*). II 1, 6 multa ... in deos ... commisit (*v. vol. III 1912, 80*). II 2, 89 ut animum eius in Sthenium inflammarent (*al. cf.* Cluent. 140 animi ... incenderentur [*al.*]. VERG. Aen. 12, 426 accendit [*al.*]). II 5, 133 in socios ... esse severe vindicatum (*passim. cf. l. 33*). Catil. 3, 2 gladios in rem p. destrictos (*v. vol. V 1, 770, 24*). Mur. 47 poena gravior in plebem ... efflagitata est (*cf.* flagitare: Q. CIC. pet. 10 *al.*). Sull. 35 cum ... in me esset invectus (*saepe*). Pis. 16 omne odium ... in me profudistis (*al. cf.* effundere: CIC. epist. 12, 25, 4. *et al.*). Planc. 86 servi in dominos armabantur (*al.*). SALL. Iug. 65, 3 ut contumeliarum in imperatorem ... poenas petat (*cf.* expetere: LIV. 1, 22, 7 *al.*). SALL. (?) rep. 1, 4, 1 illa quae ... in Cn. Pompeium ... increpabantur (LIV. 1, 51, 1 *al.*). VERG. Aen. 10, 28 in Teucros ... surgit (*al.*). Ov. epist. 7, 166 steterunt in te virque paterque (*al.*). LIV. 2, 12, 14 in te magis quam in me hostilia ausus (*v. vol. II 1257, 36*). 2, 12, 15 ut in te ... grassaremur (*v. vol. VI 2201, 18*). 2, 17, 2 in quos Aurunci ... coorti (*v. vol. IV 896, 42. cf.* oriri: LIV. 4, 7, 6 *al.*). SEN. Phaedr. 679 in me tona, *Titan.* dial. 5, 20, 2 in *Aethiopes* ... Cambyses fremebat (*al.*). COLVM. 7, 12, 5 ut ... excandescant *canes* in exteros (*v. vol. V 2, 1201, 30. cf.* exardescere: TAC. hist. 1, 58, 2. *et al.*). TAC. hist. 3, 9, 5 in Vitellium ut inimici praesumpsere (*al.*). VVLG. Nah. 1, 2 ulciscens ... in hostes (*al., v. Svennung, Orosiana 43*). *et al.* *rariora* (*fere poetarum*): LVCR. 6, 399 cur ipse *Iuppiter* sinit neque parcit in hostes? (*paulo aliter* APVL. met. 1, 2 in verba ista. 1, 8 in feminam. ITALA Ezech. 16, 5 [Sangall.] in te [ἐπί, *Vulg.* super]). VERG. georg. 3, 232 *taurus* irasci in cornua discit (Aen. 12, 104. *cf.* Ov. met. 8, 882 NEMES. ecl. 4, 34 *al.*). PROP. 2, 6, 18 frangere in adversum pocula Pirithoum (STAT. Theb. 1, 114). MANIL. 4, 752 Nilus ... tumescens in Cancrum (*i. 'adversus Cancri ardorem solstitialem' Housm.*). 5, 45 in cautes Tiphyn ... trementem. LVCAN. 1, 373 in quem tua classica, Caesar, audiero. 5, 621. VLP. dig. 2, 1, 7, 3 in servos ... torquendum est (*al.*). PAVL. sent. 5, 3, 1 in eos ... aestimatione duplici sarcitur (*sec. 'animadvertere in'. cf.* 5, 26, 1). MIN. FEL. 14, 2 parce in eum plaudere. TERT. praescr. 30, 5 lapsus in feminam *Apelles.* CLAVD. 15, 94 in Bocchi regnum sudavit uterque Scipio.

b *c. adi.*: acer: *v. vol. I 363, 7. adde* CIC. ad Brut. 1, 10 (9, 18 Sj.) 1 *al.* acerbus: *v. vol. I 370, 36. 73.* aemulus: APVL. met. 5, 27. asper: CIC. Scaur. 32 *al.* LIV. 39, 44, 1. *et al.* audax: PROP. 3, 16, 6. calumniosus: TERT. anim. 49 p. 380, 14. contumax: *v. vol. IV 797, 57.* contumeliosus: *v. vol. IV 803, 51. 804, 9.* criminosus: *v. vol. IV 1199, 53. 58.* crudelis: *v. vol. IV 1226, 24.* cruentus: FLOR. epit. 1, 7, 5. dicax: CIC. Phil. 2, 78. difficilis: CAECIL. com. 200. durus: *v. vol. V 1, 2311, 46. adde* SEN. benef. 5, 7, 3. efferatus: TERT. adv. Marc. 2, 26 p. 372, 8 *al.* exitiabilis: TAC. ann. 6, 24, 1. ferox: *v. vol. VI 568, 57.* ferus: TERT. resurr. 32 p. 71, 8. foedus: *v. vol. VI 1000, 77.* fortis: *v. vol. VI 1161, 7.* gravis: CIC. Verr. II 2, 160 *al.* PROP. 4, 1, 84 TAC. ann. 1, 10, 5 (*iuxta dat.*). hostilis: GELL. 4, 5, 2 (*ex ann. max.*). implacabilis: *v. p. 626, 11.* impius: *v. p. 625, 20.* improbus: *v. p. 689, 45.* infensus: LIV. 34, 24, 5 *al.* infestus: CIC. S. Rosc. 88 *al.* infidelis: TERT. adv. Marc. 2, 18 p. 359, 15 *al.* ingratus: *v. s. v.* inimicus: PLAVT. Bacch. 547 CIC. epist. 5, 2, 9. iniquus: *v. s. v.* iniuriosus: CIC. Balb. 2 *al.* iniustus: CIC. off. 3, 82 *al.* invidiosus: CIC. Cael. 21 Ov. Pont. 3, 6, 16. iracundus: CIC. Planc. 63. iratus: TERT. orat. 11 p. 118, 1. irreligiosus: TERT. nat. 1, 17 p. 88, 26 *al.* malevolus: *v. vol. VIII 179, 83.* malignus: *v. vol. VIII 186, 13.* mobilis: MET. CELER Cic. epist. 5, 1, 2 *al.* offensus: CIC. Att. 1, 5, 5 NEP. Dion 7, 3. procax: COLVM. 7, 3, 4. sceleratus: CIC. har. resp. 5. saevus: Ov. epist. 19, 102 LIV. 34, 32, 3 SEN. benef. 5, 7, 3 *al.* severus: CIC. Cluent. 56 *al.* LIV. 7, 40, 7 PLIN. epist. 9, 13, 21. *et al.* sordidus: SEN. benef. 5, 7, 3 *al.* taeter: CIC. Tusc. 1, 96. trux: HOR. epod. 5, 4. vehemens: CIC. Verr. II 5, 104 *al.* Ps. AVR. VICT. epit. 20, 6. violentus: LIV. 34, 32, 3.

c *c. subst.* (*hominum*: CIC. Verr. II 2, 180 iudices [*al.*]. II 3, 108 testes [*al.*]. II 3, 158 recuperatores. TAC. ann. 4, 1, 3 criminator. SVET. Claud. 11, 1 coniuratorum. *et al. adde*: PAVL. FEST. p. 59 Cato in Marcum Cae⟨ci⟩lium [QVINT. inst. 4, 2, 19 *al. cf.* CIC. de orat. 2, 253 ut in illum Titium. FEST. p. 273 Cicero l. I in Verrem. *al.*]. *liberius*: TAC. hist. 2, 60, 1 in Vitellium alienatio [*cf.* ann. 4, 20, 3 offensio. *al.*]. ann. 1, 8, 6 provisis ... heredum in rem p. opibus. 2, 88, 1 venenum in Pyrrhum regem [*al.*]. MIN. FEL. 24, 7 in Ganymeden Iovis stuprum [*al.*]. *et al.*): actio: Cic. Caecin. 54 *al.* animadversio: CIC. Verr. II 3, 140 *al.* arma: SALL. epist. Mithr. 20. *et al.* bellum: SIL. 15, 528. *et al.* coniectus: SALL. hist. frg. 2, 87 D 16 *al.* coniuratio: SVET. Vesp. 25. *et al.* contumelia: CIC. Verr. II 1, 86 *al.* VELL. 1, 12, 1. *et al.* crimen: CIC. div. in Caec. 32 *al.* LIV. 3, 68, 4 *al.* crudelitas: *v. vol. IV 1230, 5.* edictum: *v. vol. V 2, 74, 36.* fraus: LIV. 40, 20, 4. *et al.* impetus: *v. p. 611, 81.* impietas: *v. p. 614, 20.* indignatio: CIC. inv. 2, 85. *et al.* insidiae: CVRT. 7, 2, 30. *et al.* invidia: CIC. Flacc. 13. *et al.* ira: SALL. epist. Mithr. 3. *et al.* iudicium: CIC. Verr. II 30, 70. *et al.* litterae: CIC. div. in Caec. 28 *al.* malevolentia: *v. vol. VIII 179, 24. 42.* odium: CIC. S. Rosc. 52 patris in filium. *al.* NEP. Hann. 2, 3 Ov. met. 12, 544. *et al.* oratio: CIC. ad Q. fr. 3, 1, 11. *et al.* perfidia: CIC. Phil. 2, 79 *al.* TAC. ann. 1, 55, 1. poena: VELL. 2, 126, 4. *et al.* probrum: CIC. Att. 11, 9, 2 TAC. ann. 1, 77, 1 *al.* saevitia: LIV. 1, 53, 5 *al.* scelus: CIC. Verr. II 3, 129 *al.* SALL. Iug. 33, 4 Ov. Pont. 1, 6, 26. *et al.* senatus consultum: CIC. Catil. 1, 3 *al.* sententia: SEN. epist. 94, 25. *et al.* severitas: VAL. MAX. 5, 8 tit. *et al.* supplicium: CIC. Phil. 3, 10 LIV. 3, 53, 8. testimonium: CIC. Verr. II 1, 79 *al.* vis: CIC. Flacc. 96. *et al.*

4 *iuncturae notabiles* (*ad 1—3*): **a** in se *sim.* (*cf. p. 744, 22*): CIC. Verr. II 1, 9 non istum maius in sese scelus concepisse (CAES. civ. 1, 47, 3. *cf.* Ov. met. 10, 68 crimen traxit. LIV. 28, 22, 5 consciscunt). Phil. 2, 50 quae ipse in se ... impure ... fecerit (*al.*). Ov. epist. 9, 56 Maeandros ... lassas in se saepe retorquet aquas (*al.*). LIV. 7, 29, 5 in se ... molem omnem belli verterunt (*al. cf.* 10, 14, 3 averterunt [*al.*]). 10, 28, 18 haec exsecratus in se hostesque (*al.*). MANIL. 4, 873 in semet sua per convicia ferri. SEN. Herc. f. 1221 in se ipse saevit. dial. 7, 19, 3 in se ipsi animum advertunt. nat. 1 praef. 3 totus in se tendat *deus.* VVLG. Luc. 11, 17 regnum in se ipsum divisum (ἐφ' ἑαυτήν, *Itala codd. a² d* super se). *et al.* *vi reciproca* (*cf. p. 744, 46*): ITALA Ioh. 11, 56 (cod. d) dicebant in semetipsos (μετ' ἀλλήλων, *Vulg.* ad invicem, *Itala codd. a e* inter se, *cod. b* ad alis alium). *cf.* in alterutrum: *v. vol. I 1761, 13 sq. 17. 20 sqq. adde* VVLG. III Esdr. 4, 33 VITAE patr. 5, 9, 12. in alis alium: ITALA exod. 28, 7 (Lugd.) duos umbones erunt continentes in a. a. (ἑτέρα τὴν ἑτέραν). **b** in usque: CATVLL. 116, 4 tela infesta ⟨meum⟩ mittere in (mitterem *V*) u. caput (*cf.* SEN. epist. 53, 12 *philosophia tela* in eum u., qui miserat, respuit). STAT. Theb. 1, 440 neque enim meus audeat istas civis in u. manus.

III *de tempore*: **A** *spectatur certum temporis spatium fere i. q. ad,* πρός (*simul subest notio quaedam finalis*):

[*J. B. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *c. verbis* (*non noto hic nisi artius iuncta*): PLAVT. Aul. 531 spes prorogatur militi in alium diem (LIV. 10, 16, 1. *et saepe*). Mil. 861 hoc in die⟨m⟩ extollam malum (*i. in alium diem* [*cf.* Poen. 500]. *v. vol. V 1, 1040, 57*). Most. 67 in vesperum parare piscatum (700 LIV. 8, 1, 4. *et al.*). CATO agr. 30 pabulum ... in hieme⟨m⟩ ... conservato (*al. cf.* reservare: CIC. Verr. I 33. *et al.*). TER. Haut. 963 te ... *non* consulere in longitudinem. Hec. 842 ne me in breve conicias tempus (*al. cf.* CIC. Verr. II 1, 31 ut res in illud tempus reiceretur [*al.*]). LVCIL. 743 prospiciendum ... in senectutem ... ⟨ab⟩ adulescentia est (CIC. Verr. II 3, 128. *et al.*). VARRO rust. 1, 18, 8 qui insitiones ficulnas ex verno tempore in aestivum contulerunt (*al.*). CIC. inv. 1, 9 rationes aliud in tempus differemus (*v. vol. V 1, 1072, 32*). carm. frg. 3 (de consul.) 17 dirum in tempus cecidere Latinae (*al. cf.* incidere: CIC. Verr. II 1, 31. *et saepe.* recidere: CIC. Att. 1, 1, 2 *al.* incurrere: CIC. ad Q. fr. 3, 5 [6], 2. *et al.*). leg. agr. 1, 4 auctionem ... constitutam in mensem Ianuarium (*al.*): 2, 13 contionem in pridie idus (in primis *codd.*) advocari iubet (*cf.* Catil. 1, 7 in ante diem v kalendas Novembris [*al.*]. *et al.*). Phil. 5, 25 qui in horam viverent (*i. in usum horae. cf.* in diem v.: *v. vol. V 1, 1040, 70* [*aliter p. 753, 44*]). Tusc. 3, 7 inclinato iam in postmeridianum tempus die (*al. cf.* declinare: *v. vol. V 1, 191, 80*). Att. 4, 16, 6 comitia in adventum Caesaris detrudat (*al.*). PROP. 3, 16, 9 totum sum pulsus in annum (*cf. p. 754, 11*). LIV. 1, 15, 5 in centum annos indutiae datae (*al.*). 1, 22, 5 bellum in tricesimum diem indixerant (*al.*). 2, 56, 1 Voleronem ... plebs ... tribunum plebi creat in eum annum (*v. vol. IV 1165, 49*). SEN. clem. 1, 11, 1 iam in senectutem vergentibus annis (*al.*). *et al.*

2 *c. adi.*: HOR. carm. 3, 11, 35 in omne virgo nobilis aevum (*al.*). EPICED. Drusi 419 vix ... fueras paucas vitalis in horas.

3 *c. subst.*: LIV. 9, 37, 12 indutias in triginta annos impetraverunt. PLIN. nat. 28, 260 vulgus gratiam corpori in VIII dies *arbitratur lepore sumpto*. TAC. ann. 4, 13, 1 remissione tributi in triennium. DIG. 18, 2 tit. de in diem addictione. *et al.*

4 *coniungitur c. certis quibusd. notionibus* (*affero fere locut. plus minus adverbiales vel non artius c. verbo iunctas, praeterea lectissima*): **a** *subst.* (*cf. p. 752, 14*): in adventum (*cf. l. 22. p. 752, 67*): BELL. Hisp. 6, 3 cuius in a. (*al.*). VERG. Aen. 6, 798 huius in a. ... regna ... horrent. *et al.* (*alibi potius vi finali ut* SVET. Nero 35, 5. *sic et* in reditum: HOR. epist. 1, 3, 36). in aevum: *v. vol. I 1169, 81. adde* CE 1829, 2. *cf.* in longum a.: HOR. epist. 1, 3, 8. *et al.* in omne a.: *v. supra l. 28 al.* in totum a.: LVCAN. 7, 640. *et al.* in aeva aevorum: TERT. adv. Hermog. 2 p. 127, 26 *al.* in annum: CATO agr. 2, 6 VARRO rust. 1, 23, 3 *al.* COLVM. 4, 24, 3. *et al.* (in annos: CAES. civ. 3, 82, 4 COLVM. 2, 20, 6. in tempus anni: COD. Iust. 2, 11, 4 [*a. 198*]). in multos a.: CIC. p. red. in sen. 32 LIV. 36, 4, 7 LVCAN. 1, 668 CIL III 83. *et al.* omnes in a.: LVCAN. 8, 782. *sim. al. cf.* in biennium: *v. vol. II 1978, 6*. in triennium: CIC. Verr. II 4, 21. *et al.* in quadriennium: MARCIAN. dig. 33, 1, 24 (*opp.* per). in quinquennium: CIC. leg. agr. 2, 32. *et al.* in diem: *i. q. in certum diem* (*cf. supra l. 3*): *v. vol. V 1, 1040, 57. 68.* in d. tertium *sim.*, in hunc d., in d. posterum *sim.*: *v. ibid. 1040, 50. 1041, 9. 25. cf.* in biduum: *v. vol. II 1975, 84.* in triduum: PLIN. nat. 18, 350. *et al.* in tempus: *i. q.* 'in hoc t.', 'in certum t.' *sim.* (*cf. p. 754, 20*): CIC. Att. 2, 19, 3 SALL. or. Macri 12 LIV. 33, 22, 9 SIL. 16, 3 QVINT. decl. 245 p. 5, 16 TAC. ann. 1, 37, 1 *al.* PLIN. epist. 3, 9, 22 (*opp.* in perpetuum [*al.*]). FLOR. epit. 1, 6, 2. *et al.* in breve t.: TER. Hec. 842. *et al.* in longum t.: OV. ars 1, 445. *et al.* in nostrum t.: OV. Ib. 84. *et al.* in omne t.: CIC. rep. 1, 71 *al.* OV. epist. 12, 82 *al.* LIV. 28, 19, 8. *et al.* in posterum t.: CIC. dom. 106 *al.* in praesens t.: CIC. Catil. 1, 22 (*opp.* in posteritatem). HOR. ars 44. *et al.* in reliquum t.: CIC. Verr. II 3, 128. *et al.* in saecula: LVCAN. 8, 74 *al.* VAL. FL. 1, 99 SIL. 8, 371 *al.* STAT. Theb. 1, 638 ITALA deut. 23, 6 (Lugd.; εἰς τὸν αἰῶνα). *al.* COD. Theod. 7, 13, 22. *et al.* (in saecula saeculorum: TERT. orat. 29 p. 200, 11. *et al.* in aeterna s.: COMM. apol. 804. in sempiterna s.: NOT. Tir. 7, 14). in multa s.: CIC. epist. 11, 14, 3. in cuncta s.: MANIL. 5, 474. in omnia s.: LIV. 8, 34, 11 SEN. suas. 6, 5. *et al.* in omnem vitam: LIV. 36, 40, 8 SEN. benef. 4, 22, 1. *et al. cf.* in totam v.: CAEL. Cic. epist. 8, 2, 1.

b *acc. sing. neutr. adi.* (*compar.*: *l. 71. p. 752, 4. superl.*: *l. 72 sq. 77. c. gen.*: *p. 752, 6 sq. 30. liberiora quaedam posteriorum potius casuum confusioni deberi videntur* [*cf. l. 77. 81. p. 752, 22*]: SORT. Sangall. 13, 7 in celerius videbis mortem inimici tui [*cf.* 47, 4 in citius]. 41, 3 devinces in novissimum [CHIRON 215]. VEG. mulom. 2, 44, 2 in ultimum [CHIRON 572 in novissimo]): in aeternum: *v. vol. I 1147, 46.* in antecessum: *v. vol. II 147, 14.* in breve: AETNA 438 MANIL. 1, 825. in ceterum: SEN. epist. 78, 6 (*opp.* semel). *et al.* in crastinum: *v. vol. IV 1107, 10 sqq.* (*c. acc. pro abl.*: *ibid. 21. 25 al.*). in extremum: OV. epist. 7, 111. in futurum: OV. met. 1, 735. LIV. 27, 2, 3 (*opp.* ex praeterito). 30, 17, 2 (*opp.* in praesens; *sic saepius, item* in praesenti(a)). *al.* SEN. contr. 10, 5, 16 *al.* CELS. 2, 2, 4 S. C. de aedif. (CIL X 1401) 41 SEN. dial. 4, 21, 4 *al. et passim* (*non ap. poetas ut vid.* *liberius vel pro abl.*: FILASTR. 137, 6 *al.*). in hodiernum (*sc. diem*) *v. s. v.* in incertum: LIV. 4, 13, 7. in infinitum: QVINT. inst. 11, 2, 8. in longum: VERG. ecl. 9, 56 LIV. 5, 16, 4 VELL. 2, 85, 4 SEN. dial. 10, 9, 1 *al.* PLIN. nat. 10, 81 SIL. 14, 47 STAT. silv. 2, 2, 144 *al.* QVINT. inst. 4, 2, 51 *al.* TAC. hist. 4, 22, 1 *al. et ap.* CYPR., PALLAD., HIL., VEG. mulom. 2, 110, 2 (*Chiron 374* per longum tempus), AVG. *al. cf.* in longius: QVINT. inst. 1, 10, 48 TAC. hist. 2, 95, 2 PS. QVINT. decl. 12, 21 p. 238, 9. *et al.* in longinquum: VVLG. II reg. 7, 19 (εἰς μακράν). in matutinum: PLIN. nat. 10, 158. 11, 20. in multum: diei: LIV. 9, 44, 11 *al.* CVRT. 8, 14, 28. vini: LIV. 37, 7, 12. in perendinum: PLAVT. Trin. 1189. in perenne: COD. Theod. 15, 7, 9. in perpetuum: PLAVT. Capt. 441 *al.* TER. Haut. 781 LEX repetund. (CIL I² 583) 27 CIL I² 1632. 1903 RHET. Her. 3, 5, 9 CIC. inv. 2, 174 S. Rosc. 139. *et passim* (*e poetis* CATVLL., LVCR., SER. SAMM. *al.*). in posterum (*sc. tempus; subauditur* '*diem*': *e. g.* CIC. ad Q. fr. 2, 3, 2 CAES. Gall. 7, 11, 5): AFRAN. com. 151 CIC. Quinct. 48 Verr. II 1, 81. *et passim* (*non ap. poetas ut vid.*). *nota c. subst.*: CVRT. 7, 5, 7 in p. sitis (*i.* 'ἡ εἰς τὸ ἔπειτα δίψα'). *cf.* in posteritatem: CIC. Verr. II 3, 43. 127 *al.* in praesens: CIC. ad Brut. 1, 15 (9, 23 Sj.) 10 (in -ti *l. v.*, *v. Sjögr. ad l.*). SALL. Catil. 16, 3 *al.* HOR. carm. 2, 16, 25 laetus in pr. animus. LIV. 2, 42, 7 *al.* FEST. p. 253. *et ap.* TAC., PLIN., DIG., GELL. *al. cf.* in praesentiam: CIC. inv. 2, 69 (*opp.* in perpetuum). in praeteritum: SEN. contr. 10, 5, 16 (*opp.* in futurum *ut*: PLIN. nat. 8, 68 PLIN. epist. 8, 2, 7 *al.*). SEN. dial. 10, 10, 3 QVINT. inst. 2, 4, 37 *al.* TAC. ann. 11, 30, 2 *al. et passim* (*liberius* [*nisi est pro abl.*]: DICT. 4, 15 nunc vel in pr. CIL XI 4781, 5 [*a. 355/360*]. *al.*). in reliquum: PLANC. Cic. epist. 10, 7, 2 SALL. Iug. 42, 4 LIV. 3, 21, 2 *al.* SEN. contr. 2, 2, 11 *al.* SEN. clem. 1, 21, 1 *al.* MELA 1, 46 PLIN. nat. 9, 182. *et ap.* QVINT., FRONTIN., COD. Theod. *al.* in sempiternum: TEST. porcelli p. 269, 17. ITALA exod. 29, 9 (Lugd.; εἰς τὸν αἰῶνα). HIER. epist. 65, 9, 6 *al.* VVLG. deut. 18, 5. *et al.* in serum (*cf.* SYNON. Cic. p. 432, 10 B. in s.: in vesperum. *v. et l. 75. 84. p. 753, 25*): LIV. 10, 28, 2 diei. 33, 48, 8 noctis. *al.* SVET. Aug. 17, 2. *et al.*

acc. plur.: in brevia: COMM. apol. 606 gaudent. in futura: SEN. dial. 9, 9, 2. in longinqua: SEN. epist. 5, 8.

B *spectatur finis i. q. usque ad*: **1** *sine addit.*: **a** *c. verbis*: CATO agr. 114, 2 si voles *vinum* servare in vetustatem (VITR. 2, 9, 12 COLVM. 3, 2, 26 *al. cf.* STAT. silv. 3, 5, 24 in senium [QVINT. inst. 1, 1, 36 in senectutem. *et al.*]). VARRO rust. 1 capp. p. 4, 27 solstitium quod est ex VI kal. Iulias in a. d. (LIV. 41, 16, 5 *al.*) idus Augustas (COLVM. 4, 29, 1 *al. cf.* 2, 10, 17 seritur a kalendis Octobribus in ortum Aquilae. *passim. nota*: FLOR. epit. 1 praef. 1 a rege Romulo in Caesarem Augustum [*al.* VOPISC. Aurelian. 42, 3]). 2, 5, 13 pleraeque *vaccae* pariunt in decem annos (annis *codd.*), quaedam etiam plures. CIC. Phil. 1, 13 Brutus ... stirpem iam prope (*cf. l. 49*) in quingentesimum annum propagavit. 2, 87 *te* non solum de die, sed etiam in diem bibere ([vivere *codd.*]. *cf.* HOR. epist. 1, 2, 30 in medios dormire dies [FRONTO p. 190, 13 N. in quintam horam. *cf.* ELEG. in Maec. 1, 88]. APVL. met. 4, 21 usque diluculum, immo et in multum diem. *et al. cf. et l. 54*). 6, 18 sermonem in multam (*cf. l. 68*) noctem produximus (CAES. Gall. 4, 30, 2 rem in hiemem. *cf.* civ. 1, 61, 3 bellum in hiemem ducere. 3, 51, 7 prope in noctem rem deduxerant [OV. trist. 2, 5, 60]. *cf. et* LIV. 2, 56, 4 res ... in annum extrahitur [*al.*]. 7, 8, 6 in noctem tractum erat certamen [*al.*]. SEN. dial. 12, 6, 4 somnum ... extendere in partem diei [*al.*]). BELL. Afr. 78, 9 Caesar in horam X commoratus (*cf.* HOR. epist. 2, 1, 18). VERG. Aen. 9, 336 si ... aequasset nocti ludum in lucemque tulisset (HOR. carm. 3, 8, 15. epist. 1, 18, 34 dormiet. OV. Pont. 1, 5, 45 SEN. epist. 101, 3 CVRT. 7, 11, 18 *al.* MART. 1, 88, 2 bibit. *al.* SVET. Iul. 52, 1 in primam l. *et al.*). HOR. carm. saec. 67 Phoebus ... rem ... Romanam ... alterum in lustrum ... prorogat. ars 388 nonum ... prematur in annum (*cf.* OV. epist. 8, 65 quod nostros errat in a. [ars 3, 127 *al.*]. fast. 6, 309 in hos a. Pont. 2, 8, 41 vivant [*cf.* trist. 4, 10, 73]). OV. fast. 4, 947 exit (5, 189 *al.*) et in Maias sacrum Florale Kalendas (*cf.* SEN. apocol. 9, 2 COLVM. 4, 23, 2 SENT. procos. Sard. [CIL X 7852] 16 *al.* PLIN. nat. 18, 285. MART. 10, 62, 11 idus dormiant in Octobres. TAC. hist. 1, 77, 2. *et al.*). Pont. 2, 6, 36 duret et in longas impetus iste moras (PLIN. nat. 2, 99. *et al. cf.* SEN. benef. 7, 28, 1 *beneficia* non perdurasse in senectutem [STAT. Theb. 1, 143. *et al.*]). LIV. 40, 56, 11 mortem regis in adventum eius omnes ... celavit (*al.*). PLIN. epist. 4, 9, 14 dixit in noctem (SVET. Aug. 33, 1. *cf.* Nero 20, 1 in multam n. assidens [*al.*]). AFRIC. dig. 7, 1, 36, 2 in diem mortis aestimatio ... praestaretur (*al.* COD. Iust. 7, 21, 6, 1 [*a. 260*] *al.* CIL VI 34421, 12. VIII 11665 *al. cf.* SCAEV. dig. 32, 41, 1 in d. vitae testatoris [AMBR. epist. 82, 7. *et al. v. Schulze, Kl. Schr. 140. cf.* CHAR. gramm. p. 411, 9 B.]. CIL VIII 7543 in d. suum. XII 3798 in d. aetatis ⟨s⟩uae. XIV 1641, 8 in d. fati sui. *cf. p. 753, 8. 13*). TERT. ieiun. 10 p. 286, 9 stationes ... in serum constitutas (*al.*). adv. Marc. 3, 4 p. 380, 26 quod non in finem rerum ... perseveraverit (*al.*). *et al.* *nota*: CE 2121, 13 (*s. I?*) viginti et sexto me Cluthes duxit in annos (*contaminatio, cf. Kleberg, Eran. 27, 1929, 194*). *significanter de aetate in proximum annum vergente*: INSCR. christ. Diehl 3050 annus habuit XXII in tertium. 4002 A. 4582.

b *c. adi.*: OV. am. 1, 6, 64 pervigil in mediae sidera noctis eras. TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 436, 13 ignoto et in id temporis muto.

c *c. subst.*: HOR. epist. 1, 17, 6 primam somnus in horam. AVR. Fronto p. 37, 8 N. illa in serum expectatio.

[*J. B. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

d *locut. adverb.* (*cf. l. 26. 27*): in hodie: PEREGR. Aeth. 4, 2 *al. cf. l. 28.* in mane: *v. vol. VIII 279, 55.*

2 usque in: LIV. 32, 32, 4 opulentior factio ... u. in adventum eius tenuit urbem (*al.*). 35, 21, 8 u. in noctem (SEN. epist. 101, 3. PLIN. nat. 13, 109 u. in medias n. [*al.*]. *et al.*). SEN. contr. 2, 1, 17 u. in haec tempora (SEN. epist. 44, 5 u. in hoc t. [*al.*]. COLVM. 4, 32, 5 u. in id t. [*al.*]. 5, 6, 9 ex eo tempore ... u. in vernum t. SIL. 11, 589 u. in tempora fati [VLP. reg. 28, 8 mortis]. VVLG. deut. 12, 9 u. in praesens t. [εἰς τὸ νῦν]. *cf. l. 30*). VELL. 2, 105, 3 u. in mensem Decembrem (COLVM. 2, 10, 31. *et al.*). SEN. dial. 6, 4, 3 u. in hunc diem (*v. vol. V 1, 1041, 52 et cf. s.* hodiernus. *adde e. g.* QVINT. inst. 8, 4, 17 u. in posterum d. SCAEV. dig. 32, 35 pr. u. in d. mortis suae. COD. Iust. 5, 9, 6, 8 [*a. 472*] u. in d. vitae suae [*cf. p. 752, 74*]). 6, 22, 2 u. in senectutem (*al.*). nat. 4, 13, 6 u. in lucem (PETRON. 73, 6 PEREGR. Aeth. 24, 1). 5, 8, 3 u. in meridiem. epist. 83, 14 u. in horam fere sextam dormiebat (COLVM. 11, 2, 7 *al.* PLIN. nat. 2, 229. *et al.*). *al.* COLVM. 2, 4, 9 ab Aprile medio u. in solstitium (5, 10, 15. *et al. cf.* 4, 5 ex calendis Martiis u. in Octobres [*al.*]). *al.* PLIN. nat. 21, 89 u. in aestatem. *al.* SVET. Tib. 26, 2 u. in Idus Maias (*al.*). TERT. ieiun. 10 p. 288, 4 u. in occasum (*al.*). ITALA gen. 13, 15 (Aug. civ. 16, 21 p. 157, 11 D.) u. in saeculum ([ἕως αἰῶνος]. *cf.* Dan. 7, 14 [Tert. adv. Marc. 3, 7 p. 387, 5] u. in aevum). VVLG. Matth. 10, 22 u. in finem (*al.*). PASS. Perp. 10 p. 78, 11 u. in pridie muneris (ἕως πρὸ μιᾶς τῶν φιλοτιμιῶν. *cf. l. 38*). *et al.* *c. acc. neutr. adi. vel c. adv.*: PHAEDR. app. 13, 15 u. in serum (*cf. l. 35*). COLVM. 11, 2, 48 u. in ultimum autumni. SCAEV. dig. 45, 1, 135, 2 u. in hodiernum (*v. s. v.*). ITALA exod. 12, 10 (Ps. Cypr. testim. 2, 15) u. in mane (*v. vol. VIII 279, 58*). PEREGR. Aeth. 4, 6 u. in hodie (*v. s. v.*). HEGES. 1, 46, 1 u. in extremum. HIER. epist. 22, 8, 5 u. in aeternum (*al. cf.* VVLG. gen. 13, 15 u. in sempiternum [*al.*]). VVLG. gen. 46, 34 u. in praesens ([ἕως τοῦ νῦν]. *al.*). *et al.* in ... usque: SEN. contr. 10, 4, 12 parietes in nostram u. perductos memoriam. VAL. MAX. 2, 7, 9 a mane in noctem u. SEN. dial. 10, 7, 4 in extremam u. aetatem (QVINT. inst. 1, 11, 18. *et al.*). PLIN. nat. 18, 264 in hoc u. QVINT. decl. 348 p. 371, 1 in hoc u. tempus (*al.*). TAC. dial. 17, 6. SVET. Otho 11, 1 in serum u. FRONTO p. 144, 11 N. in novissimum u. vitae finem (TERT. adv. Marc. 4, 43 p. 566, 12 in f. u. *et al.*). *al.* SCAEV. dig. 34, 1, 15 pr. in annum u. vicesimum. *al.* TERT. Scap. 2 p. 541, 5 Oe. in pridie u. *et al.*

